4 Princeps poteſt † concedere amotionem illiciti poſſeſſoris, & dare facultatem ingrediendi poſſeſſionem, quia etiam Præſes Prouinciæ hoc facere poteſt, Bald.in conſ.345.num.2. ℣.Item poteſt concedere, vol.1. & licet intelligatur, quando notorium eſt, quod illicite poſſideat, vt ibidem Bal. num.3.℣. nihil enim prohibet, tamen hoc etiam intelligitur,ſi detentor illicitus citatus fuerit,nam poſſeſſio,iuris ordine ſeruato,capi debet,ad not.in l. 1.ff.quod,vi, aut clam, & in l.extat. ff. de eo quod met.cauſ. & in c.ex tranſmiſſa,de reſtitution.ſpoliat. Princeps poſſeſſionem non vacantem mutare non poteſt,ſine magna cauſa,l.2.& ibi gloſſ.ff.ex quib.cauſ.ſeru.Neque citationem tollere, vt notatur in cap.1.de cauſa poſſeſſ.& propriet. & dicit Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum,de conſtitutionib.quod ſi priuat aliquem ſua poſſeſſione, tenetur dare excambium, & ſi Imperator concedat feudum, atque det facultatem capiendi poſſeſſionem etiam propria authoritate, amoto legitimo poſſeſſore, etiam ſi de plenitudine poteſtatis feciſſet, reſcriptum non valet,Bald.in d.conſ.345.in princ. Et facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate, intelligitur, niſi eſset plena, quia tolli non poſſet, Alex. in conſ.82. col.2. vol.2. Dec.in conſ.95.col.1. quando autem eſt plena,etiam ſi illicita,poſſeſſor ſemper citandus eſt, cui nullum præiudicium, etiam ſi per motum proprium Papæ fieri potuit.Quare ſi illius vigore poſſeſſionem alterius etiam illiciti, ordine iuris non ſeruato,occupauerit,ſpoliaſſe dicitur, & reſtitutioni locus eſt, vt fuit deciſum, Mohedan.deciſ.7.de cauſa poſſeſſ.& propriet.

De hac clauſula etiam ſcribit Guido Papæ in ſingulari 817.℣. illa clauſula,ibi vide,quia bona dicit.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, amotis quibuſcunque non capit prouiſos ab ordinario.*
2 *Indultum in beneficijs ſpectantibus ad ordinarium nihil operatur.*

### CLAVSVLA 11.

*Amotis quibuſcunque, &c.*

Hæc

1 HÆc Clauſula, Amotis † quibuſcunque, non tamen Apoſtolica authoritate prouiſis non capit prouiſos ab Ordinatio, vigore indulti, vt fuit dictum in cauſa Toletana beneficiorum, quinta Aprilis, 1 5 9 5. coram Orano, & ratio eſt, vt ibi dicitur, quia cum indultum in beneficijs
2 ſpectantibus ad Ordinarium, † nihil operetur: in aliis vero remouet tãtum obſtaculum reſeruationum Caſſador. deciſione octaua, num. 6. de præbend. non dicuntur prouiſi authoritate Apoſtolica, ſed ordinaria, cap. cum in aliquibus, in ſecunda parte, & ibi Io an, Monachus, & num. 3. & 4. verſ. Item ſi aliquis habet. Gemin. nu. 2. & 6. Frãch. in tertio not. de reſcript. lib. 6. Felyn. in cap. cum ex officiis, num. 32. de præſcriptio. Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, nu. 5. de verb. obligat.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, appellatione remota, quos effectus pariat.*
2 *Appellationis cauſa quando eſt inferenda, & iuſtificanda.*
3 *Clauſula, appellatione remota, intelligitur ſolum quo ad nominatos in reſcripto.*
4 *Nominatus in reſcripto, qui repræſentat aliam perſonam, dicitur tertius.*
5 *Statutum remouens appellationem, intelligitur inter contrahentes.*
6 *Appellatio quando tollitur, ſemper intelligitur reſpectu litigantium.*
7 *Clauſula, Appellatione remota, non intelligitur, quando ſententia eſt notorie iniuſta.*
8 *Etiam ſi ſit dictum, Omni, & quacunque appellatione remota.*
6 *Appellatio nunquam cenſetur prohibita vbi conſtat de notoria iniuſtitia.*
10 *Appellatio ab exceſsiua taxatione nunquam cenſetur ablata.*
11 *Clauſula, appellatione remota, intelligitur de contradictoribus de facto.*
12 *Clauſula appellatione remota, poſita in perſona delegati, nunquam tranſit in ſubdelegatum.*
13 *Item eſt odioſa, & reſpicit præiudicium tertij.*

CLAVSVLA 12.

*Appellatione remota.*

DE effectibus † huius Clauſulæ, vide Doctores in cap. primo, de reſcript. Franch. in cap. Paſtoralis de appella. Lapum allegatione 121. nu. 4. & ibi Mandoſ. in ver. appellatione remota. Marſil. in ſingular. 295. Addentes ad Abb. in cap. primo, num. 1. verbo, inferior, de reſcript. 1

Hæc Clauſula operatur, vt in appellatione † ſit inferenda cauſa, per quã 2 iuſtificetur appellatio, quæ debet per appellantem probari. Franchus in cap. Paſtoralis, num. 9. & 10. effectu. & in rubric. n. 12. in 16. effectu, de appellat. Fely. in cap. quo ad conſultationem, num. 20. de re iud. & fuit reſolutum in cauſa Roman. caſalium 14. Decẽbr. 1562. coram Orano, & faciunt tradita per Guidonem Papam deciſione 27. & deciſion. 436. quæſt. prima; in fine, Stephã. Aufrer. in additionib. ad Cappell. Toloſan. in deciſ. 341. num. 3.

Et intelligitur ſolum quo ad nominatos † in reſcripto, non autem quo 5 ad tertium, quia ea non obſtante poteſt appellare, cap. ſuper eo, vbi Doctor. Cardinal. in 7. notab. Abb. nu. 7. Dec. nu. 4. de officio delegat. Alexan. in conſ. 84. num. 7. volum. 3. Dec. in conſ. 198. num. 4. in fin. Menoch. de adipiſcen. remed. quarto, num. 896. & ſentit Rota in d. cauſa Romana pecuniaria, 19. Ianuarij 1598. coram Mellino.

Amplia, vt procedat, etiam ſi Princeps in Reſcripto, cum Clauſula, de plenitudine poteſtatis, remoueret appellationem. Alexan. in conſil. 84. nu.

4.vol.3. Menoch. de adipiſcend. remed.4.n.847.

Item amplia, etiam ſi nominatus re-
4 præſentet † aliam perſonam, quia tūc reſpectu illius, dicitur tertius, & Clauſula non operatur. Rota in cauſa Regien. Sancti Thomæ, 10.Decemb.1576. corã Robuſterio, deciſione 100.num. 1. in fine.par.1.in Nouiſſimis.

5 Vnde ſtatutum † remouens appellationē, vel alias exceptiones ratione guarentigiæ, intelligitur ſolum inter ipſos contrahentes, Cardinal. in capit. ſuper eo. in 7.not.v.ex his infert.Abb. nu.4.Felin.num.1.Dec.num.5. de off. deleg. Felin.in cap.qualiter, in primo, num.13.v.limita tamen, de accuſationib.Iaſon, in l.ſi vnus.§.ante, nu.3.ff.de pact. Alexand.in conſ.83.& nu.13. & conſilio 84. num.8. volum.4. Dec. in conſilio 198. num.4. in fine. Marſil. Singular. 295.num.4.Pariſ.in conſilio 107.nu 125.volum 3 Menoch.de adipiſcend remed.4 num 848. & fuit dictum in dicta cauſa Romana pecuniaria coram Millino.

Et eſt generale, quādo tollitur appel-
6 latio, † intelligitur reſpectu litigantiū, non autem reſpectu tertij, qui non litigauit, Doct.in capit.ſuper eo, de offic. delegati, & in c cum ſuper, de re iudicata, gloſſ.in l creditor, in principio, verbo, pone, ff mandat. Bartol.in l 1.§. interdum, num.4 ff à quibus appell. non lic.Felin. in conſilio 49.num 9. Corſet in ſuis Singularibus, verbo, Appellatio, in princ.in c.4.Fallentia. & in verbo Clauſula, in 1.verbo, Adde Menoc.de adipiſc.remed 4 nu. 846.

7 Hæc autem Clauſula † non operatur, quando ſententia eſt notorie iniuſta, & conſtaret de manifeſto grauamine, gloſ. in cap. ex conquæſtione, verbo poſt appellationem, de reſtitut. ſpoliat. Abb in cap. inter cetera num. 3.de re iudicata, & in capitulo Paſtoralis, numero 14. de appellation. Ripa, in capit. primo, num.1 verbo, inferior, in fine, de reſcript. Alexand. in conſilio 113. num 9. volum 5 & in conſilio 91. num. 2 vbi Natta in Additionibus volum. 6 Dec. in conſilio 49 num.3. & conſ. 524 num 9. Lancell. de Attentatis appellatione pendente, limitatione 8 num.8. & ſeq. Verall. deciſione 33. parte 1. & deciſ. 87.par 2. Cæſar de Graſſ deciſ 2 n.8. de ſolutionibus. Et fuit reſolutum in cauſa Romana de Matthæis, 11 Maii 1562. coram Orano, quam refert Lancellot.in d. tract.de Attentatis.in d.limitatione octaua.num.24. in fine & eſt extenſa per Verall. in dicta deciſione 87 Et fuit etiam reſolutum in cauſa Ceſenaten. bonorum 9. Martii 1595 coram Peregrino, & in cauſa Colonienſ. mercium 10. Ianuarii, 1600 coram Seraphino, & in cauſa Hiſpalen & Corduben. præſtimoniorum.19 Decembr.1601.coram Lancellotto.

Amplia, vt procedat † etiam ſi dictum eſſet, Omni, & quacunque appellatione remota, vt fuit dictum in dicta cauſa Romana de Matthæis, 21 Maii 1562. coram Orano, quam refert Lancellott.in d.tract.de Attentatis.in d.limitatione octaua, numero 24.in fine, & eſt extenſa per Verall.in dicta deciſione 87. Et fuit etiam reſolutum in cauſa Ceſenaten. bonorum 9.Martii 1598. coram Peregrino, & in cauſa Colonienſ.merciū. 10 Ianuarii 1600 coram Seraphino & in cauſa Hiſpalen.& Corduben præſtimoniorum.19. Decembr. 1601. corã Lancellotto. 8

Amplia, vt procedat, † etiam ſi dictum eſſet, Omni, & quacunque appellatione remota, vt fuit dictum in dicta cauſa Romana de Matthæis 21. Maij 1562. coram Orano, in qua aderat Clauſula, Quacunque, &c. Qua nō 8

ob-

obſtante, Domini reſoluerunt, non operari in illo caſu, in quo aderat notoria iniuſtitia.

9 Et eſt ſpeciale, † quod vbicunque prohibetur appellatio, non cenſetur prohibita, vbi conſtat de notoria iniuſtitia, & manifeſta iniquitate. Gloſſ. in capit ex conquæſtione, ver. poſt appellationem, vbi Bald. numero 5. in fine, de reſtitutione ſpoliatorum. Alexand. in conſilio 77. num. 22. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. numero 850. & ſeq.

10 Neque tollit appellationem ab exceſſiua † taxatione, quia ſolum refertur ad appellationem à diffinitiua in negotio principali, non autem ad illam, quæ interponitur ab incidentibus, & acceſſoriis Salic. in l. finali, numero 8. ver. quæro tertio. C. de ſentent. Felin. in cap. cauſam quæ, num. 27. de reſcript. & ita tenuit Rota in cauſa Regien. Sanct. Thomæ, 10. Decembr. 1576. coram Robuſterio, vt in deciſione 100. num. 11. parte prima, in Nouiſſ.

11 Hæc clauſula, Appellatione remota, ſiue poſtpoſita, &c. in gratia directa exequutori literarum Apoſtolicarum, intelligitur de contradictoribus † de facto, Franch. in cap. primo, in fine principij, ℣. vel poterit, de conceſſ. præbend. libro 6. Put. deciſ. 271. num 6. volum. 3. Achill. deciſ. 4. numero 11. de ſentent. excommunic. Lancellott. de Attentatis appellatione pendente, limitatione octaua, num. 41. & fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. Parrochialis, 16. Martii 1588. coram Plato, & in Panormitana Archidiaconatus. 15. Iunij 1590. coram Pegna.

Item intelligitur, tam reſpectu petitoris, quam poſſeſſoris, vt fuit reſolutum in cauſa Hiſpal. & Cordub. Præſtimoniorum, 19. Nouembr. 1601. coram Lancellotto, & facit Bald. in l. incerti, in fine, C. de interdict. Rota deciſ. 10. num. 34. & num. 20. parte prima, in Nouiſſimis.

Hæc clauſula poſita in perſona delegati, † non tranſit ad ſubdelegatum. Moderni in cap. ſuper quæſtionum, §. ſi vero, de offic. deleg. & faciunt, quæ dicunt Doct. de legato, in cap. 1. in 1. notab. de reſcript. 12

Item hæc clauſula eſt odioſa, & reſpicit præiudicium tertij, Dec. in cap. ſi pro debilitate, num. 29. de offic. delegati, ad intelligentiam, c. ſuper quæſtionum, §. ſi vero eodem tit.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure, quo ad merita.*

2 *Secus quo ad ſolemnitates Iudicij.*

3 *Relaxat aliquando rigore iuris ciuilis.*

4 *Arbitrium Rotæ. vt intret ad relaxandum iuris rigorem quid requiratur.*

5 *Clauſula. Arbitrio Rotæ, poſita in commiſſionibus ſanatorijs examinatis teſtium quid operetur.*

6 *Et quid in ſanatoria nullitatis compulſationis.*

7 *Et quid ſtante quaſi poſſeſſione exigendi.*

8 *Et quid in clauſula, Perito breui, arbitrio Rotæ.*

9 *Rotæ arbitrium non intrat quando ſententia eſt iniuſta.*

10 *Et quid ſi dicatur reſectis attentatis arbitrio Rotæ.*

11 *Huic clauſulæ non eſt locus ad reuocandum exequutionem factam.*

12 *Rotæ arbitrio non eſt locus facto ſequeſtro.*

13 *Solutio penſionis non retardatur per clauſulam, Arbitrio Rotæ.*

14 *Poſſeſſione ſequeſtrata, clauſula Arbitrio Rotæ, quomodo intelligatur.*

15 *Poſſeſſio turbida de ſtylo Rotæ ponitur ſub ſequeſtro.*

16 *Clauſula, arbitrio Rotæ, non iuuat eum, qui habuit recurſum ad ſeculares.*

17 *Inhibitio quomodo moderanda arbitrio Rotæ.*

18 *Exequutio per quam clauſulam impeditur, ſaltem ſuperſedetur.*

19 *Exequutio trium conformium non impeditur commiſſa reſtitutione arbitrio Rotæ.*

### CLAVSVLA 13.
### *Arbitrio Rotæ.*

1 INtelligitur, prout de iure, † Bart. in Extrauaganti, ad reprimendum, verbo, videbitur, num. 8. Pariſ. conſ. 56. num. 5. vol. 1. & conſ. 8. num. 21. vol. 4. Socin. iun. conſ. 41. num. 16. volum. 2. Afflict. deciſ. 321. Peregrin. deciſ. 239. par. 2. in Nouiſſimis Rotæ Romanæ, Palæott. in deciſ. 641. num. 1. part. 3. in Nouiſſimis. Cæſar. de Graſſ. in deciſ. 7. num. 6. & ſeq. & deciſ. 8. num. 2. de indic. & fuit reſolutum etiam in cauſa Toletana pecuniaria, 13. Aprilis 1587. coram Pamphilio, & in cauſa Rauennaten. tranſactionis 19. Ianuarij, 1594. coram Gipſio, & in cauſa Toletana Parrochialis, 13. Ianuarij, 1595. coram Corduba, & in cauſa Laudenſ. penſionis, 29. Martij, 1599. coram Pegna, & in cauſa Cornetana pecuniaria, 4. Iulij, 1601. coram Pamphilio, & vide infra in Clauſula, Sine retardatione ſolutionis penſionis arbitrio Rotæ.

2 Adde quod intelligitur, prout de iure, † quo ad merita cauſæ, ſecus quo ad ſolemnitates Iudicij, vt fuit dictum in cauſa Catanienſ. illegitimitatis, 10. Ianuarij, 1583. coram Aldobrandino, & in cauſa Placentina melioramentorum, 1. Iunij 1587. coram Pamphilio.

3 Aliquando hæc clauſula † relaxat rigorem Iuris Ciuilis, Bart. in l. vnica, ℣. quarto ad iſtam lecturam, & nu. 5. C. de legib. Creſcent. deciſ. 4. num. 3. de teſtib. Doct. in l. certum, columna finali, C. vnde lib. & fuit reſolutum in dicta cauſa Catanien. illegitimitatis, 24. Nouemb. 1586. coram Blanchetto, vbi de teſtibus examinatis à compulſore ſiue citatione ad videndum illos iurare, & fuit dictum in cauſa Romana penſionis, 13. Iunii 1597. corã Pamphilio, & in cauſa Illerden. iuris decimandi, 5. Maij 1600. coram Millino, vbi erat poſita in commiſsione reſtitutionis in integrum ad tres conformes, & in cauſa Leodien. Parrochialis, 16. Nouemb. 1594. coram Litta, & in cauſa Aurien. Parrochialis, 27. Aprilis 1598. coram Lancelloto, & in cauſa Hiſpalen. decimarum, 17. Nouembr. 1586. coram Orano, & in cauſa Tridentin. Parrochialis, 4. Iunii, & 3. Decemb. 1601. coram Sacrato.

Addo, quod ad hoc vt intret † arbitrium ad relaxandum iuris rigorem, ſufficiunt puræ, & informes iuris probationes, vt fuit dictum in cauſa Calaguritana Canonicatus, quinta Nouemb. 1601. coram Sacrato, & in aliis cauſis allegatis infra in clauſula, Parito breui. 4

Item addo, quod hæc clauſula † poſita in commiſsione ſanatoria examinis teſtium, ſi teſtes ſunt examinati cum interrogatoriis partis, ſemper intrat, & fides teſtibus adhibetur. Creſcent. deciſ. 4. num. 3. de teſtibus, Put. deciſio. 301. lib. 3. Antonius Auguſtinus num. 19. & fuit reſolutum in cauſa Conchen. limitum, 17. Maii 1595. coram Blanchetto, Cæſar. de Graſſ. deciſ. 11. n. 18. de probat. Et fuit dictum in cauſa Toletana primitiarum, 23. Februarii 1590. coram Comitulo, & in cauſa Veneta illegitimitatis, 6. Februarii 1601. coram Pegna, vbi quod eſt verum, niſi adſit talis defectus iuriſdictionis, & in cauſa Bononien. de carnalibus 11. Ianuarij, 1602. coram Pamphilio, & in cauſa Bononien. conſtitutionis fabricæ, 11. Martii, 1602. coram Pamphilio. 5

Sed an hoc ſit verum † in commiſſione ſanatoria nullitatis compulſationis, 6

tionis, fuit reſolutum in cauſa Tole-
tana Cappellæ, 6. Nouembris, 1593. co-
ram Millino, vbi fuit denegata fides
proceſſui, non obſtante commiſſio-
ne, ex eo quia proceſſus plures defe-
ctus patiebatur, qui omnes Papę non
fuerunt narrati. Et quid iuris ſit, ſtante
7 poſſeſsione exigẽdi, † ſi dicatur quod
arbitrio Rotæ procedatur in cauſa
principali, fuit reſolutum quod per
hanc clauſulam relaxetur rigor iuris,
in cauſa Rauennatenſ. tranſactionis,
19. Ianuarii, 1594. coram Gipſio.

8 Quid in Clauſula, Parito breui, † ar-
bitrio Rotæ, vide in cauſa Aſtoricenſ.
Prioratus, 9. Nouembr. 1596. coram
Litta, & in cauſa Barchinonen. Bene-
ficii, 23. Ianuarii, 1600. coram Pamphi-
lio, & in cauſa Aurien. Parrochialis,
27. Aprilis, 1598. coram Lancellotto, &
in Tridentina Parrochialis, 4. Iunii, &
3. Decembris, 1605. coram Sacrato, &
in Leodienſ. Parrochialis, 16. Nouẽb.
1594. coram Litta, & in cauſa Elnen.
beneficii, 12. Maii, 1602. coram Ludo-
uiſio, & in cauſa Toletana Cappella-
niæ, 30. Octobr. 1602. coram Litta.

Et de hac Clauſula, Parito breui, ar-
bitrio Rotæ, vbi agitur de breui ſuper
declaratione Concilii, vide in cauſa
Gerunden. Canonicatus, ſeu officii
Pœnitentiarię 11. Februar. 1598. coram
Orano.

Aliquando propter dictam clauſu-
lam ſpoliatio fuit denegata reſtitutio,
in cauſa Placentina melioramento-
rum. 1. Iunii, 1587. coram Rebufferio,
& in cauſa Toletana Parrochialis de
Mazarambrot 23. Ianuarii, 1595. coram
Corduba, vbi fuit denegata ſpoliatori
reſeruatio expenſarum, & fructuum
in fine litis, ex quo conſtabat de eius
dolo, non tamen fuiſſet denegata re-
ſeruatio in fine litis, ſi dolo caruiſſet,
iuxta deciſionem Mohedani, 2. de ſo-
lutionibus, vt fuit concluſum in Saler-
nitana Rectoriæ, 4. Aprilis, 1588. co-
ram Blanchetto, vbi fuit dictum, quod
arbitrium † non intrabat, ex quo ſen- 9
tentia, cuius nullitatis ſanatio erat re-
miſſa arbitrio Rotæ, erat iniuſta, & in
cauſa Fauentina legitimæ, 1. Decemb.
1589 coram Gipſio, in qua fuit ſaluata
exequutio nullitatis facta, quia con-
ſtabat de eius iniuſtitia, & in cauſa
Toletanã primitiarum, 23. Febr. 1590.
coram Comitulo, vbi fuit adhibita fi-
des proceſſui, quia ab vtroque Nota-
rio non fuerat ſubſcriptus, & in cauſa
Aſculana penſionis, 26. Iunii, 1595. co-
ram Orano, vbi fuit retardata ſolutio
penſionis, ſtante dicta Clauſula, ar-
bitrio Rotæ, donec litteræ tranſlatio-
nis iuſtificarentur. Et in cauſa Abſten.
bonorum, 15 Decembris, 1593. coram
Blanchetto, vbi ſtante clauſula, quod
procedatur, reiectis attentatis, † arbi- 10
trio Rotæ, fuerunt reiecta, ſtante bo-
no iure attentantis. Et in cauſa Sala-
mantina nullitatis cenſurarum, 16. &
28 Nouembr 1594. coram Seraphino,
vbi de clauſula, ſine præiudicio legiti-
mæ exequutionis, arbitrio Rotæ, qua
ſtante, fuit ſimpliciter inhibitum. Et
in cauſa alimentorum, & expenſa-
rum lite pendente, ſi Rotæ arbitrio
commiſſum fuerit, in cauſa Roma-
na legati, 2. Aprilis, 1601. coram Se-
raphino.

Huic clauſulę non eſt † locus ad 11
reuocandam exequutionem iam fa-
ctam, vt fuit dictum in cauſa Aquila-
na beneficii, 28. Maii 1599. coram Pe-
gna, & in cauſa Aurien. Parrochialis
de Pao, 17. Aprilis, 1600 coram Lan-
cellotto. & in Tuden. Parrochialis, 3.
Decembris 1601 coram Sacrato. & in
cauſa Ouiten. Archidiaconatus 15 De-
cemb. 1603 coram Pamphilio.

Item ſtante hac clauſula, † appoſi- 12
to ſequeſtro arbitrio Rotæ, non eſt lo-
cus arbitrio, ſi poſſeſſio ſit legitimè ca-
pta, ſeruatis ſeruandis, vt fuit reſolu-
tum in cauſa Ariminen. bonorum, 28.

Nouembr.1601.coram Pamphilio. I-
tem ſtãte hac clauſula, arbitrio Rotæ,
13 iuncta alia † clauſula, ſine retardatio-
ne ſolutionis penſionis, ad fauorem
tranſlatarij, non ſuſpenditur ſolutio, ſi
adſint litteræ, vt in cauſa Taurinen.
pẽſionis,18.Martij,1602.corã Lancell.

14 Item clauſula, Arbitrio Rotæ, † ſe-
queſtrata poſſeſſione, intelligitur,
prout de iure, & ideo ſi poſſeſſio v-
triuſque ſit turbida, vel hinc inde præ-
tendatur ſpolium, datur ſequeſtrum,
vt fuit reſolutum in Romana domus,
17.Iunij,1602.coram Ortembergo. Et
ratio eſt: quia de iure, & de ſtylo Ro-
15 tæ, † quando poſſeſſio eſt turbida,
ponitur ſub ſequeſtro. Puteus deciſ.
372.lib.2.Caſſador.deciſ.3. de reſtitut.
ſpoliat.& fuit dictum in cauſa Peruſi-
na bonorum, 24.Febr. 1588. coram
Mantina.

16 Hæc clauſula, † arbitrio Rotæ non
iuuat eum, qui habuit recurſum ad iu-
dicem ſæcularem, vt fuit reſolutum in
cauſa Tuden.Parrochialis,3.Decemb.
1601.coram Sacrato, & quid ſi ponatur
in commiſſione, quod præfixo termi-
no ad procedẽdũ acta, moderetur in-
17 hibitio † arbitrio Rotæ, in cauſa Hil-
desheimen.iuriſdictionis,5.Iunij 1602.
coram Lancellotto.

18 Item hæc clauſula † poſita in pari-
tione breuis, impedit exequutionem,
vbi reſeruatio prætenditur ex alterna-
tiua, & beneficium eſt ſimultaneæ
collationis Epiſcopi cum Capitulo, vt
fuit dictum in cauſa Cordub.dimidię
portionis,10.Febr.1602. coram Sacra-
to.Item ſi adiecta fuerit alteri clauſu-
læ: Sine præiudicio legitimæ exequu-
tionis litterarum Apoſtolicarum, eſt
locus arbitrio, ad ſuperſedendum, vbi
litteræ non ſunt iuſtificatæ. Cæſar. de
Graſſ.deciſ.12.num.4. de probat. Et
fuit dictum in cauſa Sancti Angeli,
beneficiorum,3.Iunij.1602.coram Lu-
douiſio, & in cauſa Tolerana Cappel-
lanię,30.Octob.1602.coram Litta, ſe-
cus eſt, ſi litterę ſunt verificatæ, quia
tunc cum habeant exequutionem pa-
ratam, hęc clauſula, arbitrio Rotę, non
retardat exequutionem, vt fuit reſolu-
tũ in cauſa Tiraſon. Canonicatus.24.
Maij 1602.coram Pamphilio, & in cau-
ſa Elnen. beneficij.30. Octobr.1602.
coram Ludouiſio, & in alia Elnen.be-
neficij.13. Nouemb. 1602.corã Pegna.

Hæc clauſula, † Parito iudicato ar- 16
bitrio Rotæ, poſita in cauſa reſtitutio-
nis in integrum, aduerſus tres confor-
mes, intelligitur, prout de iure, & non
impedit exequutionem, niſi clara ſit
iuſtitia, ad text.in Clementina, vt ca-
lumniis, de re iudicata, & fuit reſolu-
tum in cauſa Gerundenſ.beneficij 19.
Aprilis,1602.coram Litta.

## CLAVSVLA 14.

*Aſſerens. &c.*

CLauſula, aſſerens, quod res eſt vẽditoris, & nulli alteri vendita, data, obligata, neque aliquid actum in preiudicium præſentis contractus, poſita in inſtrumento vẽditionis, intelligitur reſpectu validitatis illius actus, & quo ad contrahentes tantum, ſecus reſpectu tertij, vt fuit reſolutum in cauſa Romana bonorum de Lilio, 7. Febr.1582.coram Seraphino.

## CLAVSVLA 15.

*Attento conſenſu.*

CLauſula, Attento conſenſu maioris partis, poſita in Breui, ſtat cauſatiue, non autem conditionaliter, ex quo ſi conſenſus ante expeditionem Breuis non fuiſſet expeditum. Put.deciſ.349.in fine, lib.primo, & in deciſione 18.lib.3. Verall. deciſ.120. & deciſ. 213.n.1.parte prima, & in deciſ.183.lib. primo, & fuit dictum in cauſa Romana cenſuum, 13. Martij, 1596 coram Blanchetto.

### SVMMARIA.

1 *Valor quando poſſit exprimi vſque ad tertiam per Clauſulam, Augendi, & num.*

*num.5.*

2 *Clauſula, Augendi, eſt facultatiua,& quando operetur.*

3 *Operatur ante expeditionem litterarum.*

4 *Gratia ob non expreſſum verum valorem per quã clauſulam ſuſtineatur.*

6 *Valor ſemel expreſſus vigore Clauſulæ, iterum non poteſt augeri.*

CLAVSVLA 16.

*Augendi, &c.*

1 HÆc clauſula vbi eſt ſimpliciter † poſita, operatur, vt valor rei poſſit exprimi vſque ad tertiam. Quod ſi dicatur, Augendi, quantum opus fuerit, tũc poteſt vſque ad quamcumque ſummam actus exprimi, & ita ſeruat Rota.

2 Item iſta clauſula eſt facultatiua, † & non operatur, niſi facta expreſſione in litteris, vt fuit reſolutum in cauſa Tuden. beneficij, 11. Aprilis, & 9. Maij, 1578. coram Blanchetto, & in deciſione 412. n. 2. & deciſ. 418. n. 1. parte prima, in Nouiſſimis, & in cauſa Spoletana beneficiorum, vigeſima ſecunda Iunij 1594. coram Mantica.

3 Et ante expeditionem † hæc clauſula nihil operatur ad effectum Regulæ, De valore, nempe, ad excludendũ falſum valorem propter Regulam, vt fuit dictum in cauſa Piſaurienſ. penſionis 13. Octobr. 1582. coram Robuſterio, & in Spoletana beneficiorum, 22. Iunij. 1594. coram Mantica, in qua adeſt deciſio in dicta cauſa Piſaurien.

4 Item operatur, † vt gratia ob nõ expreſſum verum valorem ſuſtineatur, donec impetrãs ſe liberet, quid in expeditione litterarum velit exprimere, Fabius deciſ. 14. lib. 2. in Nouiſſimis. Ampliatur, vt procedat, etiam ſi ante expeditionẽ litterarũ reſignauerit, quia poterit in litteris exprimi verus valor per reſignationem. Fabius in dicta deciſ. 14. lib. 2.

5 Deinde condita † eſt altera Regula Cancellariæ, ſub Rubrica, Quod vigore clauſulę maioris valoris non poſſit quis augere vltra tertiam partem, & cũ dubitaretur ſuper d. Regula, fuit reſolutum, quod vigore huius Clauſulę nã poſſit quis augere, niſi vſque ad tertiã, quoniam hæc regula litteraliter intelligenda eſt, ſecus autem eſſe, ſi quis in ſupplicatione obtinuerit, vt poſſit augere, vel minuere vſque ad verum valorem, vt eſt deciſio vnica ſuper d. Regula Achillis de Graſſis.

Declaratur Regula † vt procedat in prima expreſſione valoris: Nam & de iure cõmuni eſt, vt quis ad verum valorem exprimẽdum non teneatur, verùm ſi male expreſſerit, propterea gratia nulla redditur, ad notata per Fel. in c. ad aures, col. 3. de reſcript. quod multo magis vigore dictæ regulæ dicendũ eſt, Creſcent. deciſ. 8. de reſcript. vbi quod habens gratiam augendi, ſi ſemel expreſſerit, amplius augere non poteſt. Veral. deciſ. 331. par. 3. 6

Tantò minus augere poterit, ſi a tertius pręiudiciũ interuenerit, nimirũ ſi obtenta prima gratia cũ clauſula, Augendi, ante ſequutã declarationẽ alter ob non expreſſum verum valorem impetrauerit, quoniam ille primus impetrans, alias litteras expedire nõ poteſt, & in eis verum valorem exprimere in pręiudiciũ impetrantis in medio, & ita reſolutũ fuit, Put. deciſ. 94. parte 3. nã primus impetrans diligentias facere debebat in exprimendo vero, alias dolosè gratia cõceſſa videbatur, & pręſertim in pręiudiciũ officialiũ Cãcellarię.

Quãtus autẽ valor exprimẽdus ſit, & quomodo probãdus, quibuſq; onerib. deductis, diffusè ſcriptũ eſt in ff. Nouiſſimis, par. 6. verb. valor, per plura capit.

CLAVSVLA 17.

*Aut alias, &c.*

HÆc clauſula poſita poſt mentionem iuris communis, non poteſt aliter intelligi, quam de iure ſpeciali, l. ius ſingulare, ff. de legibus. Gloſſ. in

Clement. prima, ver. debitis, De decimis, & fuit dictum in cauſa Valentina decimarum de Cotaine. 10. Decembris, 1601. coram Litta.

## CLAVSVLA 18.

### *Communiter viuere.*

HÆc clauſula importat, quod ratione maioris familię, non exigatur plus, per l. finalem, vbi gloſſ. ff. de doli mali exceptione. Bartol. conſilio 168. num. 1. ad finem, par. 1. & in l. Quintus, in fine, ff. de annuis legatis.

1 Hæc clauſula † importat, vt fructus ſint communicati, & is qui habet familiam grauiorem releuetur, ne teneatur plus conferre, Alexand. conſilio 76. in princ. volum. 4. quod conſilium eſt Salluſtij, & adſunt ſubſcriptiones plurium Doctorum. Et hoc procedit, etiamſi teſtator iuſſerit, quod in communione ſtent, atque omnia eorum bona pro indiuiſo tenere debeant. Item lucra, expenſas, & onera, tam pro ſtudio, quam pro libris, & alia quacumque re, ipſos aut aliquem eorum tangente, communicare, quoniam hoc ſolum eorum communicationem important, quæ de natura ſocietatis ſunt. Ideo alter ad filiarum alterius dotes non tenetur, Alexand. d. conſilio 76. Neque hoc teſtatoris præceptum omnium bonorum ſocietatem inducit, niſi expreſsè dictum fuerit: quamobrem non conueniunt acquiſita ex hæreditate matris, aut alterius. Alexand. dicto conſil. 76. num. 7. Dec. conſilio 548. col. fin. Crauetta conſ. 506. col. 3. verſic. denuo dubitatur.

Pater enim inter filios communionem bonorum, & collationem, ad tempus præcipere poteſt, non tamen perpetuo, & præceptum priuationis hoc caſu non valet. Alexand. conſilio 110. nu. 10. verſ. pro hoc etiam, volum. 3. & in conſilio 18. volum. 2. Bald. in conſilio 72. & in conſilio 91. volum. 2. Gramatic. deciſ. 7. in princip. vbi probat, quod hoc præſumitur factum ad fauorem filiorum, Dec. in conſilio 349. Neque poſſent filij renunciare, atque contra teſtamentum venire, diuidendo etiam cum iuramento, & cum ſuo curatore, quia non valet. Bald. in conſilio 144. poſt medium, verſ. item diuiſio, volum. 3. Gramatic. d. deciſ. 7. Dec. in conſilio 349. num. 4. Item hoc poteſt fieri etiam per pactum, & per teſtamentum, etiam ſine cauſa, quoniam præſumitur, de facilitate decipiantur. Bald. in d. conſilio 72. num. 1. verſ. ad euidentiam, volum. 1. Cranetta, in conſilio 60. in princip. Gramat. d. deciſion. 7. Paul. de Caſtro in conſilio 179. col. finali, verſ. ſuper quarto, vol. 1. Alexand. in d. conſ. 110. num. 10. verſ. pro hac, volum. 3. item, talis conuentio ligat etiam ſucceſſorem ſingularem, habentem cauſam à paciſcente. Caſtrenſ. in dicto conſilio 179. colum. finali verſic. item habet iuſtum, vol. 1.

Declaratur: Nam ſi conuentio, & prohibitio nō eſt ſub pœna, ipſi diuidere poſſunt, Bald. in conſil. 72. per totum, vol. 2. vbi quod ſi eſt facta, non poteſt retractari reſpectu prohibitionis, niſi quatenus adſit læſio vltra dimidiam. Idem in conſil. 91. vol. 2.

Si alter ex ipſis viuentibus in communi, eſſet rixoſus, non obſtante quacumque conuentione, vel prohibitione, diuiſio fieri poſſet, Socin. iun. in conſilio 79. num. 3. volum. 1. Caſtrenſ. in d. conſilio 179. col. fin. verſ. ſuper quarto, vol. 1. Si diſcordiæ ſuſcitarentur ex ipſa communione, Oldrad. in conſ. 241. Aretin. in conſ. 22. col. 2. Socin. in cōnſ. 279. vol. 2. Roman. in conſilio 116. num. 4. Idem ſi ſocius rixoſus ſit, atque pupillo rem communem habere non expediat, Bart. in l. ſi conuenerit, per illum tex. ff. pro ſocio. Roman.

man.in d.conſ.106.n.4.

SVMMARIA

1 *Clauſula, Conſtito requirit partis citationem.*

2 *Secus ſi ſit dictum, & extraiudicialiter.*

3 *Et requiritur cauſæ cognitionem.*

4 *Secus ſi agatur de re modica, & parui præiudicij.*

5 *Reddit reſcriptum conditionale.*

6 *Et ad eius verificationem requiruntur veræ probationes.*

7 *Et quando ſufficiunt probationes præſumptiuæ.*

8 *Clauſula, Conſtito quod obierit in poſſeſſione, quando dicatur iuſtificata.*

9 *Poſſeßio non dicitur interrupta per intruſionem alterius.*

10 *Clauſula, Conſtitutio de aſſertis, quando non referatur ad narrata.*

11 *Clauſula, Conſtito de tribus conformibus, intelligitur de validis.*

12 *Clauſula, Conſtito de re iudicata, quid operetur.*

13 *Clauſula, Conſtito de aſſertis in commiſſione reſtitutionis, non dat iuriſdictionem.*

14 *Clauſula, Conſtito quod defunctus obierit in poſſeßionem quomodo intelligatur.*

15 *Iudex quando non iuſtificata reſeruatione nulliter procedat.*

16 *Clauſula, Abſque vitio ſpolij, reſpicit conditiones Breuis.*

17 *Manutentio quando datur ei, qui non habet ſe pro ſpoliato, & committitur cauſa arbitrio Rotæ.*

18 *Exequutio quando ſuperſedetur ad excluſionem reſeruationis, ſi datur ſumus.*

19 *Clauſula, Conſtito quod defunctus obierit, quando ſit verificanda.*

20 *Clauſula, Conſtito, intelligitur ad effectum vacationis.*

21 *Clauſula, Conſtito poſita in Breui, quid operetur.*

22 *Clauſula, Conſtito, quando adiicitur reſcripto exequutoris principaliter, dato, an, & quando importet cognitionem.*

CLAVSVLA 19.

*Conſtito.*

HÆc Clauſula requirit partis citationem,† Gloſſ.in Clemẽt. Præſenti, de cenſibus, in verbo, conſtiterit, Rota, deciſ.21. de Reſcriptis, in antiquis, & deciſione 15. de dolo, & contumacia, in antiquis. Lapus Allegatione 60.num.3. Abb.in cap. Conquerente, num.9. de reſtitut. ſpoliatorum. Felin.in cap. ſi conſtiterit, ſub n.6. de accuſation. Dec.conſilio 198.col.ñ. Pariſ.conſilio 45.num.9. & conſilio 31.n. 33.in fine, libro 4. Ægid.deciſ.68. Veſtrius in Praxi, lib.8.cap.vltimo, nu.15. & fuit dictum in cauſa Meleuitana beneficiorum, 29. Maij, 1587. coram Seraph. 1

Declaratur non procedere, quando adeſt clauſula, † Et extraiudicialiter: quia tunc non requirit partis citationem. Than.dec.95. 2

Declaratur ſecundo, non procedere, quando narrata verificarentur ex actis, & coram eodem iudice, quis tunc eſſet conditio de præterito, quæ non ſuſpendit, l.cum ad præſens, ff. ſi certum petatur, l. inſtitutio talis, §. finali, ff.de cond. inſtit.cum ſimilibus. Ita Than.deciſ.95.

Item requirit † cauſæ cognitionem Innoc.in cap. finali, ad finem, & ibi Bald.n.11.verſ.de illa clauſula, & ſub num.19. Cardin.ad fin. de præſumpt. Lap.Allegat.60.n.2. verſ. ſecus ſi fuiſſet, & n.ſeq. & Allegatione 15.n.4. Ægidius deciſ.68. Than.dicta deciſione 95. Guido Pap.deciſione 70. & fuit dictum in cauſa Tiraſon. Cappellaniæ, ſeptima Maij, 1602. coram Pamphil. 3

Limitatur, quando agitur de re modica, † & de paruo præiudicio: nam tunc non requirit partis citationem, nec cauſæ cognitionem, Staphil. de 4

litter. iuſtitiæ, §. citatio, num. 13. & facit Rota deciſione 16. de dolo, & contumacia, in antiquis. Idem Staphil. ibidem, nu. 11. & 12. Papazon. ad deciſ. 12. n. 3. de officio delegati, & in nouiſſ. vbi idem dicitur de clauſula, Si inueneris. & de clauſula, Si repereris, & vide infra, in clauſula, Si inueneris.

5 Hæc clauſula reddit † reſcriptum conditionale, & quidquid facit iudex ante verificationem conditionis, nulliter facit. Socin. conſilio 99. n. 10. lib. 3. Pariſ. conſilio 41. nu. 14. & conſilio 94. num. 5. & 8. & conſ. 95. n. 5. 6. lib. 4. & vide in cauſa Oriolen. decimarum, 26. Februarij 1590. coram Orano. Vantius de nullitatibus ex defectu iuriſdictionis delegat. n. 92.

Et ideo hoc caſu ad eius verifica-
6 tionem requiruntur veræ, † & concludentes probationes: nec ſufficiũt præſumptiuæ, l. Lucius. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. Bal. in l. bonæ fidei, n. 8. C. de rebus creditis. Anania, in c. conſliterit, n. 6. & ibi Felin. in Rubrica, de probationibus, nu. 3. vbi Dec. num. 14. & conſilio 198. in fine, Cotta, in ſuis Memor. in verbo, Lex quæ conditionaliter, verſic. præterea: & in verbo, ſententia lata ſub conditione. late Plot. de in litem iurando, §. 2. num. 34. & vide in cauſa Oriolen. decimarum, 26. Febr. 1590 coram Orano.

Dic verum, in his caſibus, in quibus poſſunt haberi veræ, & concludentes probationes: ſecus vero in his caſibus, in quibus haberi non poſſunt, quia
7 nec ſufficiunt probationes † præſumptiuę, quę à iure admittuntur. Felinus, in Rubr. de probat. n. 3. ver. ſed aduertere, il 2. & ibi Dec. ſub n. 14. ante medium, verſ. ſi tamẽ. Plot. de in litem iurando, §. 2. n. 34. verſ. & quæ opinio.

8 Clauſula conſtito, quod † non obierit in poſſeſſione, dicitur iuſtificata eo ipſo, quod probetur non ſemel in vita poſſediſſe, quia poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad mortem, niſi doceatur interrupta, ex traditis per Alciat. de præſumption. Reg. 2. præſũpt. 25 Rota diuerſ. deciſ. 80. parte 2. ita fuit reſolutum in cauſa Illerdẽ. beneficij, 17. Octobr. 1594. coram Pegna.

Amplia vt procedat etiam ſtante intruſione alterius, † quia vbi poſterior, & turbatiua, eſt nullius momenti, nec dicitur interrupta prior poſſeſſio, ſi non habuit ſe pro ſpoliato, maxime ſi poſterior ſit attentata. Neuiz. conſ. 81. n. 23. & 26. & fuit dictum in d. Illerden. beneficij, 17. Octob. 1594. coram Pegna, &c. 9

Clauſula, Conſtito, &c. de qua in Breui, in eo quod reſpicit reſeruationem, debet plene probari, vt fuit dictũ in cauſa Cæſaraugustana portionis 31. Maij 1602. coram Litta.

Clauſula, Conſtito de aſſertis, † poſita in Regente in commiſſione, non refertur ad narrata, ſed tantum ad ea, quæ habentur in clauſula, Conſtito, poſita in diſpoſitione commiſſionis, & ſic non reddit Reſcriptum conditionale, quando ſignatura Papæ, vel Cardinalis eſt pura, & ſimplex: quia Regens non poteſt alterare ſignaturam Papæ, vel Cardinalis, quæ eſt illa, quę diſponit, & attenditur. Caſſad. deciſ. 7. n. 14. de Reſcript. & fuit tentum in Trolien. decimarum, 26. Febr. 1590. coram Orano. 10

Clauſula, conſtito de tribus † conformibus, &c. intelligitur de validis, ad l. quartum, §. condemnatum, ff. de re iud. & fuit reſolutum in cauſa caputaq. ſenioris, 1. Iulij, 1587. coram Bubalo, Lauden. pecuniaria, prima Iulij 1585. coram Pamphilio, & fuit dictum in cauſa Vliſbonen. decimarum, vigeſimanona Martij 1591. coram Orano, & in cauſa Toletana penſionis, duodecima Decẽbris, 1597. vbi quod merentur exequutionem, & vide in cau- 11

cauſa Bonon.de Ramalottis, duodecima Aprilis,1592. coram Pamphilio, Mediol.bonorum,4.Iulii,1601.coram Lancellotto.

12 Clauſula, Conſtito de re iudicata,† procedatur ad exequutionem,&c. operatur, vt ſtante re iudicata, illáve exequenda, non obſtante præcedenti reſtitutione in integrum, ſi nihil contra iuſtitiam rei iudicatæ deducatur. Rota.deciſion.144.num.3. parte 2.diuerſ.Segobricenſ. Parrochialis,ſecunda Decembris,1602.coram Pamphilio.

Item, quamuis intelligatur de præcedenti re iudicata, tamen quando ſumus in ſententia lata extra Palatium, & tranſierit in iudicatum, poteſt Rota procedere ad illius exequutionem. Mohedan.deciſ.36. in fine, & fuit dictum in Toletana fructuum, de Borgas, 16.Maij,1586. coram Pamphilio. Veneta legitimitatis, prima Iulii,1602. coram eodem.

13 Clauſula, Conſtito de aſſertis † reſtituat, poſita in commiſſione reſtitutionis in integrum, non reſpicit iuriſdictionem, quæ ſimpliciter datur, & ſtatim tribuitur, ſed reſpicit ipſam reſtitutionem, vt non ſit danda, niſi probatis aſſertis: alias videri non poſſet, an illa eſſent vera. ita fuit dictum in cauſa Bononienſ.cenſus,28.Iunii,1601. coram Sacrato.

14 Clauſula, Conſtito quod defunctus† obierit in poſſeſſione beneficii Sede Epiſcopali vacante, vel in tali menſe reſeruato,&c. intelligitur, ita vt exinde inducatur reſeruatio, propter quam concedi ſolent Breuia de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, in quibus ponitur huiuſmodi clauſula, & ideo licet probetur obitus defuncti in dicto menſe, vel Sede Epiſcopali vacante, ſi tamen beneficium non eſt reſeruatum, Breue non dicitur iuſtificatum, vt fuit reſolutum in vna Salamantina Canonicatus, de anno 1575. coram Rubeo, & in Vincentina beneficij Sácti Martini,21. Februarij,1600. corã Pamphilio, in qua adſunt deciſiones, prædictæ Gerunden. beneficij, 31.Maii 1600 Corduben.dimidię portionis, vndecima Febr.1602.coram Sacrato. Et Iudex ſi non admittit probationes ad excludendam reſeruationem, dicitur grauare partem, vt fuit dictum in cauſa Gerundenſ. beneficii, 31.Maii,1600.coram Corduba.

Vnde, ſi iudex vigore † huius Breuis non iuſtificata reſeruatione procedat ad exequutionem, dicitur nulliter procedere, & eiecto à ſua poſſeſſione datur reſtitutio, vt fuit reſolutum in dicta Salamantina Canonicatus,1572. coram Orano, & in Corduben. portionis 1575. coram Rubeo, Vincent. beneficij Sancti Martini,25.Feb.1600. coram Pamphilio, & in eadem,10.Decembris,1600 coram Sacrato. 15

Amplia, etiam ſi in Breui adeſſet clauſula, Abſque vitio ſpolij, quia tamquam acceſſoria recipit conditiones †16 Breuis, & intelligitur quatenus Breue ſit iuſtificatum. Put. deciſione prima, libro primo, & fuit reſolutum in dicta Cordubenſi portionis, 1575. coram Rubeo, Vincent. beneficij S. Martini, 25.Febr.1600. coram Pamphil.

Quod intellige, quando habet ſe pro ſpoliato: ſecus ſi non, quia tunc ſi cauſa appellationis committitur parito † Breui, arbitrio Rotæ, abſoluetur 17 centuris ad beneplacitum, & datur ei manutentio, vt ſeruatum fuit in cauſa Barchionen.beneficij,28. Iunij,1600. coram Millino.

Dic verum, quando datur fumus ſufficiens ad excludendam reſeruationem, alias ſecus: quia tunc manutentio datur immiſſo per iudicem. Rota in Aurien.Parrochialis,17.Aprilis,1600.coram Lancel.Tuden.Parrochial.tertia Decẽbr.1601.corã Sacrato.

Et ceſſante dicta clauſula, Parito
Breuj arbitrio Rotæ,ſi datur ſufficiens
fumus ad excluſionem reſeruationis,
18 † licet iura non ſint in forma proban-
ti, ſuperſedetur in exequutione Bre-
uis,donec in forma probanti afferan-
tur,vt plene excludatur reſeruatio, vt
fuit tantum in cauſa Leodienſ. Paro-
chialis, 16. Decembris, 1594. coram
Litta,& in cauſa Aſtoricenſ.Prioratus,
9.Decembr.1596.coram eodem. Bar-
chionen. beneficij, vigeſima octaua
Iunij, 1600. coram Millino, Aurien.
Parochialis, vigeſimaſeptima Aprilis,
1598. coram Lancellotto. vide Sala-
mantin.beneficij,31. Ianuar. 1596. co-
ram Corduba, & Vicen. beneficij, vi-
geſimaſecunda Iunij 1598.coram Lit-
ta,quæ videntur tenere contrarium.

Secus quando non datur fumus ſuf-
ficiens:quia tunc non intrat arbitrium,
& ſic non ſupraſedetur,vt fuit dictum
in cauſa Aurien.Parrochialis,17.Apri-
lis,1601.coram Lancell. Tuden.Parro-
chialis,3.Decembr.1601.coram Sacra-
to.

Et ratio eſt: quia cum huiuſmodi
breuia dentur propter reſeruationem,
& in illa fundentur, illa ceſſante, non
datur exequutio.Rota, diuerſ.in ma-
nuſcript. 45. incip. die 14. Nouemb.
1558.& dec.238.incip.coram Domino
Rubeo,& fuit reſolutum in cauſa Ge-
runden.beneficij,31.Maij 1600.coram
Corduba, vbi, quod ita fuit deciſum
in vna Salamantina Canonicatus, co-
ram Rubeo,& alibi ſæpe.

Clauſula,conſtito quod defunctus
19 † obierit,tunc ſufficit verificare, quã-
do non fit mentio in ea de pertinen-
tia collationis,vt in cauſa Abulen.Ca-
nonicatus,coram Rubeo, & alibi ſæ-
pe,ſecus, ſi fiat mentio de pertinentia
collationis in clauſula conſtito, &c.
quia primo Papa non remitteret per-
tinentiam ad petitorium,ſecundo ve-
ro caſu eſt poſita vti conditio d. clau-
ſulæ,& ideo venit iuſtificanda, ita vt
ex dicta pertinacia inducatur reſerua-
tio; propter quam breue fuit conceſ-
ſum,vt fuit reſolutum in cauſa Vicent.
beneficij Sancti Martini,22.Februarij,
1600.coram Pamphilio, & in Gerun-
den.beneficij,13.Maij, coram Corduba,in qua ponitur iſta diſtinctio.

Clauſula,conſtito,† intelligitur ad 20
effectum vacationis, puta, ſi dicatur:
Conſtito, quod ſit principalis digni-
tas, intelligitur enim, & quando va-
cet,vt fuit dictum in cauſa Bracharen.
iuriſpatronatus, 26. Martij, 1601.co-
ram Iuſto.

Clauſula,Conſtito,poſita † in bre- 21
ui, operatur quod ex mente diſpo-
nentis poſita in narratiua, ſi in dicta
clauſula non ſint repetita, cenſeantur
remiſſa ad negotium principale, vt
fuit reſolutum in cauſa Abulenſ. Ca-
nonicatus, 24. Nouemb.1578.coram
Rubeo vt in deciſ.373.lib.1.Quotidir.

Clauſula,Conſtito, † ſicut clauſu- 22
la,iuſtitiam faciat,important cauſę co-
gnitionem,niſi adiiciantur in reſcripto
executores principaliter dati in his,
quę de iure poſſet, quoniam ſine ci-
tatione exequi poteſt.Ancha. in conſ.
297 num.9.& 10.

Et ſi exequutor gratiæ reſignationis
à Papa datus d[illegible] reſigna-
tario poſſeſſio[illegible], ex abũdanti citauc-
rit,& quędã egerit quę ad iuſtificandã
exequutionem tendant, nõ ideo mix-
tũ exequutorẽ ſe facit,vt cõſuluit An-
charan.in conſ.221 quem ſequitur Fe-
lin.in c.dudum, n.22. ỽ. & amplia de
præſump.ideo dicit Felin.ſi citauit, v-
bi non tenebatur, expectare non te-
netur,nã licet exequutor iudicis partes
aſſumpſerit,ab hac via recedere poteſt,
exequutoriſq; partes reaſſumere, alle-
gat Innoc. in c.cũ inter in fine,de ele-
ction.& Antõ.de Butr.in c.cũ contin-
gat,col.fin.de reſcript.Fruſtra enim ci-
tatur, qui præſens contradicere
non

non poteſt, l.1.§. cum dicitur, ff.ſi cui plus, quam per leg. Falcid. facit gloſſ. not. in l.ſi cum dies, §.ſi arbiter, ff. de arbitr. Sed exequutor de exceptionibus principale negotium tangentibus cognoſcere non poteſt, vt pluries decisum eſt, Minſynger. obſeruatione 69. par.3. Ludouic. Peguer. deciſ.182. Io. Corſerius in Cappella Toloſan. deciſ.345. & ad hoc ſunt intra expreſſa, c.de cetero. de re iudic. l.ſi præter §. Marcellus; ff. de iud. ergo quamuis cognoſcere inceperit, recedere poteſt.

Clauſula, ſi tibi conſtiterit, ita demũ importat cauſę cognitionem, iuxta terminos Clement. Iudex, de officio ordinar. ſi aliã clauſula appoſita fuerit, videlicet vocatis, qui de iure fuerint vocandi quæ de ſtylo Romanæ Curiæ in litteris iuſtitiæ apponi conſueuit, vt dicit Lapus Allegatione 61. num.4.℣. facit pro iſta parte. Sed quando principaliter datur exequutor in his, quæ ſine partis citatione fieri poſſunt, tunc non eſt neceſſaria partis vocatio, Ancharan. in conſilio 297. num.10. & ibid. num.8. & ſeq. dicit, quod clauſula, ſi tibi conſtiterit de reſeruatione, aut collatione, vel ſimilibus, moneant, inhibeat, declaret, &c. non facit niſi merum exequutorem, quoniam conſtito de aſſertis, nihil vlterius agit, niſi exequitur, & ideo Ancharan. ibi probat, quod tunc clauſula, ſi tibi conſtiterit, & clauſula iuſtitiam faciat, numquam important cauſæ cognitionem, quando ſunt poſitę in litteris exequutoris principaliter dati.

Neque importatur cauſæ cognitio, ſi alia clauſula ſuperaddita foret, videlicet, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus; quoniam & hæc importat monitionem, vt probat Bald. in l. certum, colum.2. C. vnde cognati, vbi dicit, quod eſt potius commiſſio conſcientialis, quam iudicialis, & ideo exequutor non poteſt admittere exceptionem contrariam, quia non habet cauſæ cognitionem, vt dicit Lapus allegat.15. in fin.℣. quia tamen eſt dictum, & allegat.61. num.3.℣. Secundum quod dicimus.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Conſtituti poſita in donatione inter virum, & vxorem, quid operetur, & num.8.*

2 *Et quid ſi ſit donatio collata in tempus mortis.*

3 *Primum extremum non probatur ex clauſula, conſtituti.*

4 *Clauſula, conſtituti operatur tranſlationem poſſeſſionis ad quoſcumque effectus.*

5 *Et an operetur ad effectum, vt inducatur caducitas.*

6 *Et quando cenſeatur collata poſt mortem, & num.9. & 11.*

7 *Et quid ſi adſit clauſula, non alias aliter, nec alio modo.*

10 *Conſtitutum transfertur in omnes hærodes, & quod remedium intentare poſſint.*

12 *Diſcuſſio bonorum ceſſat ob conſtitutum, & quando fallat.*

13 *Conſtitutum quando nihil operetur.*

CLAVSVLA 20.

*Conſtituti.*

HÆc clauſula appoſita † in donatione inter virum, & vxorem, de bonis, quæ reperirentur poſt mortem viri, non dicitur collata per mortem, cum in ea nulla ſit facta mentio mortis. Oldr. conſ.139. in 3. dub. Dec. in l. contractus, num.17.℣. & eo modo, ff. de reg. iur. Tiraq. de conſtitut. par.3. limit.21. num.14. & fuit reſolutum in Romana de Mattheis, 28. April. 1564. coram Oradino. 1

Hęc clauſula operatur, etiam ſi ſit collata † in tempus mortis. Oldr. cõſ. 2
139. in 5. dub. Alexand. conſ.83. num.6. ℣. & ſubdit quod effectus lib.2. Dec. in l. contractus, num.17. ff. de regulis

iuris. Iaſon, in l. quoties, nu. 17. in fine, C. de rei vendic. & conſ. 147. col. 9. ✠. primo ex limitatione, lib. 2. Neguzant. de pignor. 2. memb. par. 2. numero 7. Tiraq. de conſtit. par. 3 limit. 2. numer. 17. & fuit dictum in d. Romana de Mattheis, coram Oradino, vbi quod alias idem tenuerat in vna Romana vineæ.

3 Ex hac clauſula appoſita † in contractu, non probatur primum extremum ad effectum ſpolij, niſi data validitate contractus, vt per Doct. in l. 1. §. ſi vir vxori, vbi Iaſon poſt alios, nu. 18. ff. de acq. poſſ. Bald. in l. emptione, q. vlt. C. *plus valer.* quod agit. Pariſ. conſ. 55. num. 22. lib. 1. cum aliis allegat. per Tiraq. de conſtit. par. 3. limit. 7. fere per tot. & fuit reſolutum in cauſa Placentina vſurarum, 9. Decembr. 15[illegible] coram Rubeo, vt in dec. 51. lib. 3. Quotidie, & in eadem, coram eodem, 2. April. 1584.

4 Hęc clauſula operatur † translationem poſſeſſionis ad quoſcumque effectus, l. mulier, vbi Gloſſ. Bart. & alij, ff. de rei vend. l. quamuis, §. 2. & l. quod meo, cum ibi notatis, ff. de acq. poſſ. Berous, conſ. 41. num. 12. lib. 3. Afflict. dec. 299. cum aliis allegatis. late per Tiraq. de conſtit. part. 1. num. 2. & par. 3. limit. 11. & fuit dictum in cauſa Sutrina bonorum, 23 Octobris 1595. coram Pamphilio.

An autem operetur translationem poſſeſſionis, ad effectum, vt inducatur caducitas rei † emphyteuticæ ob alienationem, vide Clar. §. emphyteuſis, q. 13. Tiraq. de conſtit. part. 3. limit. 6. Velaſc. de iure emphyteut. q. 14. nu. 10. Ferret. conſ. 122. per totum, volum. 1. Cordub. de priuat. ob alienationem, Ampliat. 30. & in cauſa Rauennatenſ. 21. Iunii, 1596. coram Pamphilio, & in cauſa deuolutionis domus, 24. Aprilis, 1600. coram Pegna.

5

Adde tamen, quod quando hæc clauſula non eſt clare appoſita viuo teſtatore, ſed poſt mortem, ſtante clauſula, ſequuta morte, &c. operatur, vt cenſeatur † collata poſt mortem, & 6
ſequuta morte per viam conſtituti relaxata poſſeſſio, & ideo ex cauſa non cenſetur incurſa caducitas, ad tradita per Neguzant. de pign. part. 2. memb. 2. num. 3. & late per Tiraq. de conſtit. p. 3. limit. 2. ita fuit dictum in cauſa Rauennat. bonorum, 21. Iunij 1596. coram Pamphilio.

Maxime ſi adſit clauſula, nō alias, aliter, † nec alio modo. Nam ſtante 7
hac clauſula, etiam ſequuta realiter traditione poſſeſſoris, non incurritur caducitas. Bald. in Autheut. ingreſſi, num. 7. C. de Sacroſanct. Eccle. Abb. in cap. inſinuante, num. 6. qui cleric. vel vouent. Iaſ. in l. fin. num. 142. C. de iure emphyt. & fuit dictum in d. Rauennaten. bonorum, 21. Iunij, 1596. coram Pamphilio.

Ad numerum primum † adde. Si 8
maritus in inſtrumento dotali conſtituerit ſe poſſidere nomine vxoris, in caſu reſtitutionis dotis, conſtitutum eſſe validum, firmarunt Bald. in l. 1. C. de communi ſeruo manumiſſ., Tiraq. de Conſtitut. in 3. par. limit. 3. Et ita fuit deciſum in Rota in Romana de Gadis dec 320. num. 1. & 2. par. 3. lib. 3. in Nouiſſ. ibi fuit conſideratum hoc non procedere, quando conſtitutum fuit factum abſente vxore, poſſeſſio enim non niſi animo quæritur, ideo ſaltem ratificatio neceſſaria erat, vt de animo conſtare poſſit. Item hoc procedere dictum eſt, etiam ſi notarius pro illa vxore ſtipulatus eſſet. Alexand. in l. quod meo, col. 6. ✠. inter illud quod dicitur, ff. de acq. poſſ. & in conſ. 153. col. 1. ✠. propterea ſi bene, vol. 6. Tiraquel. in dicta limit. 3. & Rotæ ſibi placuit diſtinctio Socini, in l. 1. §. ſi iuſſerim, ff. de acq. poſſ.

Neque vxor relicta dicitur ratificaſſe,

caſſe, atque voluiſſe ex conſtituto poſſidere per actus iudiciales tutorio nomine factos. Item neque per iurium productionem, ad effectum demonſtrandi creditum, vt fuit reſolutum in eadem cauſa de Gadis, eſt deciſ.326. par.3.lib.3.in Nouiſſimis.

Contrarium fuit reſolutum in Senatu Pedemontano, vt per Teſſaur. deciſ.38.vbi oſtendit pro hac parte eſſe opinionem communiorem, & veriorem, quoniam conſtitutum collatum poſt mortem, dicitur collatum in illud tempus, quo maritus pro vxore poſſidere non poterat.

Et hęc opinio illi Senatui verior viſa eſt, etiam ſi conſtituens appoſuiſſet clauſulam, ex nunc, prout ex tunc, ex late traditis per Siluanum in conſ.97. numer.16.ver.ſpræmiſsis tamen,& nu. 21. qui reſpondet ad omnia in contrarium facientia,& adducit plures rationes efficaces pro hac parte. Quam ſententiam etiam ſequuta eſt deciſio Caualcani 42.nu.29. & 30.part.1. & ſecundum eam Senatus Pedemontanus iudicauit, vt per Teſſaur. d.deciſ.38. num.4.in fine.

Sed Rota Romana, in caſu quo clauſulæ Conſtituti eſſet adiecta alia clauſula,ex nunc,prout ex tunc,conſiderauit optimam diſtinctionem dari poſſe. Nam ſi conſtituto collato poſt mortem teſtatoris, ipſe teſtator dixerit, & ad maiorem cautelam, & alias omni meliori modo,ex nunc,prout ex tunc ſe conſtituit poſsidere, nam tunc ceſſat omnis difficultas, cum totum dependeat à voluntate diſponentis, vt eſt deciſ.549.par.1.in Nouiſſ. Et ibi vide quo modo conſtitutum poſſit fieri in teſtamento, & quid ſi ſub commemoratione inſtitutionis, vel legati, & quid ſi fieret in contractu nullo.

Quamuis † communis opinio ſit, quod ſi moriatur conſtituens, expiret conſtitutum, de qua per Menoch. de recuperanda poſſ.remed.14. num.64. & 67.qui alios refert;& Tiraq.de Cõſtituto,par.1.num.65.& limit.21.num. 10.& ſeq. tamen conſtitutarius poterit vti remedio, vt hæres conſtituentis teneat vtrum remittere poſſeſſionem, aut illam continuare nomine defuncti vigore conſtituti à defuncto facti, prout ita probat Claudius de Seiſel. in l. exitus, verſ. ſed ego, ff.de acq. poſſ.

Et ideo quamuis poſt mortem † nõ 10 poſsit intentare remedium retinendę, tamen poterit intentare remedium recuperandæ per l.final.C.de acquirenda poſſ. quæ lex loquitur non ſolum in ſeruo,& colono,prout Aretin. putat,ſed in quolibet alio, qui rem alterius nomine poſsidet, vt probat ibi textus in ℣. vel quiſpiam alius. Alexand.in conſ.85.num.2.vol.6.& in d.l. exitus ff.de acquir.poſſeſſ.& hanc opinionem tenet Senatus Pedemont. vt per Teſſaur.d.dec.205.num.4.

Declaratur ſupradicta cõmunis vt non procedat in poſſeſſione ciuili,† 11 quoniam per mortem conſtituentis non expirat,vt fuit iudicatũ, Teſſaur. in d.deciſ.215.numero 3.& ipſum conſtitutum tranſit in hæredes tã actiue, quam paſſiue, vt fuit etiam deciſum, Teſſaur.deciſione 105.quamobrem & hęres contra hæredẽ.imo etiam contra tertium, vigore ciuilis reſtitutionem petere poſſet.

Hoc autem dictũ declaratur,vt non procedat, ſi conſtitutum mulieri abſenti factum eſſet,ab eo qui poſt mortem alicuius ſe poſſidere conſtituit, quoniam non adeo tranſtulit poſſeſſionem,vt ſpoliatus poſtea poſſit ratificare; & ita fuit deciſum in Rota, vt per Achill.de Graſſ. deciſ.18. de reſtit.ſpoliatorum.

Clauſula,Cõſtituti † facit ceſſare ex- 12 cuſſionem bonorum principalis debitoris, ſi contra tertium poſſeſſorem a-

gatur, vt fuit deciſum, Ioſeph. Ludouic. deciſione Rotæ Peruſinæ 45. numero 4.

Declaratur tamē hæc deciſio vt procedat ſi via exequutiua agatur, ſecus ſi alio modo ageretur: & cum hac diſtinctione cōcordauit omnes opiniones Senatus Pedemōtanus, vt per Teſſaur. deciſ. 53. & d. deciſ. 2[illegible]5. num. 2. in fine.

13 Secundo declaratur, † vt non procedat, ſi clauſula Conſtituti eſſet appoſita in aliquo contractu pro incerta, puta, quia quis donauit, vel vendit tria iugera terræ in loco campeſtri, qui dicitur de Villa noua, vt fuit deciſum in Regno Luſitaniæ, vt per Antonium Gamam deciſ. 56. nam licet quota poſſideri poſſit, tamen non dicitur certa per nomina numeralia, vt declarat Iaſ. in l. 3 §. incertam, num. 3. ff. de acquir. poſſeſſione.

Vbi ſtatum requirit veram, & corporalem traditionem, tunc conſtitutum non ſufficit; & ita fuit iudicatum in Rota Marchiæ, vt per Gratianum deciſ. 238. num. 6. vſque ad finem.

Et an conſtitutum exſpiret ſi ſuper hypotheca adiectū fuerit, quę hypotheca exſpiret, vt & Catheran. in deciſ. 34.

Et quod requirantur, vt detur actio de conſtituta pecunia, vide Franch. deciſ. 343.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Contradictores, intelligitur de contradictoribus de facto.*

2 *Et an intelligatur de iure.*

3 *An hæres repudians hæreditatem dicatur facto contrauenire voluntati defuncti.*

## CLAVSVLA 21.

*Contradictores.*

HÆc clauſula, Contradictores appellatione poſtpoſita cōpellentes, &c. intelligitur de contradictori-
1 bus de † facto, non autem de iure Franch. in cap. 1. in princ. ad finem, vel vel poterit, de conceſſ. præbend. in 6. Romá. in conſilio 482. Oldrad. in cōſ. 81. in fi. & in conſ. 27[illegible]. num. 6. in fin. Cardin. in Clement. 2. §. contradictores, de relig. domib. Abb. in c. pro illorum, numer. 9. de præbend. Rebuff. in praxi, in forma nouæ prouiſ. verbo, cōtradictores, & † in Concordat. in forma litt. exequutor. mand. Apoſt. verbo, contradictores, St[illegible] phil. de litter. 2
grat. de vi, & effectu, clauſ. 8. competenti, num. 7. & ſeqq. P[illegible] dec. 271. nu. 6. lib. 3. Achill. deciſ. 4. num. 11. de ſent. excomm. Lancel. de Attentat. appell. pend. limitat. 8. num. 4. & fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. Parrochialis, 16. Martij 1588. coram Pamphilio, Panormitana Archidiaconatus, 15. Iunij, 1590. coram Pegna.

Hæres repudians † hæreditatem, 3
voluntati teſtatoris facto contrauenire dicitur, l. ſi patroni, §. quod ergo, & §. ſeq. ff. ad Trebel. l. quæſitum, ff. de acquir. hæreditate, videlicet, ſi relicta vxore vſufructuaria, prohibuerit hæredi, ne contradiceret, moleſtiam inferendo, atque talis contradictio dicitur, vt inducatur priuatio relictorum, Bartol. in l. filio pater, in fin. §. aut eſt excluſus, de legat. 1. Ruin. in conſ. 49. num. 3. vol. 2. & rationem ponit Alexand. in l. vbi autem, §. qui id quod, ff. de verborum oblig. quia contra facere dicitur, qui non facit, l. cum quid, ff. de verb. oblig. §. fin. inſtit. eod. tit. & late ſcripſi de hoc in l. 4. §. cato quæſt. 8. ff. de verb. oblig. Et quod per repudiationem dicatur facto contradicere, ſcripſi inter deciſiones Piſanas, voto 28.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cuius ad id expreſſus acceſſit aſſenſus, ſtat cauſatiue, non autem conditionaliter.*

2 *Litteræ Apoſtolicæ numquam expediuntur ſine conſenſu.*

3 *Breue*

3 *Breue habet vim litterarum Apoſtolicarum.*

4 *Et quid ſi eſt poſita in materia, in qua Papa requirit conſenſum.*

5 *Hæc clauſula intelligitur de conſenſu à tergo litterarum.*

CLAVSVLA 22.

*Cuius ad id expreſſus accedit aſſenſus.*

1 HÆc Clauſula cum ſit concepta † per verba præſentis temporis, ſtat cauſatiue, non autem conditionaliter, l.inſtitutio talis. ff.de condit. inſtit. l.cum ad præſens, l.itaque, ff.ſi cer. pet.l.ſi ita legatum ſit, vbi Bart.not. in prin.ff. de condit.& demonſtr.l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam. & ibi not.Bart.ff.de verb.obligat.idem Bar. in l. demonſtratio falſa §.quod autem, num.2.verſ.quare dico, & ibi Caſtréſ. num.10.ff.de condit. & demonſtr. & fuit dictum in cauſa Placentina penſionis,2.Iunij,1595. coram Pegna, & reſolutum in cauſa Elboren. penſionis,27.Octobris 1595. & 19. Ianuarij, 1596.coram Corduba.

Maxime, quando eſt poſita in litteris: quia tunc ſine dubio ſtat cauſatiuè: quia litteræ non fuiſſent † ſine con-
2 ſenſu expeditæ. Put.deciſ.459. lib.1 & deciſ.decimaoctaua, lib.2. Verall.deciſ.120.& 213.num.1.part.1. in impreſſ. & dec.183 lib.1. in manuſcript. Peregr. deciſ.74.num....lib.1. & tenuit Rota in dicta Elboren.penſionis, 27.Octobris.1595.coram Corduba.

Idem, ſi ſit appoſita in breui, ex quo
3 breue † habet vim litterarum Apoſtolicarum, nec requirit aliam expeditionem litterarum, vide in dicta Elboren.penſionis,27.Octobr.1595. & 19. Ianuarii,1596. coram Corduba, & in cauſa Romana cenſuum, 13. Martii, 1596. coram Blanchetto, vbi de clauſula, attento conſenſu poſita in breui.

4 An autem quando eſt poſita † in materia, in qua Papa requirit conſenſum, vt in materia penſionis, in qua non reſeruat penſionem in beneficio iam collato ſine conſenſu Titularis, Put.deciſ.421. lib.1.num.7. Caſſador. deciſ.1.de penſionibus ab initio ex intentione Papæ ſtet conditionaliter, etiam ſi ſit concepta per verba præſentis temporis, vide in cauſa Elbor.penſionis,5.Iunii,27.Octobris 1595.& 19. Ianuarii,coram Corduba.

Adde etiam, quod hæc clauſula intelligitur de conſenſu † à tergo litte- 5
rarum, etiam quod non ſit ſufficiens, vt fuit reſolutum in dicta Elbor.penſionis, 21. Iunij 1602. coram Corduba.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cuiuſcumque ſtatus, &c. an capiat minores.*

2 *An, & quando comprehendat Cardinales.*

CLAVSVLA 23.

*Cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, &c.*

HÆc clauſula † non capit mino- 1
res in materia, in qua ſunt inhabiles, Gloſ.in l.promittendo, in verbo, conditionis, vbi Iacobinus de S.Georgio, ff.de iure dot. & faciunt not. per Iaſ.in l.2.§.Prætor, num.3.ff.qui ſatiſd. cogant. vt fuit dictum in cauſa Romana montis,19. Nouembr.1584. coram Seraphino.

Si crimen † eſt adeo enorme, & 2
Chriſtianæ religioni pernitioſum. Itẽ ſi prohibitio, contra homines cuiuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, dicta fuerit, tunc comprehenduntur omnes perſonatus, ſicut eſt in diſpoſitione cap.1. de homicid. lib.6. vbi etiam Imperatorem contineri, tenet Io. Andr.ibi, & Couar. in lib.2.var.reſolut.cap.20. numer.10.℣. primum fere cenſeo. Et licet Cardinales contineri non videantur, quia nulla Conſtitutio ligat ipſum Principem

D

condentem, l. Princeps ff. de legibus, l. digna vox, C. de legibus. Natura legis eſt ligare ſubiectos, c. quod autem, de ſent. excommunic. Concedens indulgentiam, illa vti non poteſt, Specul. in tit. de pœnitent. & remiſſion. in fine. Sed Cardinales ſunt pars corporis Papę, cap. nouit, & c. quanto, de his quæ fiunt à Prælat. & latius ſcribit de hoc Barbatia, in Tract. de præſtantia Cardinalium parte 1. quæſt. 2 ergo Cardinales non videntur comprehendi, prout ad hoc eſt tex. in cap. quam periculoſum, de ſentent. excommun. lib. 6. in ℣. niſi de Epiſcopis, vel eorum Superioribus expreſſa mentio habeatur, & ideo Io. de Lignano in cap. 1. de cler. non reſid. & Canoniſtæ omnes in c. 1. de ſchiſmatic. lib. 6. dicunt, diſpoſitionem d. c. quam periculoſum. non breue locum in conditionali, propter coniunctionem quam habent cum Papa, c. requiſiuiſti, de reſt & probat. Barbatia, in d. tractatu de præſtantia Cardinalium, parte 1. q. 7. tamen verior eſt opinio, Cardinales cõprehendi ſub diſpoſitione d. c. primi, de homicid. lib. 6. quia cum agitur de ſalute animarum, & euitando peccato, diſpoſitio correctoria, & odioſa, de tali materia loquens contra homines cuiuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant, comprehendit etiam Cardinales. Ioan. Andr. in cap ex tenore, qui fil. ſint legit. & ibi Ant. de Butr. & Abb. Idem Abb. in cap. quæſiuit, de diuortiis; & iſta Clauſula generaliter geminata, comprehendit etiam odioſiora, Socin. in conſil. 47. num 30. volum. 4. & in conſil. 3. num 23. volum. 3. Roland. in conſil. 5. num. 44. & conſ. 61. num. 40. volum. 1. maxime in materia fauorabili, vt per eundem Roland. in conſil. 12. numero 36 volum. 4. Burſat. in conſil. 76. num 15. & ſeq. volum. 1. Nulla mentio de Cardinalibus inibi facta eſt, ad euitandum ſcandalum, vt dicit M. in Tractatu de Iuriſdictione, parte 4 Centuria 2. Caſu 139. numero 14. & quod contineantur Cardinales, probat Felin. in cap. ad aures, numero 31. de reſcript. & hanc tenet Rota Romana, vt per Caſſador. deciſ. 38. num. 5. ſuper Regulis Cancellariæ.

SVMMARIA.

1 *Fructuum decurſorum appellatio, quos comprehendat.*

2 *Sententia quando condemnet ad fructus perceptos & quando ad percipiendos.*

3 *Ad fructus percipiendos quando quis teneatur.*

## CLAVSVLA 24.

*Cum fructibus decurſis.*

HÆc Clauſula, Cum fructibus † 1
decurſis etiam à die obitus, non capit fructus decurſos ante obitum, & non exactos, nec conſumptos, vt fuit reſolutum in cauſa Geruden. fructum, 24 Maij 1599 coram Iuſto.

Aliquãdo † hæc Clauſula ſolet ap- 2
poni in ſententia condemnatoria, & tunc regulariter non veniunt, niſi fructus percepti, ad quos Rota ſolet condemnare, à tempore litis motæ, vt deciſione 152. num 2. parte 1 in Nouiſſimis. Sed contra violentum poſſeſſorem, & attentantem, ſolita eſt condemnare etiam ad eos qui percipi potuerunt, vt d. deciſione 552. & deciſ. 577 par. 1. in Nouiſſimis: Nam poſt litem conteſtatam in beneficium ſe intrudens, malę fidei poſſeſſor eſſe incipit, qui propterea tenetur non ſolum ad fructus perceptos, ſed etiam ad percipiendos, Ioan. Andreas, Ant. de Butr. & Cardin. in cap. grauis, de reſtitut. ſpoliat. Abb. col. 3. ℣. nunc venio ad ſecundum, Bart. in l. ex diuerſo, ff. de rei vendicat.

Sed Rota tenet, † quod qui intru- 3
dit ſe in canonicatum poſt litem motam, in tantum tenetur ad fructus, qui percipi

percipi potuerunt, vt puta ad diſtributiones quotidianas, quæ hoc caſu ve- [illegible] appellatione fructuum, in quã- tum præceſſerit proteſtatio ab ea partum parte facta, quæ illas lucrari volebat, & ita dec[iſ]um fuit, vt deciſione 1170. parte 3. libro 3. in Nouiſſ.

Item declaratur, vt condemnatus ad fructus perceptos, intelligatur ad eos, quos ipſe percipit, nõ ad eos, quos alter exegerat, etiam ſi lite pendente alienatio facta eſſet: nam fictus poſſeſſor, qui dolo deſiit poſſidere, non continetur in ſtatutis, vt dicit Aretin. in Rubrica, ff. de acquir. poſſeſſ. in fine, & verba ſententiæ ſunt ſtricti iuris, & ita fuit deciſum per Achill. de Graſſis, deciſ. 21. de reſtit. ſpol.

Quando autem veniant fructus fructuum, vide Rotam deciſione 912. parte 4 in Nouiſsimis.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Cum incidentibus, comprehendit negotium principale.*

2 *Et de quibus incidentibus intelligatur.*

3 *Et continet cauſam expenſarum.*

## CLAVSVLA 25.

*Cum incidentibus.*

1 HÆc Clauſula, Cum incidentibus, † & emergentibus, annexis, & connexis, poſita in commiſſione appellationis cauſæ poſſeſſoriæ, operatur, vt cenſeatur commiſſum, non ſolum poſſeſſorium, ſed etiam petitorium: cum negari non poſsit, quin negotium principale non ſit de incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, &c. Ægid. dec. 619. Caſſad. deciſ. 9. num. 13 de cauſa poſſeſſ. & propr. & fuit dictum in cauſa Perufina hæreditatis, 26 Octobris, 1602. coram Pamphil.

2 Hæc clauſula intelligitur de incidentibus, † annexis, & connexis, dũmodo non ſint talia, quæ aliis conceſſa eſſent, Ioan. de Imola in conſ. 140. n. 5. ꝟ. Nec ob. Item intelligitur de annexis, & connexis proximis, non remotis. Io. de Imola, in conſ. 139. n. 6. Item, per illum Princeps cenſetur commiſiſſe omnia illa, quæ reſpiciunt iuriſdictionem contentioſam, Bellamer. dec. 328. & deciſ. 619. Item, ſi venit negotium principale, vt probatum eſt, ſine quo articulus incidens aliquando expediri poterat, c. vt debitus, de appellationibus multo magis debet venire negotium † expenſarum dependens ex 3
Regula, Acceſſorium, de regul. iur. lib. 6. vt per Caſſador. deciſione 9. n. 13. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & per Franch. in d. c. vt debitus, col 1. ꝟ. ſed dubitatur quid in delegato. Clauſula, expenſarum eſt quid incidens, quoniam reſpicit cauſam principalem, & illi accedit, l. 4. cum gloſſa finali, circa medium, C. de depoſito, & ideo in l. finali, C. quando prouocare non eſt neceſſe, habetur, quod ſub appellatione victi appellantis à ſententia diffinitiua in negotio principali, venit etiam cauſa expenſarum, tanquam acceſſoria, & dependens, & ideo victor abſq; aliqua appellatione proſequitur cauſam expenſarum ſub appellatione victi. Item, in d. l. 4 C de depoſito, eſt caſus, quod vnica eſt actio negotij principalis & expenſarum, vbi vide rationem ad Gloſſã.

SVMMARIA.

1 *Poteſt ea cum libera reſtringitur ad expreſſa.*

2 *Procurator, cum libera tranſigit, & ei ſolui poteſt, & alia.*

3 *Clauſula, Cum libera quæ alia æquipolleat.*

4 *Clauſula, Cum libera quomodo reſtringatur.*

## CLAVSVLA 26.

*Cum plena, libera, ſpeciali, &c.*

HÆc clauſula, Poſita in mandato, † reſtringitur per verba illa, in 1

præmiſſis,& circa præmiſſa,ita vt eorũ fines egredi non poſſit, ca. qui ad agẽdum,de procurat.in 6. Alexãd.in l. qui-Romę,§. Callimachus, num.6. ff. de verbor.oblig.& conſilio 22.n.10.lib.1. Ruin.conſilio 59.num.3. lib.5. & fuit dictum in Ariminen. cenſus, prima Iulij,1588.coram Seraphino.

2 Licet procuratori † ad lites ſolui non poſſit l. hoc iure,ff.de ſolutionib. & multo minus talis procurator trãſigere vel paciſci poſſit.l.ſed ſi tantũ, ff. de pactis, tamen ſi habet liberam adminiſtrationem illius cauſæ, poteſt tranſigere, eidémque ſolui poteſt, vt probat Matheſilan. Singular.30. vbi quod ſi libera adminiſtratio eſt cõceſſa in præmiſſis (in inſtrumento) tunc intelligitur habere liberam poteſtatẽ ſuper inſtantia, non autem ſuper cauſa,neque poſſet recipere ſolutionem, Bart.in d.§. Callimachus. Felin.in cap. cum olim,in primo, de officio delega. & in c.cauſam quæ col.2 & ſeq. de re iudic.Federic.de Sen in cõſ.52. Rom. in conſ.334.col.4.& in conſ.461.

Hæc Clauſula inducit mandatum ſpeciale ad alienandum Iaſ.in l. ſi procurator,n.11.C de procurator.nam illi æquiparatur,Bald.in l nam & nocere. ff. de pact. vbi dicit procedere tam in iudiciis, quam in contractibus, & ſequitur Alexand. in conſil.133.num.2. & ſeq vol.6. Et quod per mandatum cum libera poſsit tranſigere, Geminian.in conſ 129.num.6.verſ. item eſt ibi, Clauſula. Crauetta in conſ.924. nu.9. Ideo ad tranſigendum,& concordandum pro Eccleſia mandatum Abbatis, & Capituli cum libera ſufficit. Alexand. conſil. 92 in principio, vol.6. Item,poteſt remittere actiones ad fructus, ſiue ad pretium, Alex.d. conſil. 92 num.6 ✝.& ſicut dixi, vol 6. Item, poteſt inueſtituram facere de feudo, vel emphyteuſi ſolitis concedi ad quadraginta annos, Alex.d.conſil. 92.nu.7.& 8.ver.potuit etiam,vol.2.

Item,huic Clauſulæ,Cum libera,† æquipollet altera clauſula, videlicet, Dans poteſtatem exercendi ea, quæ poſſet ipſe conſtituens, Geminian.in d.conſ.129.num.6.& ſeq.ver. Item eſt ibi clauſula. Crauetta,d.conſ.924.nu. 9. vbi quòd paria ſunt, cum plena, & libera, vel quòd poſſit, quæ mandans poteſt.Ruin.conſ.93.num.5.& ſeq.volum.5. Item, dicitur ita fieri,quando mandatum generale factum eſt, & cũ libera. Aut addita fuerit clauſula,Promittit ratũ,&c.& multo magis ſi cum prima clauſula eſſet coniuncta illa, Et cum libera, nam tunc mandatum ſpeciale ſufficiens eſt ad omnia generaliter in mandato contenta.Pariſ.in conſil.79.num.29.& ſeq.vol.1. 3

Habens generale mandatum cum libera,&c.poteſt omnia exercere,quæ ſpeciale mandatum requirunt,præterquam non poteſt donare, nec dilapidare,neque facere incidere dominum in pœnam,Alexan.in conſ.43.in princip.vol.2. Item,poteſt facere ea, quæ poteſt procurator conſtitutus in rem propriam.Calder.in conſilio 1. 5.alias eſt conſilium 3.de procuratoribus.Sed non poteſt facere ea quæ requirunt mandatum ſingulare,quia mandatum ſingulare,ſpeciale differunt,Alexand. conſ.133 num.10.vol.6.

Declarantur hęc vt non procedãt,† ſi poteſtas cum libera eſt reſtricta circa præmiſſa, & expreſſa.Card. Zabarella in conſ.39. in princ. Dec.in conſ. 404.num.6. & diffuſè probat Cæſar Barz.in deciſione Rotæ Bononienſis, 125. Item, Clauſulæ quæcumque in mandato, non extenduntur ad non expreſſa,probat Thomas Triuiſan. in deciſione 14.parte 1. Et propterea in mandato cum libera facto duobus nunquam ſubintelligitur clauſula, In ſolidum,quamobrem vnus ſine alio agere nõ poteſt,vt fuit deciſum in Rota 4

Ro-

Romana deciſione 860. parte 3.lib.3. in Nouiſſ.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Cum poteſtate citandi, & inhibendi, intelligitur reſpectu citationis tantum.*

2 *Clauſula, Cum poteſtate citandi in curia, & extra curiam, inducit certam ſcientiam Papæ.*

CLAVSVLA 27.

*Cum poteſtate citandi, &c.*

1 HÆc clauſula, Cum poteſtate citandi, † & inhibendi, præuia cauſæ cognitione, intelligitur reſpectu inhibitionis, non autem citationis: cum ſine ea non poſſit dari cauſæ cognitio, ita fuit reſolutum in cauſa Corduben. Decimarum. 13. Ianuarij, 1586. coram Rubeo.

2 Clauſula, Cum poteſtate citandi † in Curia, & extra, &c. Ex hac clauſula inducitur certa ſcientia Papæ, quod voluerit cauſam à partibus ad Sedem Apoſtolicam auocare, Rota, deciſ. tertia, col. 1. verſ. ſed pone quod committatur cauſa appellationis, in nou. Verall. deciſ. 7. lib. 3.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Cum annexis, quid operetur in beneficiis.*

2 *Annexum quotuplex ſit.*

3 *Beneficium vnitum, an, & quando ſit annexum.*

4 *Annexorum & dependentium idem eſt iudex.*

CLAVSVLA 28.

*Cum ſuis annexis, &c.*

1 CLauſula, † Cum ſuis annexis, &c. in impetratione beneficij, quid operetur, vide in cauſa Zamorenſis Archidiaconatus, 28. Nouembris, 1596. coram Rubeo, quam vide in cauſa Valentina penſionis, 19. Nouembr. 1599. coram Pamphilio.

2 Annexum, † & connexum dupliciter dicitur, vel quia alterum dependet ab altero, cui annexum, vel quia ordinatur ad alterum. Crauetta, in conſilio 818. num. 3. Abb. in cap. quanto, num. 5. & 6. de iudiciis. Ius patronatus eſt annexum iuri inſtituendi quod eſt ſpirituale. Item, præſentatio laici non eſt ſpiritualis, ſed ordinatur ad ſpiritualitatem, Ruin. conſilio 108. num. 6. vol. 5. & dicitur annexum proximum, & annexum remotum, ſed connexitas remota non eſt in conſideratione, Io. de Imola, in conſil. 136. num. ỷ. præterea.

Beneficium vnitum † eſt proximè annexum illi cui vnitum eſt, & de illius menſa efficitur, nec poteſt conferri, aut reſignari, quoniam nec vacare dicitur per eius mortem, qui ad eius regimen deputatus fuit, Gloſſ. in Clem. prima, in verſic. de menſa, vbi Abb. n. 17. Imola, nu. 47. de ſupplenda neglig. prælat. Rota deciſ. 11. eod. tit. in antiquis, & deciſ. 2. & 3. de exceſſib. prælatorum, in Nouiſ. Corneus in conſ. 262. n. 3. vol. 3. Socin. in cap. ſicut vnire, num. 123. de exceſſib. prælatorum, Felin. in c. noſtra, concluſ. 35. de reſcript. Caſſador. deciſ. 3. n. 3. de iudic. & deciſ. 2. num. 8. in fine, de vnionib. Sarnenſ. ſuper regula de infirmis, quæſt. 15. Item, bona vnita Eccleſiæ, tranſeunt in proprietatem illius cui ſit vnio, c. vbi monaſterium: & ibi Hoſtienſ. in verſic. actionibus, de religioſis domibus. Petrus de Peruſ. in tract. de vnionib. cap. 2. num. 8. Abb. in c. cum deputati. num. 6. de iudic. & ideo annexa ſunt proximè & immediatè. 3

Declaratur hoc, vt non procedat, quando vnio, ſiue connexitas eſt facta æquè principaliter: nam tunc beneficia vnita propriam naturam habere nō deſinunt, ita vt neutrum æquè principaliter dicatur alteri ſubiici, & connexum eſſe, prout declarat Rota in deciſione 73. parte 2. in Nouiſſimis.

Annexa propriè ſunt, quæ depen-

dent ab eodem negotio, Curt. ſen. conſilio 20.nu.23. verſ.ſi ergo, & declarat Bart.in l.Aurelius,§.idem quæſiit,ff.de liberatione legata. Videlicet
4 dos † dicitur dependere à matrimonio, & ideo iudex qui cognoſcit de matrimonio cognoſcit etiam de dote, Abb.in conſ.18 num.7. parte 2. Item, annexa dicuntur, quæ cohærent ſcripturis,& propterea idem iudicium habent, Io. de Imola,in d. conſilio 139. per totum: partitæ libri dependentes ex computo dati,& recepti dicuntur connexæ, quæ pro ſcribente probant, Bart.in l.quædam,§.nummularios, ff. de cedendo.

### CLAVSVLA 29.

*Cum omnibus,& ſingulis clauſulis.*

CLauſula,Cũ omnibus, & ſingulis clauſulis,decretis, immunitatibus &c. poſita in facultate transferendi penſiones, intelligitur ad fauorem translatarij,vt fuit dictum in cauſa Carpẽtoracten.penſionis,29. Maij, 1602.coram Lancellotto.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula Cauſa & occaſione, quando importet impulſiuam.*

2 *Cauſa finalis legati, quando ſit aliquod factum ſuperadditum in declaratione poſt diſpoſitionem.*

### CLAVSVLA 30.

*Cauſa,& occaſione,&c.*

HÆc Clauſula denotat cauſam re-
1 motiſſimam,& ſic † cauſam impulſiuam. Tiraq.in tract. Ceſſante cauſa,limitat.13.num.8.Rota diuerſ.deciſ. 8.num....par.2.& poſita in mandato, illud non reſtringit.Rota diuerſ.deciſ. 8.num.10.parte 2.

2 Aliquando hæc Clauſula † non exprimitur, ſed aliquod factum ſuperadditur,ad oſtendum cauſam finalem, vt ſi teſtator prius legaſſet decem millia Hoſpitali, ſoluenda in certis temporibus, & poſt multas alias diſpoſitiones in teſtamento addiderit, cum declaratione, quod Hoſpitale nihil poſſit petere,ſi prius non renunciauerit donationi:Nam ego alias dicebam in Rota,hæc verba importare cauſam finalem in ipſamet ſubſtantia legati,& illimet cohærere, non autem occaſionem ſiue cauſam remotam, & impulſiuam,quoniam declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis factæ, vt declarat Io. Andr. in additionib. ad Specul.titulo,de teſte, §. nunc videndum, & adeo cohæret diſpoſitioni, vt vnà cum ea emanaſſe videatur, Paul. de Caſt. in l.hæredes palàm, §. & quid ſi poſt,col.2. de teſtam. Verall.deciſ.27. par.3. Ideo præiudicat eis, quibus prætenditur ius medio tempore quæſitum eſſe, quoniam retrotrahitur ad ipſam ſubſtantiam diſpoſitionis, vt ibi Caſtr. & latius Probus,in addition.ad Io. Monachum,in c.1.n.5.& 6.de priuileg.lib.6. Aretin.in l.Gallus,§.etiam ſi parente,col.1. ff.de lib.& poſth. vbi quod ipſa declaratio ineſt in ſubſtantia diſpoſitionis.Ex hoc fundamento reſultant tres rationes,ad probandum huiuſmodi renunciationem non eſſe occaſionem, ſiue cauſam impulſiuam, ſed finalem. Prima, Illa eſt cauſa finalis, quæ cohæret ſubſtantiæ diſpoſitionis, ad tradita per Bart. in l. demonſtratio falſa, §. quod autem, ff.de condit.& demonſtr. ſed cauſa renunciationis quæ per declarationem ponitur, cohæret ſubſtantiæ legati, vt dictum eſt,ergo. Secunda,Illa eſt cauſa finalis, quæ eſt prima in intentione, ſed ponitur vltima in exequutionem, ad Bart. in l. ambitioſa,n.19.ff.de decret.ab ord.faciẽd.& poſt alios,quos allegat Couar. in lib.1.var.reſolut.c.20.n.2.Sed cauſa renunciationis fuit prima in intentione,quia poſita eſt per verba, Cum declaratione, &c. quę important,vt in ipſamet ſubſtantia legati conſiderata fuiſſet ad tradita per Verall.& Probum in

in locis allegatis, & vltimo loco in exequutione poſita eſt, ergo &c. Tertia ratio, Illa eſt cauſa finalis quæ non reſpicit commodum legatarij, ſed tertij, Socin.in conſ.83.n.5.vol.3. Crauet. in conſ.59. nu.4. Surd.in conſ.361.nu. 19.& ideo finalis appellatur, quoniam adimplenda eſt, alias repetitio daretur, ſi ante implementum ſolutio facta eſſet, Cin.in l.generaliter, circa finem, C.de epiſ.& cleric.cum aliis per Nattam in conſ.609.n.13.Sed cauſa renunciationis, quę cohęret ipſimet ſubſtantiæ legati, ad hæredis fauorem poſita, vt ex ipſis verbis declarationis apparet, (ſe non hauerà renonciato à tutte, & qualſiuoglia pretenſioniche poſſa hauere in eterno ſopra la mia heredità) ergo cum iſta renunciatio hæredis commodum reſpiciat, finalis dicitur, ita vt ſi ante implementum legatum ſolutum eſſet, repeti potuiſſet. Et quando cauſa alicuius diſpoſitionis ponitur ad commodum tertij, tunc diſponentis mens ita interpretatur, vt non aliter diſpoſuiſſet, niſi cum illa cauſa, vt declarat Nat.in cõſ. 609.n.12. Et in iure clariſſimum eſt, quod illa cauſa finalis dicitur, ſine qua agens aliter facturus non eſſet, vel ſaltem non eo modo facturus eſſet, niſi illa cauſa fuiſſet. Bald. in conſilio 340. col.2.vol.3.Crau.conſ.142.n.9. Rol.in conſ.44.n.15.vol.4. qui ceteros refert.

Quod autem teſtator non aliter legatum feciſſet, niſi renunciatio donationis ad hæredis beneficium facta eſſet, ſatis aperta ratione probatur: quoniam onus ab ipſo teſtatore in ipſa declaratione adiectum fuerat, quod onus dicitur cauſa finalis, propter quam ipſe teſtator motus eſt ad ita diſponẽdum, vt firmat Caſtr. in l.ſi quis ſeruũ, n.1.ẏ. quia illud onus, ff.de cõdition. & demonſt. Item quia illa declaratio eſt conditionaliter dicta, ſecundum partis aduerſæ lecturam, nimirum quòd non poſſit petere legatum, ſi prius non renunciauerit donationi, ita, quod iſta verba ſic conditionaliter dicta, & tempus futurum reſpiciunt, conditionem importarent, reſultat ratio, cui ipſa pars aduerſa nunquam reſpondere poterit, videlicet, illa eſt cauſa finalis, quæ colligitur ex diſpoſitione conditionali, Bart.in d. l. demonſtratio falſa, §.quod autem, col.3.verſ. tertio modo, ff. de condit. & demonſtrat. Bellamer. in c.poſt translationes, col.4.verſ.de conditione. De renunciation.Salic.& Bolognett.in l.damus, ff.de condit.& demonſtr.cum aliis per Tiraq.in tractatu Ceſſante cauſa, limitatione 1.nu.60. Item, quod quando cauſa ſapit conditionem de futuro, quod ſumatur ea teſtatoris mentis interpretatio, vt aliter legaturus nõ fuiſſet, probat diffusè Simon de Pret. de interpretat.vlt. volunt. lib.4. dubit.2. §.ad ſeptimum, n.7.Ratio rationis eſt: quia cum quid conditionaliter profertur, exinde forma inducta eſſe cenſetur. Bald.in Auth.Matri, & auiæ, col. 3.Afflic.deciſ.355.num.5.Tiraquell.de Retractu lignagier, § 1.gl.21.n.13. Sed forma teſtatoris ordinatione inducta omnino ſeruanda eſt, quia ineſſe cenſetur, Bald.in l.finali, C.ſi mancip. ita fuerit alienatum, ergo, & quia aliter legaturus non eſſet, & quia forma legato cohærere dicitur, cauſa finalis dicenda eſt.

Denique dicebam non obſtare quod legatum eſſet factum Hoſpitali pro alendis pauperibus Chriſti in dicto hoſpitali, quo caſu idẽ eſt, ac ſi ipſiſmet pauperib. legatum eſſet, videlicet Hoſpitali pro pauperibus, id eſt nomine pauperum, vt declarat Bart. in l.fideicommiſſa, §.interdum, num.2. de legat. 3. & tunc pauperes Chriſti, qui ſunt legatarij, nõ poſsũt dici cauſa ſui ipſius, ſed ipſa cauſa pia poſſet dici tacita cauſa finalis huius legati facti

pauperibus Chriſti, quando non apponeretur alia cauſa finalis expreſſa, ſed hic opponitur cauſa renunciationis, quam plene probauimus eſſe cauſam finalé expreſſam, & cauſa expreſſa facit ceſſare tacitam, ex regula l. cum quid ff. ſi cert. pet. Neque poteſt dici quod iſtæ eſſent duæ cauſæ. ſed quando ita aliquibus videretur, tunc attendenda eſſet cauſa renũciationis pro finali, quia pro regula ponitur, quod quando duę cauſę cõcurrunt, vna quę prodeſt legatario, cum quo agimus, altera quæ nocet, ſolum attendenda eſt illa, quæ nocet. Felin. in c. 1. in 2 limitatione, de re iud. Surd. in conſ. 361. n. 16. vol. 3. Riminal. iun. in conſ. 559. num. 87. vol. 5. ſicut quando concurrunt duæ regulæ: vna prohibitiua, quæ nocet, altera permiſſiua, quæ iuuat, tunc ſola prohibitiua attendenda eſt. Bartol. in l. 3. §. ſi liberti, ff. de ſuſpect. tutor. Dec. in conſ. 3. num. 4. Et cum cauſa renunciationis, quæ finalis eſt, & nocet legatario, ſola attendenda ſit, hæc eſt proprie cauſa finalis, ad effectum de quo agitur, nimirum, quod ſi datum fuerit in vita à teſtatore, propter eandem cauſam, omnino legatum corruit, prout ita allegabam deciſum fuiſſe in Comen. legati. 20. Febr. 1606. coram Ludouiſio: Nam ſi diſpoſitio propter duas cauſas finales facta, omnino corruit, vna tantum ex eis ceſſante, Bart. in conſ. 20. num. 3. & ſeq. verſ. nam debet, p. 2. Abb. in conſ. 70. col. 2. par. 2. multo magis hoc dicendum eſt, quando ex duabus cauſis finalibus, vna ſola attendenda eſt, quæ nocet, & quæ ab eodem teſtatore in vita redempta eſt: nam ſi propterea ceſſat, & legatum omnino corruit.

Addebam pro iuſtitia cauſæ, teſtatoris intentionem claram eſſe, non aliter legatũ peti poſſe, niſi prius Hoſpitale renũciauerit donationi, & propterea renunciationis onus eſſe correſpectiuum ad legatum. Rota deciſ. 491. n. 3. & deciſ. 677. n. 8. par. 1. in Nouiſſ. vbi quod vnum cenſetur factum contemplatione alterius: ſed ſi vnum ex correſpectiuis exſtinguitur, tota diſpoſitio corruit, Rota in d. deciſ. 677. Quod autem onus renũciationis ſit penitus exſtinctum, probatur: Nam reſpectu teſtatoris, firmant Doctores, quando onus legato appoſitum, ab ipſo teſtatore aufertur, legatum non deberi, propter rationis correſpectiuitatem, Cin. in l. ſi plures, num. 19 C. de conditionib. inſertis, Bart. in l. alumnæ, §. Seia, verſ. quando onus eſt appoſitum, ff. de adimend. lagat. Item, reſpectu legatarij onus eſt exſtinctum, facto ipſiuſmet legatarij, qui pretio mediante renunciauit donationi in vita, itaque legatum non debetur, vt eſt caſus in l. cum tale, §. falſam conditionem, ff. de condit. & demonſtr. Et fortius procedit, nã in legato facto ſub onere, naſcitur obligatio vltro citróque inter hæredẽ & legatarium. Si igitur legatarius non poteſt adimplere, quia iura, quib. ad fauorem hęredis renũciare debebat, facto ipſius proprio, qui pretium recepit à donante, exſtincta ſunt: ergo neque poteſt cõſequi legatum, Paul. de Caſt. in l. ſi quis ſeruũ §. 1. v. dicunt Doct. ff. de cond. & demonſt. & in valde ſimilib. terminis ſequitur Rota in deci. 123. n. 14. par. 2. Item, quando teſtator mediante minori ſumma ſibi renunciari fecit, veriſimile eſt, in totũ voluiſſe reuocare reſiduum, quia illa eſt cauſa finalis, quæ induxit ad legandum, vt dicit Paul. de Caſt. in l. Lucius, in primo n. 4. ver. iſta allegatio, Oldr. de legat. 2. Et hanc opinionẽ tenet Bar. in d. l. Lucius, & pro ea eſt caſus in l. libertis quos, ff. de alim. & cibar. legat. per quẽ textum firmarunt opinionem Bartoli, eamq; in puncto iuris dixerũt eſſe veriorẽ, Paul. de Caſtr. in d. l. Lucius, n. 4. verſ.

ver.mihi videtur quod in pũcto iuris. Imola,in l.huiuſmodi §.cum pater,℣. certe pro opinione Dini, de legat. 1. præſertim quando dicta cauſa fuit finalis,vt optime probat Cuman.in d.l. Lucius num.7.verſ. ſed mihi videtur. Crau.conſil.167. num. 10. & acerrimè hanc opinionem defendit Campeg.in tract.de dote,par.1.quæſt.36. vnde dicit Cuman.in d.l.Lucius, num.3. verſ. quandoque legatum,quod ſi legatum eſt factum ex vna cauſa, & ex eadem cauſa eſt facta traditio legati, tunc res eſt ſine dubio. Et quod opinio Baldi in l.filia legatorum, C. de legat. non procedit,quando eſt eadem cauſa,probat Franch.deciſ.422.num. 6.in fin.ex eo, quia cauſa propter quam factum eſt legatum,non recipit duplicitatem, ideo neque ipſa res duplicari debet,& ibi Franch. decidit caſum in puncto, quando poſt legatum erat facta donatio inter viuos, Rui.in conſ. 138.nu.4. vol.4.Quare cauſa omnino exſtincta, & ipſum legatum exſtinctum eſſe dicendum eſt.

Præterea addebam, Doctores communiter concluſiſſe, quod ſi factum eſt legatum ſub onere aliquid faciendi,per legatarium, quod onus poſtea ab eodem teſtatore adimatur,omnino idem legatum ademptum eſſe. Cin.in d.l.ſi plures,Bart.in d.l.alumnæ,§. Seia,& ibi Alberic.℣.nota quod hic fuit onus appoſit[illegible] in vim modi, Cuman. in l.in teſtamento,in 2.n.3.v.item ſi facto teſtatoris directo deficiat, & ibi Socin.n.23,℣.quia ſi à teſtatore remouetur onus, Dec.in l. 1. n. 4. C.de pactis.Card.Mantica,de cōiectur. lib.12. tit.2.nu.27.℣.adempto onere, quia illud onus à teſtatore impoſitum, legati cauſa finalis eſſe cenſetur, Caſtrenſ. in d.l.ſi quis ſeruum,n.1.verſ.quia illud onus,ff.de cond.& demon. Et ſi commodum alterius reſpicit quam legatarij,cauſa finalis eſt, vt dixi, & ideo intrat regula,quod illa remota,remouetur legatum:quia propterea illud onus hæredis contemplatione appoſitum eſſe cenſetur, & exſtincto vno tollitur alterum,Bartol.in l.Gallus, § & quid ſi tantum,col.4.verſ.poſito,ff.de lib.& poſth.præſertim ad liberandum hæredem,pro quo ſunt omnes iuris regulæ, vt quanto minus grauetur, l.ſi ſeruos, §.margaritam, de legat. 1. l. vnum ex familia,§.ſi rem,de legat. ſecundo. Item, potius legatum nullum declaretur,quam heres grauetur,Iaſ.in l.quod in rerum,in ſecunda, in primo notab. in l.ſi ita ſcriptum in vltimo notab. de legat. 1. ita arguit Crauetta in conſ. 149. num. 15. & in conſ.167. numero 14.

Denique dicebatur,quod legatum huiuſmodi factum erat in vim modi, quod probatur ex ipſa modi definitione,de qua in l.Meuia, ff.de manumiſſ.teſtam.l.demonſtratio, §.finali,l. quibus diebus,§.Termilius, vbi Bartul.n.1.verſ.dic ergo ff.de cond. & demon. Sed hic teſtator primo legauit Hoſpitali viginti mille ſimpliciter, & pure. Deinde poſt alia intermedia legata declarauit,atque onus renunciationis appoſuit ante tēpus petitionis: vnde cum hoc onus appoſuerit executioni diſpoſitionis iā perfectæ, dicendum eſt legatum in vim modi factum eſſe l.cum tale §.1. ff. de condit. & demonſtrat. per quem textum ita probat Bal.in l.cū mota,n.3. C.de trāſactionibus,& in l.ſi plures,n.25.℣.eſt enim modus,C.de cōditionib. inſert. item,Doctores firmarunt legatum ſub modo eſſe,quando legatarius ex eo actionem habet,ſed impeditus propter modum adimplendum, præſtat cautionē de adimplendo, l.libertis,§.Lucius,ff.de annuis legatis,l.eas,ff.de cōdit.& demonſtrat.& declarat Simō de Pet.de interpret.lib.5.dub.2.n.18. Sed Hoſpitale,vigore legati ſimpliciter fa-

cti, actionem habebat, nec per ipſam declarationem impediebatur, quia dixit, quod non poſſit petere legatum, ergo præſuppoſuit legati diſpoſitionē puram eſſe. Item, quia declarationem ordinauit ad originem petitionis, non autem ad inficiendam acquiſitionem, quo caſu legatum dici ſub modo, firmarunt Socin. in conſ.21.nu.16.vol.3. Bald.in l.1.nu.3.verſ.quæro legatarius, C.de his quæ ſub modo,& actio à petitione differt,l.1.in princ.ff. ad Macedonian. & ibi Gloſ. communiter approbata,in ỽ. petitio.Itē quia teſtator exprimendo, quòd non poſſit petere legatum, ſi prius ſollemniter non renunciauerit, expreſſit illud quod tacitè ineſt per modum, qui non impedit natiuitatem actionis, ſed exequutionem,& effectum,l.2.C.de his,quę ſub modo, Gloſſ. in Rubrica illius tituli, Iaſ.in d.l.huiuſmodi, n.14.de legat.1. Et per expreſſionem eius, quod tacitè ineſt, etiam ſi cōditionaliter expreſſio facta fuerit, legatum non dicitur conditionale,ſed modale, Bart.in d.l.huiuſmodi n.1.de legat.1.& Paul.de Caſtro num.3. Alexand.num.1.verſ.non ſuſpendit,Imola,in l. centeſimis, n.4. in princ.ff. de verb. oblig. textus in l. conditiones extrinſecus, de cond. & dem.Ægid.deciſ.16.item,quādo actio ex diſpoſitione oritur,ſed propter aliquod implendum impeditur petitio, tunc ſufficit offerre cautionem, Bald. in d.l.1.num.3. C. de his quæ ſub modo.Ruin.in conſ.33.num.7.verſ.& clarius,vol 3 & declarat Gabriel. in conſ. 5.n.13.vol.1. Si igitur hoſpitale cautionem obtuliſſet,non potuiſſet impediri efficaciter agere. Sed Doctores pro veriſſima concluſione firmarunt, inter modum,& conditionem hoc differre, quia ex modali oritur actio ad conſequendum,& præſtita cautione conſequitur,ſed ex conditionali non aliter, niſi in totum purificatum fuerit.Item in dubio iudicandum eſt, ſub modo eſſe, Menoch. lib. 4.præſumpt.175. Quamobrem cum teſtator ſibi renunciari fecerit donatori in vita,etiam mediante pretio,legato vlterius locus nō eſt,cum modus extinctus ſit,nimirum renunciari non poſſit.

Neque obſtat l.quibus diebus, §. quidam Titio,ff.de cond.& demonſt. vbi ſiue conditio ſit poſita in ſubſtantia legati,ſiue in exequutione, vel petitione ipſius,ſemper dicitur conditionale,atque ipſius natura alteratur,etiā ſi ab initio pure factum fuerit: quoniam in contrarium eſt text.in l.ex his, C.quando dies legato cedat, vbi habetur, quod legato facto pure in ſui ſubſtantia, ſi poſtea addatur conditio in exequutione,ſiue petitione,non alteratur natura legati præcedentis.Ideo Doctores pro concordia cōſiderarūt, quod ſi verba importantia conditionē, ſunt dicta per tempus omnino incertum,tunc ſiue ſint dicta in ſubſtantia legati,ſiue in exequutione,ſemper legatum eſt conditionale, & procedit tex.in d.§.quidam Titio, ſed quando dicta ſunt per tempus certum, tunc ſi in exequutione dicta fuerint, non alterant naturam legati puri præcedentis, & procedit diſpoſitio d. l. ex his. Hanc ſententiam firmarunt Gloſſa in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell. in verbo.diem,verſ.ſolue,Angel.in conſ. 20.n.3.Paul de Caſtro,in conſ.153.col. 1.verſ.ſed quando tempus eſt omnino certum,vol.1.Imola in d.§.quidam Titio,num.4.& ibi Caſtrenſ.n.3. Alex.in d.l.Seius Saturninus, n.4.dicit Gloſſam eſſe communiter receptam;& licet ipſe diſſentiat,tamen addit, quod durum eſſet obtinere contra illam Gloſſam.Et hanc ſententiam ſequuta eſt Rota in Spoletina legati, 17. Maij, 1580.coram Plato,vbi poſt lōgam diſcuſſionem ſuper d. §. quidam Titio, concludit,quod ſi verba importantia con-

conditionem, adiecta fuiſſent in exequutione legati puri,& talia verba denotarent tempus incertum,ſemper facerent legatum conditionale: ſi verò tempus certum,vel poſſet aliquo modo certitudo haberi,tunc legatum purum præcedens, per dicta verba conditionem importantia,in exequutiuis poſita,non alteraretur,& ita dicta iura in conſonantiam reducuntur. Sed in hoc caſu,illa verba ( ſe non hauerà renunciato )non denotant tempus omninò incertum, quoniam conditionem poteſtatiuam denotant,quæ pro pura habetur,l.1. §. qui ſub conditione:ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, & quia hoc legatum vtilius erat ipſa donatione, ideo Hoſpitale non poterat non acceptare,l.magis puto,§.fundum, ff.de reb.eorum, Verall.deciſ. 359.parte 2.Quamobrem euidens certitudo apparet.

Hanc informationem Rotalem volui hic addere, ad declarandum cauſam finalem,& impulſiuam: Sed quãtum ad cauſam pertinet,inRota exaudiri non potui,aliquando enim illiReuerendiſſimi domini durę ceruicis,ſuperiori aliqua intelligentia diſponente cõtrarium.Habent ſua ſidera cauſæ.

Et quia in contrarium deciſio facta eſt,certè allegata in deciſione non obſtant, dum dicebatur, ideo hoc onus renunciationis non importare cauſam finalem, quia fuit poſitum in exequutione,ſiue petitione legati puri præcedentis,Bertran.conſ.171.num.8.& ſeq. p.2.vol.2.Bal.conſ.178.verſ. in contrarium,vol.1. Surd. conſ.268.num.55.& 61. Quoniam prędicti Doctores loquuntur , quando poſt ius quæſitum ex contractu,vel teſtamento , aliquod onus apponitur in exequutione pro reſolutione ipſius diſpoſitionis præcedentis , tunc enim fieri non poſſe dicunt. Baldus loquitur,vbi teſtator in vita donauit, cum conſtituto & precario , & poſtea in teſtamento adiecit conditionem,quæ non potuit alterare diſpoſitionem pręcedentem , quia ius certum quæſitum fuerat : Sed in hoc caſu , tota diſpoſitio eſt facta in teſtamento,quod totum in vltimo puncto mortis confirmatum eſt , vt declarat Paul.de Caſt.in l.quibus diebus,§ quidam Titio,ff. de condit. & demonſtr. & non attenditur quid prius , & quid poſterius dictum fuerit. Item,nihil erat legatario quæſitum ante acceptationem : cum autem poſt mortem acceptat , tunc cum ſua cauſa acceptare dicitur , Riminald.iun.in conſil.670. n.89.vol.6.& ita cum cauſa renunciationis.In caſu Surdi conditio fuit appoſita contra expreſſam iuris diſpoſitionem:nam ſemel hæres non deſinit eſſe hęres,ideo poſt aditionem factam teſtator conditionem apponere non poterat in reſolutione hæreditatis, quod diffusè declarat Gabriel.in conſ. 109.vol.2. Sed in hoc caſu ex legato antea facto non erat ius quæſitum, quia ante acceptationem non trnaſit, neque erat acceptatum , neque dominium tranſlatum,ergo circa actum acceptationis,onus apponi potuit,& addẽdo onus cũ verbis declarationis, dicitur poſuiſſe in ipſa ſubſtãtia legati,vt probatũ eſt.Itẽ,nullus ex Doctoribus allegatis loquitur,quando onus appoſitũ eſt in ipſa declaratione diſpoſitionis,tunc enim declaratio fieri poteſt,etiã in eius pręiudiciũ,qui ſibi ius quęſitũ eſſe prętẽdit, atq; in eius prędiudicium retrotrahitur, vt probaui. Addo Dec.in cõſ.239.in fin.&Riminald.iun. in cõſ.399.n.76.vol.4.Et licet aliqui dubitẽt de hoc,quando declaratio eſt facta per modum relationis,vt in caſu l. de his , C. quando dies legat. ced. tamen quando expreſsè facta eſt , cum verbis,cum declaratione,dubitandum non eſt , quin etiam in tertij præiudicium retrotrahi poſſit,vtbenè declarat

Riminald.iun.in conſ.556.nu.112.vol. 5.poſt Ruinum,quem allegat in conſ. 76.num.10.vol.5.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,de conſenſu, inducit conditionem.*

2 *Conſenſus factus non ſufficit, quando eſt ſub conditione poſitus.*

3 *Clauſula,de conſenſu,in Breui, vel litteris non facit conditionem.*

CLAVSVLA 31.

*De conſenſu.*

1 HÆc clauſula inducit † conditionem. Put.deciſ.18.269.num.2.& 282.num 2.lib.3.&fuit dictum in cauſa Acheruntina fructuum, 29. Iunij 1579.coram Brauo. Vt in deciſ.74.lib. 2.Quotidie.

2 Et hoc caſu non ſufficit tacitus † conſenſus, ſed requiritur expreſſus, Sarnen.in Reg. de impetrat.benef.per obit.famil.quæſt.11.num.2.ad fin.verſ. & ideo.Put.dec.282. num.3. lib. 3 Tiraq.deLegib.connub.gloſſ.7.num.98. & ſeq.& fuit dictum in dicta Acheruntina fructuum coram Brauo.

3 Dic verum, quando eſt appoſita in ſupplicatione, ſecus fit in Breui,† vel in litteris:quia tunc non inducit conditionem,ſed ſtat cauſatiuè,quia litteræ ſine conſenſu non fuiſſent expeditę.Put.deciſ.14.nu.39.in fine,lib.1.Verall.deciſ.120.& 213.numer.1.part.1.& deciſ.183.lib.1.Put.deciſ.187 lib.3. Peregr.decil.74.lib.1. & in ſimili fuit reſolutum in cauſa Elboren. penſionis, 27.Octobris,1595.coram Corduba, vbi de clauſula, cuius ad id expreſſus accedit aſſenſus, & in Romana cenſuum,tertiadecima Martij.1596.coram Blananchetto,vbi de clauſula, Attento conſenſu.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,de,& ſuper tali re,continet petitorium,& poſſeſſorium.*

2 *Idem ſi ſit dictum, de, & ſuper recuperatione,& reſtitutione.*

3 *Fallit in ſententia, quæ eſt ſtricti iuris.*

4 *Poſſeſſorium ſolum quando dicatur in ſententia.*

CLAVSVLA 32.

*De,& ſuper Canonicatu.*

HÆc clauſula, de, † & ſuper Canonicatu,vel tali re,&c.comprehendit petitorium, & poſſeſſorium. Caſſad. deciſione 6.numero 1. & 5.de reſcript. & fuit dictum in cauſa Tiraſonen. Canonicatus, 28.Ianuar. 1575. coram Cantucio,vt in deciſ.8.num.4. par.2.diuerſ. 1

Item operatur clauſula,de,& ſuper recuperatione, † vel reſtitutione talis rei.Socin.in l.rem quę nobis,ſub num. 14.ff.de acq.poſſ. & conſ.262.ſub nu. 2. lib.2. vt fuit dictum in cauſa Fauentina ſpolij,15. Aprilis,1580. coram Seraphino,& in cauſa Romana domus,vndecima Maij,1601.coram Pamphilio. 2

Dic verum in commiſsione, vel libello, ſecus in ſententia † quæ eſt ſtricti iuris, & ſtricte debet interpretari, in ſententia enim huiuſmodi clauſula comprehendit ſolum petitorium, vt fuit dictum in dicta Fauentina ſpolij, coram Seraphino,& in dicta Romana domus,coram Pamphilio. 3

Sublimita, niſi ex aliquibus poſſet interpretari,poſſeſſorium, vel petitorium † eſſet ſuſpenſum, quia tunc illa verba etiam in ſententia intelligerentur de ſolo poſſeſſorio, vt fuit dictum in dicta Fauentina ſpolij, 15.April.1580.coram Seraphino. 4

CLAVSVLA 33.

*Donec aliud duxerimus ordinandum.*

HÆc clauſula non expirat morte mandantis, ſicut expirat beneplacitum, ſed requirit nouam diſpoſitionem.Io.Andr.in cap.ſi gratioſè,nu. 2.& 3.Gemin.num.8.Franch. num.10. de reſcrip.in 6.Menoch.conſilio 360. num.8.

num.8. & fuit dictum in cauſa Vrbinaten.iuriſdictionis,24.Maij,& 14.Iunij,1600.coram Seraphino.facit Ruin.conſ.115.num.7. lib.1.Grat.conſ.92.n.28.libro 2. cum aliis allegatis per Menoch.conſ.360.numero 6. & ſequent. & de Arbitrar.quæſt 69.num.13.& ſequent.

Vide in clauſula, ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, dummodo, importat conditionem, vel modum.*

2 *Narrata ſemper ſunt iuſtificanda, ſiue per modum, ſiue per conditionem ſint dicta.*

3 *Clauſula, dummodo pro alijs, quomodo verificetur.*

CLAVSVLA 34.

*Dummodo, &c.*

1 HÆc clauſula, an importet modum, † vel conditionem, vide Tiraquel.de retractu lignag. §.8.gl.8. Gabr.conſ.5. numero 3.libro 1 Mandoſ.in Reg. de iure quæſit. quæſt.2. & fuit dictum in cauſa Paduana penſionis 28.Iunii,1851 coram Rubeo, vt in deciſ.186 lib 2. Quotidie, & in cauſa Carpentoraten. penſionis, 15 Martii, 1602.coram Lancellotto.

Adde tamen, quod ſiue importet conditionem, ſiue modum ad effectũ iuſtificationis narratorum in Gratia, nihil intereſt; quia vtroque caſu ſunt
2 iuſtificanda † narrata ab eo, qui intentionem ſuam fundat in Gratia, iuxta doctrinam Io Andr.in cap.1.de lit. conteſt. in 6. Felin.in c.conſtitutus, in princ.de reſcript. cum vulgar. & ita fuit reſolutum in dicta Paduana penſionis coram Rubeo, & in Carpentoraten.pẽſionis ſupradicta coram Lancellotto, quam videas, vbi allegantur aliæ deciſiones.

3 Adde quod in gratia † exſpectatiua, conceſſa in forma pauperum ſolebat apponi iſta clauſula, dummodo non niſi pro quattuor aliis in ſimili forma ſcripſerimus; quæ apponebatur, ne Eccleſia vltra oneraretur. Si igitur Papa pro decem ſcripſiſſet, & gratiæ tempore datæ huius, vel poſtea euanuerint, ita vt reducantur ad numerum quattuor, gratia iſtius erit bona, vt conſuluit Oldr.in conſ.221. vbi etiam quod gratia conſumpta ante datam iſtius non computatur, ſicut tutela finita non excuſat. Hæc autem clauſula intelligitur, de eodem Papa ſcribente, non autem ſi prædeceſſor ſcripſiſſet, vt probat Gemin.in conſ.30.in fine.

SVMMARIA.

1 *Præſentato ad ius patronatus per quam clauſulam præſeruetur ius.*

2 *Præſentatio debet eſſe acceptata, vt ius quaſitum ſit.*

3 *Et quid ſi ſit præſentatus à medietate patronorum.*

4 *Gratia eſt nulla in præiudicium illius, cui eſt ius quaſitum.*

5 *Ius quæritur ex electione, vel præſentatione.*

6 *Ius an dicatur quaſitum ex oppoſitione, vel acceptatione expectantis.*

7 *Clauſula, Dummodo non ſit ius quaſitum, præſeruat collationem in perpetuum.*

8 *Reddit gratiam conditionalem.*

9 *Non includit conditionem, cum non impediat, neque ſuſpendat exequutionem gratiæ.*

10 *Gratia quæ non eſt ſuſpenſiua, non eget iuſtificatione.*

11 *Clauſula, Dummódo non ſit ius quaſitum, intelligitur de valido.*

12 *Habet vim expreßionis tituli, & poſſeßionis.*

13 *Tacite ineſt in qualibet gratia, etiam facta motu proprio.*

14 *Regula non tollendi iuris, quale ius præſeruet.*

15 *Habet locum etiam in commißionibus iuſtitiæ.*

16 *Et derogatione expreſſa opus eſt.*
17 *Niſi ob fauorem publicum.*
18 *Clauſula, Dummodo ius alteri, &c. ſemper cenſetur ineſſe.*
19 *Quale ius non conſeruet.*
20 *An & quando conſeruet ius ad rem.*

### CLAVSVLA 55.
### *Dummodo alteri non ſit ius quæſitum.*

1 HÆc clauſula præſeruat ius, quod habet præſentatus † ex præſentatione. Rota, deciſione 13. alias 17. de præbend. in nou. Ægid. deciſ. 167. Sarnenſ. in reg. de iure quęſito, q. 1. num. 8. Felin. cap. in noſtra, num. 25. in 28. Coroll. de reſcript. Creſcent. deciſ. 7. nu. 5. de iure patronatus, & fuit dictum in cauſa Rauennatenſ. Iuris patronatus, 16. Iunii, 1589. coram Pegna, & in Firmana beneficij, duodecima Maii, 1595. coram Pamphilio, & in Hoſtuenſi Cappellæ, 6. Nouembr. 1595. & quarta Martii, 1596. coram Seraphino, & in Mediolanen Cappellaniæ, 26. Iunij, 1596. coram Pamphilio, & vide in cauſa Aquilana Cappellaniæ, 7. Martii, 1590. coram Comitulo, & Iadren. Primiceriatus, tertiadecima Nouembris, 1596. coram Pamphilio. Hoſtuen. Cappellę, vigeſimaoctaua Iunii, 1600. coram Iuſto. Tiraſonenſi eleemoſynariæ, vigeſimaoctaua Ianuarii, 1602. coram Lancellotto.

2 Declara procedere poſt acceptatam † præſentationem, ſecùs ſi collatio fiat ante acceptationem: nam tunc nullum ius habet præſentatus, Sarnen. de iure quæſit. quæſt. prima, numero 13. & vide in cauſa Firmana beneficij, vigeſimaprima Octobr. 1594. coram Mantica.

3 Limita in præſentato à medietate † patronorum, ſi aliàs præſentatus ab altera medietate habeat Gratiam cum iſta Clauſula, quia hoc caſu non dicitur tale ius quæſitum, quod poſſit impedire derogationem medietatis iuris patronatus, & poſſit Epiſcopus alteri gratificari, Can. ſi duo, 29. diſtinct. c. ſi forrè, 63. diſtinct. Paul. de cittadin. de iure patron. 6. part. in prin. num. 11. Stephan. Lambert. eo. tract. lib. 2. part. 3. quęſt. 5. artic. 10. num. primo, & ſecundo, & ita per has rationes fuit reſolutum in cauſa Meliten. portionis, 13. Nouembr. 1595. coram Millino, & in Mediol. Cappellaniæ, 27. Mart. 1602. coram Corduba.

Item operatur hæc clauſula, † quod 4 ſi eo tempore conſtet alteri ius quæſitum eſſe, Gratia ſit nulla, c. examinata, de confir. vtil. vel inutil. Sarnenſ. in Reg. de iure quæſit. q 1. num. 41. ꝟ. poſtremo Mandoſ. ſuper Regul. 17. q. 2. numer. 4. in fine, & vide in cauſa Iadren. Primiceriatus, 13. Nouemb. 1596. coram Pamphilio, & in cauſa Hoſtuenſ. Cappellæ, 28. Iunii, coram Iuſto.

Ampliatur etiam ſi ius ſit alteri quæſitum ex electione, † vel præſentatio- 5 ne. Rota deciſ. 13. aliàs 17. de præbend. in Nouiſſ. Sarnenſ. q. 1. num. 8. Silu. de benef. par. 5. q. 3. numero 15. Creſcent. deciſione 7. de iure patron. & fuit dictum in cauſa Piſana Cappellaniæ, 20. Martij 1594. coram Blanchetto, & in Firmana beneficij 3. Iunii, 1594. coram eodem.

Secus verò, ſi ius quæſitum ſit ex oppoſitione, † vel acceptatione ex pe- 6 ctantis ante factam collationem, hoc enim ius per hanc clauſulam non præſeruatur, nec reddit gratiam nullam. Rota deciſ. 17. de preb. in Nouiſſ. & deciſ. 27. de conceſſ. præb. in antiq. Ægid. deciſ. 167. Cald. conſ. 8. in fin. de reſcript. Felin. in cap. cum Bertoldus numero 1. de re iudic. & in cap. cauſam quæ, numero 26. ꝟ. ſed Rota, de Reſcriptis. Rebuff. in forma nouæ prouiſionis, verbo, dummodo, numero 2. Sarnenſ. in Reg. de iure quęſito, quęſt.

prima,

prima, numero 30. Sylua de benefic. parte 3.q.13.numero 21. & fuit reſolutum in cauſa Placentina Canoniæ, 24. Octobris, 1594. coram Seraph. & vide in eadem, 31. Ianuarij, 1594. coram Arigonio.

7 Item hæc clauſula præſeruat collationem, † etiam imperfectam. Achil. deciſ. 4. de prębend. Put. deciſ. 125. lib. 2. & fuit dictum in Iadren. Primiceriatus, vigeſimatertia Iunii, 1595. & tertiadecima Nouembr.. 1596. coram Pamphilio, vbi de collatione facta ab Epiſcopo, qui erat communis cum Capitulo. Limita procedere, quando collatio eſt pura, ſecus ſi conditionalis, & ex not. per Caſſador. deciſ. vigeſimaquarta, ſuper Reg. & Sarn. in Regula de publican. quæſt. 17. tradit Achil. deciſione 4 numero 17. de præbend. Roman. conſilio 256. in fine, vbi latè Addentes Rebuff. ſuper Reg. de iure quęſito, gloſſ. 6. numero 36. Et fuit dictum in dicta Iadren. Primiceriatus, 23. Iunii, 1595. coram Pamphilio, & vide in eadem cauſa, coram eodem, 13. Nouembr. 1596.

Hęc clauſula intelligitur aliter quã modo ſuprad. expreſſo. Gemin. conſ. 8. col. pen. Sarn. de iure quæſito q. 1. in fin. Creſcent. deciſione 7. in fi. de iure patron. & fuit reſolutum in cauſa Parmen. beneficij 25. Aprilis. 1589. coram Pegna, & in Aretina Commendæ, ſecunda Nouembr 1586. coram Seraphino, & vide in cauſa Parmen. Prioratus, 23. Iunii, 1589. coram Mantica, vbi adest deciſ. Pegnæ.

8 Hæc clauſula reddit gratiã † conditionalem. Sarnen. de iure quæſit. q 1. numero 41. Rebuff. in forma nouæ prouiſ. verbo, dummodo, numero 5. latè Mendoſ. in Regul. de iure quæſito, quęſt. 2 numero 3. & fuit dictum in cauſa Hoſtienſ. Cappellæ. ſexta Nouembr. 1595. & 4. Martii, 1596. coram Seraphino, & vide in eadem, 28. Iunii, 1600. coram Iuſto. Felin. in cap. ſuper litteris, num. 11. de reſcript.

Declara tamen non includere † propriè conditionem, cum non impediat, nec ſuſpendat exequutionem gratiæ, ſed pręſeruet iura, ita vt conſtito de iure alterius, gratia reddatur nulla. Achil. deciſ. 18. numero 2. in fine, de probat. & fuit reſolutum in cauſa Cameracen. Canonicatus, 4. Decembr. 1573. coram Aldobrand. quę eſt in cauſa Hiſpal. & Corduben. præſtimoniorum, 20. Iunii, 1601. coram Lancellotto, & vide in cauſa Vercellen. beneficij, 24. Ianuarij, 1601. coram Litta. 9

Et ideo cum non ſit ſuſpenſiua † gratiæ, hęc clauſula ñon eget iuſtificatione, quia non eſt narratiua partis, quæ ſolum narrata tenetur iuſtificare, ad Ioan. Andr. in cap. 1. numero 1. de lit. conteſtat. in ſexto. Verall. deciſione 39. parte 2. Ita fuit dictum in cauſa Placentina Cappellaniæ, 29. Martii, 1596. coram Pegna. & vide in cauſa dicta Vercellen. beneficij, coram Litta. Colonienſ. Canonicatus, 20. Maij, 1602. coram Pamphilio. 10

Hæc clauſula intelligitur † de iure valido, & canonizabili, ac excluſiuo impetrãtis. Sarnẽſ. in Regula de publ. reſignat. quæſtione 17. ante ℣. quibus, & vide in cauſa Colonienſ. Canonicatus, 20. Maij, 1602. coram Pamphilio. 11

Hæc clauſula habet vim † expreſſionis tituli, & poſſeſsionis alterius, & ideo tollit ſubreptionem. Cardin. conſilio 92. num. 4. verſ. Item in conceſſ. Felin. in cap. in noſtra, 36. Corollar. ℣. primo nota, & in cap. ſuper litteris, num. 11. de Reſcript. Silua de benefic. par. 3. quæſt. 11. num. 103. & fuit dictum in dicta Colonien. Canonicatus coram Pamphilio. 12

Hæc clauſula in qualibet † gratia ſemper intelligitur eſſe, quamuis non exprimatur, Sarnenſ. in Reg. de iure 13

quęſito non tollen. quæſt. 1. ſub numero 1.

Amplia, vt procedat etiam in gratia facta motu proprio. Sarnenſ. in Reg. de iure quæſito non tollen. quęſt. 1. num. 2.

14 Hæc regula † non tollendi iuris quomodolibet quæſitum fuerit, præſeruat quantumcumque ius minimũ, & cuiuſcumque generis directi, vel indirecti, etiam impropriè ſumpti, nam generalis verbi, quodcunque, ad caſus etiam improprios, & abuſiuos trahi facit. Itaque ius ex priuilegiis quæſitum non tollitur, niſi ſpecialibus verbis derogatum eſſet: & ita fuit deciſum, vt per Cęſarem de Graſſis in deciſ. 1. de verborum ſignification. & deciſ. 264. par. 2. in Nouiſs. imo pręſeruat ius quęſitum alteri, etiam ſi illud ius cum tertij præiudicio quæſitum eſſet, vnde ſi poſtea Papa illius tertij præiudicium reuocare vellet, non propterea ius quęſitum etiam ex priuilegio præiudiciali reuocaſſe cenſetur, Verall. deciſione 31. part. 3. Item, adeo præſeruat, vt etiam poſt triginta annos de hac Regula dari poſsit, Verall. deciſione 32. part 3.

Ideo, cum Vaſſallorum interſit dominum non mutare, & propterea alienationi factæ contradicere poſſint, ſi Papa concordiam dominorum confirmauerit, neque illorum Vaſſallorum iuri expreſsè derogauerit, confirmatio nulla eſt. Put. deciſione 31. par. 1.

15 Etiam in commiſſionibus † iuſtitiæ hæc regula locum habet, & hæc ſententia in Rota obtinuit, Verall. deciſ. 29. parte 3. & deciſione 419. parte 3. Iacobi Putei. Illa autem verba Regulæ (Ne per varias, quę pro commiſſionibus, ſiue mandatis, & declarationibus habendis in cauſis plerumque fiunt ſuggeſtiones, iuſtitia poſtponatur) ita in Rota interpretata ſunt, vt conditor Regulæ ad ea tantum reſpexerit quę cauſa recepta conceduntur: Itaque quo ad impetrata, aut conceſſa lite pendente, aut cæpta, & non antea, ſępè reſolutum eſt. Caſſadorus deciſione 39. ſuper Regulis, Creſcet. deciſione 12. de reſcriptis. Quod verò ad ius tertii pertinet, an pendente lite, vel antea tollatur, nihil refert, vt ibidem videas.

Et ſi Motus proprius † ſurreptionẽ 16 excludat, tamen in tertij præiudicium, nullum effectum habere poteſt, niſi verbis expreſſis derogatum fuerit. Puteus deciſione 387. parte 1. Addo quod clauſula, Ex nunc, prout ex tunc, in præiudicium iuris medio tempore alteri quæſitum, non retrotrahitur, Puteus deciſione 190. parte 2. Cum conditor Regulę decreuerit, vt per quamcumque ſignaturam, nulli ius quomodolibet quæſitum auferatur, propterea concluſum eſt, vt Regulę derogatum non cenſeatur, niſi verbis ſpecificis, & expreſſis derogatum fuerit, Verall. deciſione 3. par. 1.

Quomodo † autem propter fauorem publicum hæc clauſula nullam locum habeat, vide in deciſione 759. parte 1. in Nouiſſimis. 17

Clauſula autem iuris quæſiti non tollendi, † ita ſcribi ſolet: Dummodo 18 tempore datæ pręſentium alicui non ſit ius quæſitum, & ita in omnibus gratiis Papæ ponitur. Federic. de Sen. in conſilio 197. numero 2. ℣. non obſtat; & ſemper cenſetur ineſſe, etiam ſi non exprimatur, Zabarell. conſilio 18. circa fin. ℣. ſi non eſſet alteri. Bellamer. conſilio 33. numero 14. ℣. ſed quid operabitur. Et ad hoc eſt text. in capitulo, ſi poſtquam de præbendis, libro ſexto.

Hæc autem non conſeruat ius quærendum, † & ſic ius ad rem, Calder. 19 in conſilio 31. in fine, ℣. præterea per clauſulam, aliàs eſt conſ. 8. de reſcript.

Za-

Zabarell.in conſ.126.numer.3. in fine, & in conſilio 92. numero 3. Niſi tale ius ad rem eſſet exequibile, vt declarat Bellamera in conſ.34. num.21.℣. ad ſeptimum.

20 Hoc autem declaratur, † vt non tollat ius in re, neque ad rem expectantis poſt acceptationem, ſed de ſtylo Curio Romanę tollit ius ad rem poſt acceptationem, vt declarat Bellamera in conſilio 33.numero 14. in fine, ℣. nec obſtat, & in conſil.34. numero 25.℣. ad ſeptimum. Item, non tollit ius ad rem, quando eſt deductum in iudicio, & pendet lis ſuper eo, vide Bellamer. in d.conſ.34.num. 21.& plur.ſeqq. vbi dat alias limitationes, & declarationes. Et vide Rom.in conſ.256.& ibi Addentes Modernos, qui multa ad hoc congerunt.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dummodo cauſa non ſit instructa, reddit ſententiam nullam.*

2 *Examen etiam eſt nullum.*

3 *Et quid ſi in clauſula addatur, Si in iuriſdictione conſenſum ſit.*

4 *Et an intelligatur de inſtructione tempore commiſſionis.*

5 *Eſt clauſula conditionalis.*

6 *Inhibitus vigore commiſſionis cum clauſula conditionali, non attentat, & num.8.*

7 *Cauſa quando dicatur inſtructa vt neque minor, neque tertius audiri poſſint.*

CLAVSVLA 36.

*Dummodo cauſa non ſit inſtructa.*

1 HÆc Clauſula reddit ſententiam nullam, † ſi ſententia feratur vigore commiſſionis habentis iſtã clauſulam, Si cauſa erat inſtructa coram primo iudice, vt fuit reſolutum in cauſa Veneta legitimitatis, decimanona Ianuarii, 1587.coram Seraphino.

2 Item in examine teſtium, † factum vigore commiſſionis habentis iſtam clauſulam, quia redditur nullum, vt fuit reſolutum in cauſa Carthaginen. Decimarum, decimaſeptima Maij, 1593.coram Orano.

Si huic clauſulæ addatur, Et in iuriſdictione † conſenſum ſit, non requiritur vtrumque, ſed alterum ſufficit, vt fuit reſolutum in dicta Carthagin. Decimarum, decimaſeptima Maij, 1593.coram Orano. 3

Hæc clauſula, An intelligatur de inſtructione † tempore commiſſionis, vel tempore exequutæ citationis, vide in cauſa Pampilonenſ. Decimarum, vigeſimaprima Maii, 1590. coram Comitulo. 4

Hæc clauſula eſt conditionalis, † & reſpicit citationem, & inhibitionem, Fab.deciſione 23.lib.ſecundo. 5

Et ideo inhibitus † vigore commiſſionis cum huiuſmodi clauſula, non attentat exequendo rem iudicatam. Fab. dicta deciſione vigeſimatertia, lib.2. 6

Cauſa dicitur inſtructa, † quando in Rota relata eſt, & ita merita cum relatione publicata ſint, quo caſu, neque minor ad pinguius probandum reſtitui poteſt. Franch. deciſione 261. Tertius veniens ad cauſam vigore clauſulæ, Omnéſque alios, ad ſtatum cauſę dumtaxat admittendus eſt. Ideo poſt terminum ad articulandum benè tentum, non dat obiectus contra alterum ex collitigantibus. Caſſador. deciſione 1.de except. Neque poſt concluſum in cauſa inter duos, ipſe tertius veniens ad cauſam, ſi bonos articulos contra vnum ex collitigantibus dare vult, audiendus eſt, quoniam cauſa inter illos concluſa, inſtructa eſt, Rota dec.4.de iudiciis, in Antiquioribus. 7

Hæc autem non procedunt, † ſi termini nulliter ſeruati fuerint, quia tunc auocatio cauſæ, quatenus non ſit inſtructa, non impedit primum iudi- 8

cem, coram quo nulliter ſeruati fuerunt, quin etiam non obſtante inhibitione, pronunciare poſſit. Creſcentius deciſione prima, de iudiciis.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dummodo eius diſpoſitio ad nos, &c. non ponitur ratione reſeruationis expreſſæ in litteris.*

2 *Poſita in beneficijs reſeruatis, operatur quod Papa non vult concurrere cum Ordinarijs.*

3 *In litteris expeditis per Cameram poteſt omitti hæc clauſula.*

4 *Non redigit gratiam conditionalem.*

5 *Et quid ſi Papa contulit, vt reſeruatum & collatio etiam pertineat ad Epiſcopum.*

CLAVSVLA 3.

*Dummodo eius diſpoſitio ad nos, &c.*

1 HÆc clauſula, Dummodo eius † diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, non ponitur ratione reſeruationis expreſſæ in litteris, ſed ratione clauſulæ generalis ſine præmiſſo, ſiue alio quouis modo. Practica Cancellar. in not. ſuper vacantibus reſeruat. ℣. clauſula, Dummodo eius, &c. & fuit dictum in cauſa Aretina Commendæ, ſeptima Nouembris 1586. coram Seraphino, & vide in cauſa Ianuen. Cantoriæ, quartadecima Octobris, 1596. coram Oradino, vt in deciſ. 440. lib. 2. Quotidiana, & in Carpentoraten. penſionis, quintadecima Martii, 1602. coram Lancellotto.

2 Hæc clauſula poſita in beneficiis † reſeruatis, operatur, quod Papa nō intendit concurrere cum Ordinariis, & ſic non poteſt capi beneficium per clauſulas generales, vt fuit reſolutum in cauſa Salamantina portionis, 5. Decembr. 1588. coram Gipſio in Burgen. de pancoruo, decimaſeptima Aprilis, 1589. coram eodem, & vide in dicta Ianuen. Cantoriæ, quartadecima Octobris, 1596. coram Oradino, & in Romana Clericatus, vigeſimaſeptima Nouembris, 1602. coram Pamphilio. Ferret. conſil. 283. numero decimonono, & vide in d. Romana Clericatus, vigeſimaprima Maii, 1603. coram eodem, vbi quod eius omiſſio non facit vt litteræ non dicantur expeditæ, tamquam de reſeruato.

Adde quod in litteris expeditis † 3
per Cameram, poteſt omitti hæc clauſula, immo non ſolum apponi, licet ſecus ſit in litteris expeditis per Cancellariam. Palæott. deciſ. 574. lib. 3. parte tertia diuerſ. & vide in Romana Clericatus Sancti Petri, vigeſimaſeptima Maii, 1603. coram Pamphilio.

Hæc clauſula non reddit † gratiam 4
conditionalem, vide in cauſa Vercellenſis beneficii, 16 Nouembr. 1601. coram Litta.

Si Papa † contulit vt reſeruatum ſi- 5
bi, ſed beneficij collatio pertinebat etiam ad Epiſcopum, Papa non intellexit conferre, quia licet ad eum in concurſu cum Epiſcopo ſpectet collatio, tamen vigore dictæ clauſulæ intelligitur ſi ad ſolum Papam collatio pertineat, ita probat Gemin. in conſilio 92. in princ. ℣. ad primum.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dummodo intruſus non ſit, de qua intruſione loquatur.*

2 *Facit gratiam conditionalem.*

4 *Intruſus quot modis dicatur.*

4 *Quæ regulæ obſtent contra intruſos.*

CLAVSVLA 38.

*Dummodo intruſus non ſit, &c.*

HÆc Clauſula † intelligitur de a- 1
lia intruſione, quam narrata, ad tradita per Gemin. conſil. 8. col. pen. Sarnenſ. de iure quæſito, quæſt. 1. in fine, Creſcent. deciſione 7. in fine, de iure patronatus, & fuit dictum in cauſa Parmen. Prioratus 23. Iunij 1589. coram Mantica.

Hęc clauſula, † facit gratiam condi- 2
tionalem, vide in cauſa Vercellen beneficij,

neficij, 16. Nouembris, 1601. coram Litta.

3 Intruſus dicitur, † qui abſque autoritate eius, qui conferre potuit beneficium occupauit, Rota dec. 13. de cauſa poſſ. & propriet. in antiquis. Siue is qui ſine titulo, & colore in beneficio ſe intruſit, Fel. in c. qualiter, & quando in primo, nu. 15. ver. per illam gloſſam, de accuſation. Item qui titulum, & colorem habet, ſed non canonicum, quoniá conferens authoritate carebat, Cald. in conſ. 13. de verb. ſig. ideo prouiſus ab ordinario, de beneficio Papæ reſeruato, dicitur intruſus, Pariſ. conſ. 47. n. 40. & ſeq. vol. 4. Item, ſi ab Ordinario, aut etiam à Papa de beneficio non vacante prouiſionem obtinuit, eiuſque poſſeſsionem ceperit, Anchar. in conſ. 397. n. 2. & 3. Item, qui electus, præter confirmationem ſuperioris, poſſeſsionem ceperit. Io. de Imola, in conſ. 131. n. 7. verſ. ad quintum, & multo magis ſi ſine electione ſe intruſerit, vt ibi per Imol. Item, qui notoriè nullum ius habet, vt quia eius titulus per ſententiam nullus declaratus fuit, Ferret. in conſ. 12. n. 11. & ſeq. & huiuſmodi intruſi dicuntur tyranni Eccleſiarũ, vt fuit dictum in Camera Imperiali, vt per Gaſparum Gulielmum decis. 210. par. 2.

Et intruſi nullomodo † audiuntur, etiam ſi notorium non ius petentis allegarent. Palæot. deciſ. 441. p. 3. lib. 3. in Nouiſ. & contra intruſum lite pendẽte, ſententia mandatur executioni, etiã illo non citato, Put. dec. 62. p. 3. nec iuuatur Regula de triennali. Palæot. deciſ. 57. 3. p. 3. li. 3 in Nouiſ. & illius poſſeſſio dicitur vacans, ideo ſi apprehẽderetur per prouiſum canonicè, intruſus non reſtituitur, Pariſ. in conſ. 47. n. 4. & ſeq. vol. 4. & vide Romanum in conſilio 449. & Anchar. in conſilio 397.

Multa ſcripta ſunt de hoc per me in Digeſtis Nouiſſimis, part. 1. verſ. ſpolium.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, dummodo omnes inſimul non excedant, debet verificari de tempore reſeruationis.*

2 *Quando eſt adiecta reſeruationi penſionis, facit illam conditionalem, vel modalem.*

## CLAVSVLA 39.

*Dummodo omnes inſimul non excedant, &c.*

HÆc clauſula, † debet verificari de tempore reſeruationis, non autem de tempore tranſlationis, ſi tranſlata ſit, vt fuit dictum in cauſa Carpentorat. penſionis, 15. Martij, 1602. coram Lancellotto. 1

Hæc Clauſula, † quando eſt adiecta renocationi penſionis, facit illam conditionalem, vel modalem, vt ſit verificanda, ſecus ſi adijciatur poſt reſeruationem puram ad modificandam aliã clauſulam, vt fuit reſolutum in cauſa Carpentoraten. penſionis, 15. Martij, 1602. coram Lancellotto.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dummodo per Ordinarium collatorem, intelligitur non ſolum de Epiſcopo, ſed etiam de Ordinario collatore.*

2 *Ordinariorum appellatione in materia collationis, quando veniant etiam Ordinarij.*

3 *Et quando fallat.*

4 *Ordinarij non ſunt propriè, qui habẽt facultatem conferendi ex indulto.*

## CLAVSVLA 40.

*Dummodo per ordinarium Collatorem, &c.*

HÆc clauſula, Dummodo per Ordinarium collatorem † non fuerit facta prouiſio, intelligitur non ſolum de Epiſcopo, ſed etiam de inferiore Ordinario collatore, vt de Capitulo, in collatione Canonicatuum, vt fuit reſolutum in cauſa Oſcen. Ca- 1

nonicatus,9.Martii,1592. coram Seraphino.

Et ratio eſt:quia in materia adaptabili, qualis eſt collatio, appellatione
2 Ordinariorum, † veniunt etiam inferiores collatores, Ioan. Monach.in c. Ordinarii,il primo,num.1.&2.Gemin. num.5 & Franch.num.3 de offic. Ordinar.in ſexto, Abb.Aret.& Dec.in c. poſt ceſſionem, omnes in 1.notab. de probat. & fuit reſolutum in cauſa Salamantina iuriſdictionis,23. Octobris, 1579.coram Seraphino.

3 Declaratur,† vt non procedat,ſi actus expediendus per Ordinarium,deberet à ſolo Epiſcopo per alia iura expediri,quoniam tũc appellatione Ordinariorum non veniunt inferiores Epiſcopo,Feder.de Sen.in conſil.291.in prin.allegat Clement.Ne in agro,§.ad hoc,circa medium,de ſtatu regulariũ, vbi mandatur vnionem fieri per locorum Ordinarios,& intelligitur de ſolis Epiſcopis,quoniam vniones à ſolis Epiſcopis fieri debent, & non ab inferiore, c. Si vna,de reb.eccle. non alienand. Ideo,ſi concurrentia materiam viſitationis committerentur locorum Ordinariis,intelliguntur commiſſa ſolis Epiſcopis Diœceſanis,& non Capitulo, Sede vacante,neque aliis,Lapus, Abbas,inter conſilia Federici de Sen. conſil.291. vbi vide, quia extendit ad alia.

Licet omnis habens poteſtatem à Papa conferendi beneficia, maximè vniuerſitatem ipſorum, dicatur Ordinarius,gl.in c.à iudicibus.2.q.6. tamen illi, qui ius conferendi habent ex aliquo indulto, vel priuilegio Sedis Apoſtol.non ſunt propriè Ordinarii,ſed quaſi extraordinarij dicendi ſunt, vt ſcribit Pau de Caſt.in conſ.3.in 3.dub. cum aliis per Dec. in c. poſt ceſſionẽ, in 1.notab. de prob.per tex in l. ſi aliquam, in fine,ff.de offic.proconſul.Et propterea Rota diffiniuit,quod reſeruatio conceſſa,exceptis beneficiis, in quibus Cardinales eſſent Ordinarii collatores, intelligitur de illis, in quibus Cardinales habent Epiſcopatum, vel aliud ſimile beneficium, habens collationem, vt eſt deciſio Achillis de Graſſis,prima de officio Ordinarii.

## CLAVSVLA 41.

*Dummodo plura ſimul non ſint.*

HÆc clauſula poſita in diſpenſatione ad obtinenda beneficia, intelligitur quod plura ſimul obtineri non poſſint, ſed ſucceſſiuè, vt fuit reſolutum in cauſa Legionen.Prioratus, octaua Iunii, 1587. coram Pamphilio.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula,Dummodo remaneant centum pro Rectore,debet verè probari.*
2 *Quando eſt appoſita in concordia, quis teneatur illam probare.*
3 *Cur apponatur dicta clauſula.*
4 *Clauſula, Dummodo medietatem fructuum,&c.quando apponatur.*
5 *Penſiones quomodo imponantur ſuper diſtributionibus.*
6 *Clauſula,Etiam ſi in ſolis diſtributionibus,quid operetur.*
7 *Penſiones ſuper Cathedralibus quanta imponantur.*

## CLAVSVLA 42.

*Dummodo remaneant centum pro Rectore.*

HÆc clauſula operatur, † vt probatio debeat eſſe concludẽs,nec ſufficiat probatio per famam,ad deciſ. Mohed.148.alias 3.de teſtibus in fin.vt 1
fuit reſolutum in cauſa Clutina pẽſionis,9.Decemb.1573.coram Lancelloto,vt in deciſ 258.lib.1. Quotid. & in Oppiden.penſionis,3. Iunij,1585.corã Pamphil. vt fuit dictum in cauſa Cuſentina pẽſionis,27. Maii,1596.coram Litta,& facit dec.60.de conceſſ. præbend. in antiq. & vide in cauſa Interamnen.penſion.23.Iunii,1602.coram Cordub.

Si ſit appoſita in concordia, † quis 2
teneat-

teneatur probare, videre in cauſa Suauen. Parochialis, 27. Nouembr. 1595. coram Orano.

3 Ex diſpoſitione Concilij, † Tridentini, ſeſſ. 24. c. 13. de reformatione, habetur, quod ſi Parochialis Eccleſia non reddat centum ducatos, nulla penſio imponi poſſit, quia non debet ita grauari, vt Parochus viuere non poſſit, aut iura Epiſcopalia ſoluere nequeat, c. vacante, c. cum cauſam, & c. de monachis, de præbendis: & tunc ſi fieret reſignatio, ipſi reſignanti ſolet referuari penſio ſuper alio beneficio, vel reſignatarij, vel tertij, ſed ſuper beneficio tertij non ita de facili conceditur, ob fraudes, quæ ſolent fieri. Cùm autem parochialis valeat vltra cẽtum, penſio poteſt imponi ſuper illo pluri. Olim imponebatur penſio vſque ad tertiam partem redditũum, in omnibus beneficiis, & talis penſio iudicabatur valida, Caccialup. in tractatu de penſionib. quæſt. 7. Gigas in eodem tractatu, quæſt. 9. Et propterea apponebatur clauſula, Dummodo tertiam partem fructuum non excedat, vt ſcribit Rebuff. in Praxi beneficial. titulo de reſeruation. general &c. n. 19. & n. 31. Sed hodie imponi non poteſt, niſi centum remaneant liberi pro rectore parocho, & ita hæc clauſula introducta eſt, & probatio debet eſſe concludens, vt probatum eſt: Et quomodo probetur valor beneficij, quæve deducantur, vide in Digeſt. Nouiſ. tom. 6. in verbo valor, vbi ad hoc in pluribus capitulis habes compilatam totã materiã ex omnib. Deciſionib. mundi.

Si reſignetur beneficium ſimplex, † ſolet concedi penſio reſignanti, quę
4 non excedit medietatem fructuum, vel quæ non excedat tertiam partem, & in Bullis reſignationum alterutra ex iſtis clauſulis apponi conſueuit, vt probat Paul. Roman. in tractatu de penſionib. c. 1. num. 6. ſed hodie Curia Romana obſeruat regulariter apponere vſq; ad medietatẽ. Fallit, vbi beneficiũ non excederet vigintiquattuor ducatos, tunc enim penſio imponi nõ poteſt, vt tradit Mandoſ. in Signatura Gratiæ, in titulo Pẽſiones, col. 4. ℣. ſuper parochiali. Itẽ, ſuper Canonicatu, aut alia dignitate in Cathedrali, non cõceditur penſio, niſi redditus ſint vltra centum, & pro quantitate, quæ excedit dictam ſummam.

Super Cathedrali autem, vel Metropolitana, imponitur penſio, ſuper illius menſæ fructibus, ſi illarum valor excedat ducatos mille, ex diſpoſitione Concilij Tridentini, ſeſſ. 24. cap. 13. de reformatione §. Ad hæc. Alias requireretur derogatio ſpecialis. Put. dec. 494. p. 2.

Declarantur huiuſmodi Cõcluſiones, † primo, quo ad penſionem ſuper 5
Canonicatu, nam aliquando dicitur prębendam valere triginta, diſtributiones autem quotidianas centum, & tunc conceditur penſio in triginta, aut quinquaginta. & diſtributiones quotidianę computantur, ſed clauſula † addi ſolet, etiam ſi in ſolis diſtributionib. 6
quotidianis, & non niſi pręſentibus, & intereſſentib. Diuinis officiis dari, & per eos lucrari ſolitis & conſuetis, vt ſcribit Menoch. in Signatura Gratię, in d. titulo, Penſiones, col. 8. Itẽ, hęc clauſula, etiam ſi in ſolis diſtributionibus, &c. includit etiam diſtributiones, quę dantur intereſſentib. horis Canonicis, vt latè probat Mandoſ. in d. tit. Pẽſiones, col. 9. Et propterea fructus Canonicatus Toletani exprimuntur in vigintiquattuor ducatis, & imponitur penſio ducatorum quingentorum, vt ſcribit Aragonius, deciſ. 38.

Cum ſuper Prępoſitura imponeretur penſio ducatorum centum ſuper redditibus, & prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis dictę Prępoſiturę, cum clauſula, dummodo medie-

tatem fructuum non excedat, ſed fructus ordinarii erant tanti valoris, vt penſio excederet medietatem fructuum, ideo fuit dubitatum in Rota, an hæc penſio eſſet nulla, vel reducibilis, tanquam non cenſeatur impoſita, niſi ſuper fructibus ordinariis, & die 3. Ianuarij, 1559. in Auguſtana Præpoſituræ coram Oradino fuit concluſum pro validitate penſionis, eſt dec. 294. in libro diuerſorum manuſcr. & hoc propter illa verba, iuribus, & obuentionibus vniuerſis, de quorum natura eſt, comprehendere omnes redditus cuiuſcumque qualitatis.

Cum autem apponitur hæc clauſula, cuius medietatem fructuum, vt aſſeris non excedit ipſe penſionarius, debet probare non exceſſum in aliis, tum quia ipſa narratiua probanda eſt, ab eo, qui ſe fundat in ea; tum propter clauſulam, Vt aſſeris, quæ differt à clauſula, Vt aſſeritur. Vide Rotam in deciſione 412. parte 1. in Nouiſſimis, & ſi ſupplicatio diceret: Etiam ſi medietatem excederet, ſignatura cancellat, & apponit clauſulam, Dummodo medietatem non excedat: Et de hac practica vide Mandoſ. in Signatura Gratiæ, in d. titulo, Penſiones, col. 7. ℣. clauſula dicta.

7 Declarantur ſecundo, quoad † penſiones ſuper Cathedralibus, quoniam nõ niſi ex magna cauſa imponi debét, vt fuit diſpoſitum in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. & ideo Papa quando imponit penſiones ſuper Epiſcopatibus vacantibus per obitum, ſolet derogare Concilio Lateranenſi, & ſpecifica derogatio requiritur, Niſi vltra clauſulam generalem, Non obſtantibus, appareret de certa ſcientia Papæ, vt fuit concluſum in Maiori. cenſ. parochial. 3. Octob. 1546. coram S. Crucio, Put. dec. 494. parte 2.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dummodo remaneant quinquaginta liberi pro Rectore importat, quod deductis oneribus ordinariis.*

2 *Intelligitur prout ducati valent in loco beneficij.*

3 *Et quomodo hoc probetur per Deciſiones Rotæ.*

## CLAVSVLA 43.

*Dummodo remaneant quinquaginta liberi pro Rectore.*

IN hac clauſula, † Verbum, liberi, importat quod deductis oneribus ordinarijs, 50. ducati, ſimplicis penſionis abſque diminutione remaneant, Ruin. conſ. 219. ſub num. 3. lib. 1. Gallad. conſ. 47. num. 9. & fuit reſolutum in cauſa Romana penſionis, 1576. coram Blanchetto, vt in deciſ. 268. lib. 1. Quotid. & in d. cauſa Oppiden. penſionis, coram Pamphilio, & in d. Cuſentina, coram Li . , & vide in dicta Interamnen. penſionis, coram Corduba. 1

Hæc clauſula intelligitur, † & prout ducati valent in loco beneficii, vt D. Blanchettus retulit ſibi ita fuiſſe dictum à bonæ mem. Cardin. Alciato, fuiſſe reſolutum in Congregatione Concilii. 2

Adde ad probandum † hanc deciſionem Cógregationis Concilii, quod ſolutio penſionis facienda eſt in loco Epiſcopatus, vel beneficii, ſuper cuius fructibus reſeruata fuit, vt probat Sarnenſ. ſuper Regula, de valore, quæſt. num. 4. Oldrad. in conſil. 169. Gambara in tract. De poteſtate Legati de latere, lib. 6. quæſt. 27. n. 612. tum quia Eccleſia minus grauatur, tum quia in dubio magis fauendum eſt reo debitori. Et ad hoc facit, quod dicit Bart. in l. item illa ff. de conſtituta pecun. Ibi, quòd ſi in contractu non eſt deſtinatus certus locus ſolutionis, intelligitur deſtinatus ille locus, in quo debitor facilius ſoluere poteſt. Et hanc ſententiam tenuit Rota in cauſa Fulgin. primogen. 18. Apr. 1597. coram Lit. vbi ex 3

præ-

prędictis firmauit, quod alimenta ſunt pręſtanda in domicilio hęredis, & non alimentarij.

Item ſciendum eſt, Rotam facere differentiam, quando ſolutio penſionis ſcutorum auri in auro eſt facienda Romæ, & quando in aliis partibus: Nam primo modo, ſi Romæ, plures deciſiones factæ repetiũtur, in quibus concluſum fuit, quod tunc ſcutum auri in auro, quod non reperitur, recipit æſtimationem intrinſecam in vno ſcuto currenti, & vno Iulio, videlicet in cauſa Acheruntina fructuum, 28. April. 1600. coram Lancellotto, item in cauſa Romana pecuniaria coram Pegna, quæ eſt 683. par. 4. in nouiter nouiſſimis. Item in cauſa Narnienſis legitimæ coram Seraphino, quæ eſt deciſio 761. par. 4. in Nouiſſ. Item, in cauſa Cremonenſis penſionis coram Orano, quæ eſt 682. in d. par. 4 In quibus apparet ſolutionem debere fieri Romæ, vel ex partium conuentione, vel ex aliis cauſis, vt in ipſis videri poterit.

Sed quando non apparet ſolutionem eſſe faciendam Romę, nec ex cõuentione, nec quia decreta Rotæ Romanæ exequenda ſunt, ſed ex iuris diſpoſitione facienda eſt in loco Epiſcopatus, vel beneficij, tunc ſcutum auri in auro recipit æſtimationem, prout eſt ſolitum æſtimari in illo loco vbi ſolutio facienda eſt. Et hanc ſententiam firmauit Rota in plurib. cauſis, videlicet, in cauſa Ariminen. fructuum corã Seraphino, eſt deciſ. 778. in d. par. 4. vbi dicit: Cũ dubitaretur, an valor ſcutorum eſſet conſtituendus ſecundum communem curſum Ciuitatis Anconæ, an vero ſecundum communem curſum Vrbis, Domini cenſuerunt inſpiciendum eſſe curſum Ciuitatis Anconæ.

Neque obſtat, quod aliud eſt loqui de ſcuto auri in auro, aliud eſt loqui de ducato de Camera: quia Sarnẽſ. in Regula de valore quæſt. 9. ✠. Nam ducati, & ✠. qui antiquum ſcutum, oſtendit Pontifices iuſſiſſe cudi ducatos de camera, eiuſdẽ valoris prout erant ducati Vngari, Veneti, Hiſpani, Florentini, & cum deinde alia moneta in Gallia facta eſſet, quam ſcutum appellarunt, ideo in Camera fit diſcrimen, quia antiquum Scutũ reddit idem quod ducatus de Camera, ex quibus verbis Sarnenſis apparet, nullam eſſe differentiã inter ſcuta auri in auro antiqua, & ducatos de Camera, & ita cum d. deciſ. 778. loquatur de ſcutis auri in auro, & decidit quod eorum valor attendendus eſt, prout valent Anconæ, idem dicendum eſt in ducatis de Camera.

Idem apparet fuiſſe deciſum antiquis temporibus: Nam etiam Sarnenſ. ſuper d. Regula, de valore, qu. 7. colũ. finali, dicit hæc verba: Et notãdum eſt vlterius, quod licet valor fructuũ pro ſoluenda penſione debeat fieri prout conſideratur in partibus, hoc autẽ non habet locum quando fit ſolutio penſionis in Curia, quia ſolet ſolui in ducatis auri de Camera, vt tenuit Rota in vna Elnen. penſionis coram me.

Et licet Sarnenſis addat hęc alia verba, (licet in partibus ſufficeret ſoluere in moneta, dummodo illa tantum valeat, nec cogitur debitor ſoluere penſionem auri in auro,) hęc tamen verba non alterant ſenſum præcedentem, ad quẽ allegatio facta eſt à nobis, quoniã Sarnenſ. intẽdens probare dictam differentiam, dicit eam eſſe, quia ſi fit in partibus, valor valet, prout conſideratur in partibus: ſi fit in Curia, debet ſolui in ducatis auri de Camera, prout ſonant litteræ Apoſtolicæ: ſed certum eſt, huiuſmodi ducatos auri de Camera non reperiri, ergo nihil aliud voluit Sarnenſis in dictis verbis à me adductis, niſi oſtendere, quod valor in partibus differt à valore Curiæ, alias illa-

deciſio eſſet fruſtratoria, & nihil concluderet, & cum hoc præſuppoſito, iſta alia verba ſunt ſuperflua, quia aut recipiunt eundem ſenſum, videlicet, licet in partibus ſufficiat ſoluere in moneta, quæ tantum valeat, repetendo illam qualitatem, prout conſideratur in partibus, & ita illa verba allegare non oportet: aut ſi qualitas illa repetenda non eſſet, illa deciſio eſſet fruſtratoria, quia tam Romæ, quam in partibus, valor ducati auri de Camera æqualiter æſtimatur: vt igitur Sarnenſis concludat differentiam, quam intendebat, & ſuper qua illa Rotæ deciſio facta fuit, operepretium eſt, in verbis omiſſis repetere illam qualitatem, prout conſideratur in partibus, ad euitandum autem contradictionem, debere fieri repetitionem qualitatis, probat Io. Vincent. de Anna, Allegatione 10. num. 26.

Hanc etiam opinionem tenuit Rota in deciſ. 64. de reſcriptis, in antiquis, vbi dicit iſta verba: Et ſecundum valorem pecuniæ currentis in loco beneficij, quia valor intrinſecus, &c.

Eamdem ſententiá amplexa eſt Rota in Cæſarauguſtana péſionis 11. Martij, 1591. coram Gipſio, quę eſt 686. in d. par. 4. vbi dicit iſta verba: Secundo, in hac materia debet attẽdi valor monetę loci, vbi penſio reſeruatur, vt fuit reſolutum in vna Burgen. penſionis, coram me, 17. Iunij, 1585. & in vna Conchen. 28. eiuſdem coram Orano.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, & ad faciendum ea quæ principalis, poſita in mandato, quid operetur.*

2 *Et quid ſi mandatum ſit reſtrictum per clauſulam, Saluis exceptionibus.*

3 *Poteſt conferre beneficia Eccleſiaſtica.*

CLAVSVLA 44.

*Et ad faciendum ea, quæ principalis, &c.*

CLauſula, & ad faciendum † ea quæ principalis facere poſſet, etiam ſi mandatum requirerent ſpeciale, poſita in mandato, operatur, vt mãdatum dicatur ſufficiens, etiam in caſibus, qui mandatum exigunt ſpeciale. Bart. in l. procurator cui libera, n. 3. vbi Addent. ff. de procurat. Archidiacon. in cap. 1. n. 2. Ioan. Andr. in fine, Butr. n. 38. & Anchar. ad finem. quæſt. 8. de reſcript. in ſexto. Abb. in cap. expoſuit, num. 18. de dilat. & in c. intelleximus, num. 11. circa finem, de iudic. & conſ. 18. col. 4. circa princ. verſic. maximè quia, par. 2. Iaſ. in l. in prouinciali, §. ſi ego, num. 6. in ſecunda concluſ. verſ. primo quia, ff. de noui oper. nunciat. Roman. conſ. 94. ſub n. 7. verſ. eſt ſecunda clauſula, & fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſ. portionis, decima Decembris, 1560. coram Oradiño, vt in deciſ. 542. libro 2. Quotid. & in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum, 15. Octobris, 1595. coram Pegna. Bart. in l. ſi procurator, num. 3. Angel. verſ. vlt. nota. Fulgoſ. n. 3. Caſtr. n. 4. Salic. nu. 2. & ibi Addent. C. de procurat. l. ſi procurator, n. 11. verſ. adde idem eſſe, &c. 1

In contrarium tamen allegatur Ioã. Andr. in d. c. expoſuit, col. ſecunda, in princ. verbo, perſona, de dilat. per c. qui ad agendum, de procurat. in ſexto, quem ſequitur Butr. in cap. intelleximus, n. 10. ad fi. ver. in quantum, de iudic. & in d. c. expoſuit. n. 10. & 11. ad fi. nihil firmat. & cum Io. Andr. videtur tenere Gemin. in cap. 1. n. 21. de reſcript. in ſexto, Fulgoſ. in l. 1. nu. 6. ff. de off. procur. Cæſar.

Sed tu dic, quod Ioannes Andreas loquitur in terminis dicto cap. expoſuit, vbi mandatum erat reſtrictum per clauſulam, † Saluis exceptionibus, 2 & ideo non erat ſufficiens ad cauſam principalem, vt poſt Goffr. ibidem declarant Collect. num. 5. Anchar. n. 10. circa finem, verſ. Goffred. dicit.

Imo-

Imola,n.4. Anan.n.9.per cap.ſignificauit,de appellat. & prædicti Doctor. dicunt idem eſſe, ſi adeſſet clauſula, Promittens ratum habere quidquid legitimè factum fuerit.

Sed in hoc contrarium tenet Hoſtienſ.in d.c.expoſuit, §.cum poſtmodum,ad fin. ў. ſed numquid tale, de dilat.qui dicit,cap.Significauit nõ probare dictum Goffredi, & Hoſt. ſequitur Bellam.ibid.n.3.& 4.quem videas.

3 Vicarius conſtitutus † procurator cum hac clauſula,Poteſt beneficia Eccleſiaſtica conferre,Bartol.in l.1.col.7. verſ. ſecundo queritur, ff. de officio procurator.Cæſaris, quia iſte procurator dicitur habere ſpeciale mandatum.Item,quia collatio non eſt pura, & libera donatio, quæ prohibita eſt procuratori habenti liberam, l.contra iuris,in fine,ff.de pactis, ſed eſt neceſſaria, quoniam collator beneficia pro ſe retinere non poteſt,ſed aliis conferre tenetur,Gloſſa,in c.relatum,de prębendis,& ita firmãt Cin.Petr.& Paul. de Caſtro,in d.l.procurator cui libera, in fine,vbi formant q.in Epiſcopo,qui dederat mandatum generale cum libera adminiſtratione,& tenent, quòd iſte procurator vigore d.clauſulæ,poſſit conferre beneficia ſpectantia collationem Epiſcopi, & hoc tanto magis procedit, ſi appoſita eſſet clauſula. Quòd poſſit omnia, quæ ipſe principalis conſtituens facere poſſet. Ad hoc vide Ferret.in conſ.382.per totum.

CLAVSVLA 45.

*Et alias prout in inſtrumento.*

HÆc clauſula ſtat augmentatiuè, & intelligitur vltra ſpecificata. Dec.conſ.63.ſub nu.5.Natta, conſilio 403.n.7. & fuit dictum in cauſa Prænestina tranſactionis.16.Maij.1575.coram Seraphino,vt in deciſ.152.n.2.par.2.diuerſor.& in cauſa Romana reſidui pretij Caſalis 12 Iunij,1595.coram Pãphilio, & facit deciſ. Put.225. lib.1.& lib.3.deciſ.36. Peregrin.deciſ.28. libro primo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,Et alias prout procuratori viſum fuerit,poſita in mandato ad reſignandum,quid operetur.*

2 *Et quid ſi in mandato dicatur:Per viam reſeruationis fructuum.*

3 *Et quid ſi in mandato dicatur, quod penſio ſit ſoluenda litteris non expeditis.*

4 *Hac clauſula poſita in mandato ad reſignandum, non operatur vt poſſit donare, vel remittere penſionem.*

5 *Refertur ad arbitrium boni viri.*

6 *Deputatus cum iſta clauſula,Reſeruatis fructibus, an poſſit conſentire reſeruata medietate.*

7 *Clauſula,Prout bene viſum fuerit refertur ad expeditionem.*

8 *Procurator etiam cum iſta clauſula non poteſt excedere fines mandati.*

9 *Non poteſt reſeruare penſionem ad fauorem tertij.*

10 *Non poteſt conſentire tranſlationi penſionis.*

CLAVSVLA 46.

*Et prout alias procuratori benè viſum fuerit,&c.*

HÆc clauſula, Et aliàs prout procuratori † benè viſum fuerit, &c. 1
poſita in mandato ad reſignandum, intelligitur quoad modum expediendi,& fuit dictum in cauſa Cordubenſis portionis, 20. Martij, 1559. coram Rubeo, vt in dec. 252. diuerſ.in manuſcript.& in cauſa Zamorenſ. Parochialis 28.Maij,1586.coram Gipſio.

Vt puta,ſi in mandato dicatur, † 2
per viam reſeruationis fructuum.Hęc clauſula operatur, quod hoc poſſit facere per viam reſeruationis penſionis, quod abſque huiuſmodi clauſula non potuiſſet. Pariſ. conſilio 143. num.35. lib. 4. fuit dictum in cauſa Zamo-

ren. Parochial. 28. Maij 1586. coram Gipſio.

3 Item ſi dicatur in mandato, quod penſio ſit ſoluenda † litteris non expeditis. Hæc clauſula operatur, quod poſſit conſentire penſioni litteris expeditis, quod etiam abſque huiuſmodi clauſula facere non potuiſſet, vt fuit reſolutum in cauſa Corduben. dimidiæ portionis, quartadecima Nouembris, 1558. coram Quiroga. vt in deciſ. 114. diuerſ. Cottæ, & in dicta Zamoren. Parochialis, coram Gipſio

4 Hæc clauſula poſita † in mandato ad reſignandum, non operatur, vt procurator poſſit donare, vel remittere penſionem, quam principalis volebat, vel conſentire penſioni ad fauorem extraneorum, cum facultate tráſferendi, cum huiuſmodi facultas ſub quibuſcumque verbis generalibus numquam cenſeatur data procuratori, l. contra iuris, §. ſi filius, ff. de pact. l. ſi filius familias, §. 1. ff. de donat. Bald. in l. ſi procurator, num. 3. verſ. conclude ergo, C. de procurator. Dec. conſ. 401. num. 9. Pariſ. conſ. 8. num. 8. lib. 4. & fuit dictum in cauſa Cordubenſ. portionis, 20. Martij, 1559. coram Rubeo, vt in deciſ. 252. diuerſ. Cottæ, & in cauſa dicta Zamor. Parochialis, coram Gipſio.

5 Et adde, quod iſta clauſula, † prout aliæ ſimiles, refertur ad arbitrium boni viri. Socin. conſ. 129. num. 54. lib. 1. Afflict. deciſ. 91. num. 4. & 5. & fuit dictum in d. Zamor. Parochialis, coram Gipſio.

6 Procurator † ad reſignandum deputatus eſt cum iſta clauſula, Et cum reſeruatione omnium fructuum: & quia hodie Papa regulariter non concedit reſeruationem omnium fructuũ, ipſe reſignauit, reſeruata medietate fructuum, & opponebatur de nullitate, quoniam mandati forma ſeruata non fuit. Nihilominus in Rota deciſum eſt contrarium, vt eſt deciſio Arigonij 41. in manuſcriptis, nam cum Papa huiuſmodi reſignationes fructuum non concedebat, poterat procurator reſignare ſimpliciter, ergo multò magis reſeruata medietate, quoniam conditio domini melior facta eſt, l. ſi quis mihi bona, §. ſed ſi mandauit, ff. de acquir. hæredit. l. finali, §. finali, & ibi Doctor. ff. mandati. & hoc operatur virtus d. clauſulæ, Prout tibi benè viſum fuerit.

Declaratur hoc procedere, ſi procurator fecerit diligentiam, vt haberet reſeruationem fructuum, iuxta formam mandati, nam facta huiuſmodi diligentia, de qua debet conſtare, ſi obtinere non potuit, & tunc reſignauit, reſeruata medietate fructuum, aut aliqua penſione, valida eſt renunciatio: ſi verò nullam diligentiam fecerit, reſignatio eſt nulla ex defectu poteſtatis, vt fuit reſolutum in d. Zamorenſ. Parochialis, 28. Maij 1586. coram Gipſio, vbi etiam fuit reſponſum ad d. clauſulam, Prout tibi benè viſum fuerit, quod debet referri † ad expeditionem, non autem quod per eam cenſeatur data facultas donãdi, tantò magis, quin ipſa ſemper importat arbitrium, vt dictum eſt ſupra nu. 5. Adde Menoch. in lib. 1. de arbitrariis. quęſt. 8. n... qui multos allegat. 7

Item, quòd non obſtante † dicta clauſula, Prout benè viſum fuerit, &c. omnes qualitates in mandato obſeruandæ ſint, fuit reſolutum in d. Zamorenſ. Parochialis, 28. Maij, 1586. coram Gipſio, vbi erat datum mandatum ad reſignandum, reſeruatis ſibi omnibus fructibus loco annuæ penſionis, propria authoritate percipiendis, remanentibus pro congrua ſuſtentatione reſignatarij, quinquaginta, & alias iuxtà formam ſupplicationis ſignatæ, vel ſignificandæ, & prout S.D.N. placuerit, & ſuis procuratoribus, & cuilibet eorum 8

eorum bene viſum fuerit expedire, Procurator autem conſentit, reſeruata dumtaxat penſione ducatorum 280.quamuis fructus parochialis certi,ſingulis annis ad ducatos 700.aſcenderent,ideo fuit concluſum pro nullitate reſignationis,quia procurator exceſſit fines mandati,Palæott. deciſione 49.& deciſ. 442. cum aliis per Canoniſtas in c.cum dilectus,de reſcript. & per Ciuiliſtas in l.diligenter,ff.mandati. Et dixerunt Domini de Rota, hanc clauſulam reſpicere modum expeditionis,& ad illum referendum eſſe:ſi enim mandatum non refertur ad relatum,ceſſat mandati exequutio, l. inſtrumento,la grande, ff.de condit. & demonſtr.

Si procurator ad reſignandum ad fauorem N.ſimpliciter deputatus fuerit, cum clauſula, Modo,& forma ſibi bene viſis,hoc caſu poterit reſignare, & reſeruare penſionem ad fauorem conſtituentis,& eam quãtitatem, quam voluerit,Palæott.deciſ.382.quia hoc importat illa clauſula, Bald.in tit. de pace Conſtantiæ,§.nomina,in fine, Ioan. Andr.in c. 1. de iuramento calum.lib.6.Grat.conſil.158.num.7. vol.
9 2.Sed non poterit † renunciare,reſeruata penſione ad fauorem tertij,& ita fuit reſolutum in vna Compoſtellana Parochialis,28.Iunij,1547. teſte Puteo deciſione 524. parte 2. & in Cordubenſ.penſionis coram Rubeo,10.Martij,1559.teſte Palæotto deciſione 302. & habetur in lib.diuerſorum,deciſione 252.& ſecundum hanc opinionem conſuluit Burſat.in conſ.395.volum.4. Et illa clauſula,Modo, & forma bene viſis, debet reſtringi ad fauorem nominati in mandato,ad cuius fauorem debebat renunciare,non autem ad fauorem tertij, ad quem non nominatum in mandato arbitrium, & libera poteſtas extendi non poteſt,Gloſſ.in l. ſi mandato Titij, §.finali, ff.mandati. Bartol.in l.ambitioſa,n.17.& ſeq. ff.de decret.ab ordin.faciend.

Item,hic procurator cum hac clauſula,Non poterit † conſentire tranſla- 10
tioni penſionis, vt fuit reſolutum in Compoſtellan. Parochialis, coram Auguſtin.28.Ianuarij,1547.teſte Puteo deciſion. 524. parte 2.quia facultas transferendi reputatur quaſi impoſſibilis,argum. notatorum in l.apud Iulianum,§.conſtat,ff.de legat.primo,& inſolita non veniunt ſub generalitate, Franc.in cap.qui ad agendum, §.ſi aliquis,de procurat.lib.6.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Et cum abſolutione,à cenſuris, quando,& ad quid per Papam poni ſoleat,& num. 4.*

2 *Reddit eum cui fit gratia,capacem.*

3 *Non habet effectum in eo qui per annum inſorduit in excommunicatione.*

5 *In quibus non habeat locum.*

## CLAVSVLA 47.

### *Et cum abſolutione à cenſuris,ad effectum præſentium dumtaxat conſequentium.*

HÆc clauſula † conſueuit apponi 1
per Papam in impetrationibus beneficiorum,& aliis gratiis, quas cõcedit, quas poteſt etiam abſenti, & non petenti facere, quia eum reddit capacem,vt probat Dec. in cap. ad Apoſtolicę colum.2.verſ. vltimo prędicta regula,de exceptionib.& poſt Alberic.& alios,quos allegat Boer.in deciſ.290.per totam.

Et quia hęc clauſula debet † in ali- 2
quo operari,ideo habebit effectum,vt eum reddat gratię capacem, Alberic. diffusè in l.à procedente, in princ. C. de dilationibus.Boer.d.deciſ.290.

Sed non habebit effectum, † ſi per 3
annum,& vltra ſteterit in excommunicatione,quia tunc obſtat regula Cãcellariæ de inſordeſcente per annum, & habetur ſuſpectus de hæreſi, vt

declarat Rota in deciſione 850.par.3. lib.3.in Nouiſſ. Item non habet effectum in iis, qui ſunt obedientes Papę, vt probat Boer.in d.deciſ.290. poſt alios quos allegat.

4 Hæc clauſula tollit † impedimentum prouenienſ à cenſuris. Rebuff.in Praxi benefic.par. 1. & in declaratione Bullæ nouæ prouiſionis, §. ſeq.abſoluentes,nu.15.Nauarr.conſ.28.num.18. in fin.& nu.21.verſ. ad ſeptimam quęſtionem,de ſent.excomm.ſed non iu-
5 uat inſordeſcentes † per annum, vt dictum eſt,in odium ipſius, qui videtur parui pendere cenſuras, & ideo Regula Cancellarię 61.Rubrica de inſordeſcentibus, per Sixtum V. ſtatutum fuit,ne pręſtetur occaſio cenſuras ipſa vilipendendi,& inſordeſcendi in illis, ne generales abſolutiones appoſitę in litteris ſuffragentur his, qui ſcienter excommunicationis ſententiam, per quattuor menſes ſuſtinuerint. Ex qua Regula colligitur apertè, quod excommunicato ita demum ſuffragetur illa abſolutio,quę conſueuit in litteris Apoſtolicis apponi, ſi non ſuſtinuit excommunicationem vltra quattuor menſes,quibus elapſis, abſolutio non prodeſt,& litterę ſunt nullę.Item non prodeſt irregulari ob notoriam fornicationem, Nauar.in conſ. 66. num.1. de ſentent. excommun. quia nunquam Papa cenſetur ſuper irregularitate diſpenſare, niſi expreſsè dicat, Nauarr.in Manuali cap.77. num. 253. Item,non prodeſt hęreticis,c. excommunicamus §. credentes, de heretic. Felin.in c.Ad Apoſtolicę,col.1.de exception. Neque committentibus falſum in litteris Apoſtolicis, Rebuff.in Praxi, in forma nouę prouiſionis,nu. 89.& ſeq.Neque incendiariis, & violatoribusEccleſiarum,& aliis perſonis relatis in d.Regula 61.Cancellarię Sixti V. Et huiuſmodi abſolutio (vt in litteris dicitur) datur ad effectum præſentium, vt ad hunc effectum ſuſpendatur excommunicatio, ſuſpenſio,& interdictum Rebuff.in loco citato,num.6.vnde ſi poſt huiuſmodi abſolutionem ſe ingerat in diuinis,eſt excommunicatus,c.is cui, de ſentent. excommunic.lib.6. Neque poteſt habere beneficium ab Ordinario,abſque alia abſolutione.

## CLAVSVLA 48.

*Et cum pacto,&c.*

HÆc clauſula ſtat declaratiue & reſtrictiuè,vt fuit dictum in cauſa Camerinē.bonorum,18. April.1572. coram Oradino: vt in deciſ. 11. ſub n. 1.℣.in ſecunda parte diuerſ.

SVMMARIA.

1 *Beneficiorum collatio aliquando deuoluitur ad Papam,& numero 3.*
2 *Clauſula,& datur deuolutio, reſtringit totam gratiam,& num.4.*
5 *Deuolutio pracisè eſt probanda.*

## CLAVSVLA 49.

*Et detur deuolutio diſpoſitiuè.*

HÆc clauſula operatur, vt ſi quis imperrat beneficium † vti deuolutum, licet adſit clauſula, ſiue quouis modo,nihilominus teneatur probare deuolutionem, & non intret clauſula, ſiue quouis modo. Mohed. deciſ.210.alias 17.de præbend. Et poſita † in ſupplicatione,reſtringit totam gratiã,& operatur,quod deuolutio debet gradatim verificari, & deuolutione nõ verificata,nõ intrãt clauſulę generales.Caſſador. dec.5.n.3.de prębẽ. Mohed. dec. 210. alias 17. de præben. Verall. dec. 63.par.1. & fuit dictum in cauſa Salamantina penſionis,23. Iunij 1586.coram Bubalo. 1 2

Concilium Lateranenſe diſponit,† quod ob negligentiam inferioris collatoris,infra ſex menſes non conferentis,collatio deuoluatur ad ſuperiorem, & deuolutio procedit,ſiue Epiſcopus, aut alius collator ſit negligens, ſiue etiam nulliter conferat, puta incapaci, quo- 3

quoniam ſi prima collatio non valet, ſibi currit tempus deuolutionis ſex menſium, ſi iterum validè non confe- rat, vt probat Paul. de Caſtro in conſ. 366. vol. 1. Propterea elapſis ſex menſi- bus, aut nulla exiſtente collatione, ali- quis à Papa ſolet impetrare certo mo- do, eo quod collatio, ſecundum Sta- tuta Lateranenſis Concilij eſt ad Se- dem Apoſtolicam deuoluta, cap. 2. de conceſſ. præbend. c. ſicut, c. licet, c. litte- ras, c. finali de ſupplend. neglig. prelat.

4 Et quamuis † ſubiiciatur clauſula, quo- uis modo, & quauis cauſa, valet, & ve- niat quilibet vacandi modus, Rota deciſione 1. de reſcript. in Nouiſſ. & deciſione 52. de conceſſ. præben. in an- tiquis & deciſione 12. de præbendis in

5 antiquioribus, etiam ſi deuolutio † nō probetur; neque in gratia alius vacan- di modus ſit expreſſus, præter modum deuolutionis cum dicta generali clau- ſula: tamen quando in litteris Papa apponit iſtam clauſulam, & datur de- uolutio diſpoſitiue, tum ipſa prouiſio Apoſtolica dicitur limitata, ad mo- dum deuolutionis, quo caſu tenetur præciſe probare ipſam deuolutionem, alias gratia prouiſionis eſt inefficax, Puteus deciſione 520. parte 1. Caſſad. deciſione 5. de præbend. Verall. deci- ſione 253. par. 1. vbi, quod quāuis bene- ficium eſſet reſeruatum, & ſic genera- liter deuolutum, tamen in beneficio huiuſmodi reſeruato, non cadit deuo- lutio, Caſſador. deciſione 8. numero 3. de præbend. & ideo iſta clauſula a- ſtringit impetrantem, vt præciſè hunc modum probare debeat, ad quem prouiſio reſtricta dicitur.

CLAVSVLA 50.

*Et hæc omnia ſub pœna damnatorum, & intereſſe.*

HÆc clauſula in fine inſtrumenti poſita refertur ad omnia, & ad l. Iulianus, ff. de legat. 1. & fuit dictum in cauſa Placentina euictionis, 16. Ia- nuarij 1589. coram Pamphilio, Crauet- ta conſilio 155. numero 10.

CLAVSVLA 51.

*Etiam ſi aliæ penſiones, &c.*

CLauſula hæc, etiam ſi aliæ penſio- nes, &c. dummodo omnes inſi- mul non excedant, &c. non refertur ad penſionem reſeruatam, nec facit illam conditionalem, vbi aliæ non ad- ſunt, ſed tantum ad alias, quatenus ad- ſint, vt fuit reſolutum in cauſa Car- pentoraten. penſionis, 15. Martij, 1602. coram Lancellotto.

Secus ſi dicatur: dummodo iſta & a- liæ non excedant, &c. quia tunc afficit etiam penſionem, quæ reſeruatur, & ſic reddit conditionalem illam, vt fuit reſolutum in cauſa Salamantina pen- ſionis, 26. Martii, 1593. coram Gipſio, & in Mileuitana penſionis, 27. Iunij, 1597. & in Carpentoraten. penſionis, 15. Martij, 1602. coram Lancellotto, & fuit facta iſta diſtinctio.

CLAVSVLA 52.

*Et pro potiori cautela.*

HÆc clauſula, Et pro potiori cau- tela, perpetuo vnimus, &c. habet vim nouæ conceſſionis. Ruin. conſilio 31. num. 6. & conſilio 35. num. 31. libro 1. Dec. conſ. 341. numer. 7. cum aliis in cauſa Caurien. 5. Nouembr. 1576. co- ram Cantuc. & fuit dictum in cauſa Biſuntina, & Baſileen. vnionis, 10. Maii, 1602. coram Seraphino.

CLAVSVLA 53.

*Et ſi de illis, &c.*

HÆc clauſula operatur indiuiduā derogationē, ſicut clauſula, quo- rum tenores. Feder. de Sen. conſ. 47. num. 3. Butr. conſ. 2. alias 49. in fine Gemin. conſilio 65. numero 28. Anan. conſ. 56. numero 3. Alex. conſ. 155. nu. 12. lib. 6. Socin. conſ. 3. num. 10. & ſeq. libro 3. Iaſ. conſ. 11. num. 3. libro 3. Pariſ. conſ. 1. nu. 92. lib. 2. Crauett. conſ. 126. ℣. ruſus vt dicitur, & numero 7. ℣. ſe- cundo dum dicitur, Ripa in c. 1. nu. 55.

de reſcrip. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. ſeptima, num. 202. & 203. & 204. Caſſad. deciſione 38. numero 3. ſuper regul. Gabr. concluſ. 5. numero 12. de clauſ. Rota, in cauſa Aſtoricenſ. Archidiac. 19. Martij, 1576. ... Martij, 1589. coram Orano, & vide in cauſa Salam. vnionis, 4. Iunii, 1593. coram Blanchetto.

Vide in clauſula, quorum tenores, infra eadem parte, & in clauſula, pro expreſſis habendo infra in ſecunda parte.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ex nunc, prout ex tunc, in ſtatutis non retrotrahitur.*

2 *Quando eſt appoſita per Papam in collatione de vacanti, non ſuſpendit gratiam.*

3 *Non operatur in praeiudicium tertij.*

4 *Poſita in actu conditionali ſemper facit conditionem.*

5 *Poſita in gratijs, nihil operatur ante conditionis exiſtentiam.*

6 *Et quid ſi eſt poſita in collatione de vacaturo, & gratia ſit pura.*

7 *Dictio, nunc, & dictio, tunc, quid ſignificent, & quid vnitim.*

8 *Gratia quomodo retrotrahatur per d. clauſulam.*

9 *Clauſula, ex nunc, prout ex tunc, & è conuerſo, quid importent.*

10 *Hæc clauſula facit transferri dominium, & poſſeßionem.*

CLAVSVLA 54.

*Ex nunc, prout ex tunc.*

1 HÆc clauſula † in ſtatutis non retrotrahitur ad initium diſpoſitionis, ſed debet exſpectari euentus conditionis, & tunc incipit operari; quia diſpoſitio ſuper his verbis facta, ſi retrotrahitur, id fit per perfectionem, quæ non habet locum in ſtatutis. Tiraquel. de retrac. lign. §. 1. gloſſ. 10. num. 73. & de retractu conuen. §. 1. gl. 1. n. 88.

2 Hæc clauſula, quando eſt poſita † à Papa de collatione de vacanti, non ſuſpendit gratiam, ſecus ſi eſt in vacaturo, Card. in Clem. vnica, nu. 9 in 1. oppoſit. de conceſſ. præbend. Caſſad. dec. 3. num. 15 de præbend. Creſcent. dec. 7. num. 13 & 19. de conceſſ. præb. Achil. deciſ. 7. num. 4. de renunc. Rebuff. tit. de diſpenſ. rec. ætat. verb. tecū, vt ex tunc, & fuit reſolutum in cauſa Illerden. Canon. 22. Octobris, 1574. coram Aldobrand. & in cauſa Montis Faliſci Præceptoriæ 16. Febr. 1598. coram Pamphil. in qua adeſt deciſio Legion.

Hæc clauſula, non operatur † in 3 præiudicium tertii medio tempore acquirentis, Put. deciſ. 190. par. 2.

Item poſita in actu † conditionali 4 ſemper facit conditionem, vt probat Gabriel. in conſ. 185. n. 6. vol. 1.

Et ſi poſita eſt in gratiis, † nihil o- 5 peratur ante conditionis exiſtentiam, & conditionem non retrotrahi in gratiis, & diſpenſationibus: ſed ſpectari tempus, quo conditio exiſtit, probat Gabriel. in conſ. 189. in fin. vol. 1.

Idem operatur quando eſt poſita in collatione † de vacaturo, dummo- 6 do gratia ſit pura, licet exequutio collata in futurum euentum iuxta tex. in cap. ſi ſuper gratia de offic. deleg. in 6. ſecus in gratia conditionali, in qua Papa non confert, ſed dat collatorem, iuxta tex. in c. ſi cui nulla, de præbend. in 6. & idem declarat gl. fi. & gl. 1. in d. c. ſi ſuper gratia, Guidobon. dec. 29. & fuit reſolutum in Calaguritana Canonicatus, 1. Iunij, & 9. Octobris, coram Pegna, & vide Mand. in Reg. 32. q. 30. numero 8. & in cauſa Salamantina Coadiutoriæ, 10. Martij, 1593. & in Montis Faliſci Prætoriæ, coram Pamphilio.

Hæc clauſula qualificat verbum, cui adiicitur, & refertur ad tempus quo diſpoſitio incipere debeat, l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 283 nu. 1. Ti-

1. Tiraquell. de retractu conuent. §. 2. gl. 1. numero 86. vide in cauſa Bononienſ. de Albergatis, 14. Martii, 1603. coram Pamphilio.

Ex hucuſque dictis apparet, quod
7 dictio, † nunc, ſignificat effectum verbi conſummati, & ad hoc eſt tex. in §. 1 ff. de cond. & demonſtr. & declarat Guido Pap. dec. 588. Et dicit Socin in cap. ſacro, numero 147. de ſent. excommun. quod dictio, ex nunc, ſignificat actum diſponentis, non autem conditionem exiſtentis: & licet ſit præſentis temporis, tamen denotat futurum effectum, Bald. in c. 1. numero 16. de milit. vaſſall. qui contum. eſt Dec. in cap. præterea, num. 10. de appellat. Quando vero iſtæ duæ dictiones vniuntur, & fit clauſula, ex nunc, prout ex tunc, vnum tempus ineſt alteri, l. Titius, la ſeconda, vbi Angel. Imola, & Alexan. in 2. notab. ff. de verb. oblig. Purpurat. in conſilio 557. numero 34. Siluan. in conſ. 92. numer. 11. Surd. deciſ. 113. numero 10.

Et ideo ſequuta acceptatione infra menſem prouiſio Papæ retrotrahitur
8 ad diem gratiæ, † propter dictã clauſulam, ex nunc, prout ex tunc, ex quo nulli interim erat ius quæſitum, neque in petitorio, neque in poſſeſſorio, ſtante dicta clauſula infra menſem cũ decreto irritanti, quod inficit petitorium, & poſſeſſorium cuiuſcumque alterius prouiſi, vt eſt text. cum gloſſa, in ℣. Ex nunc, prout ex tunc, in Clemen. cum ei quem, §. ſecus, de conceſſion. præbend. & late ſcribit Caſſador. in deciſione 3. de præbendis, vbi alios allegat.

Hoc autem recipit declarationem: quia ſi clauſula, ex nũc, eſt ſimpliciter appoſita, vel ex nunc prout ex tunc, relata ad futurum, importat, quod actus non cenſeatur tunc geſtus, ſed referatur in tempus, ad quod ſit relatio, Zabarell. & Imola, in Clement. vnica de conceſſ. præbend. Iaſ. in l 1. numero quarto C. de codicil. Cephal. in conſilio 153. numero 21. vol. 2. Gabriel. in conſilio 185. numero 6. volum. 1. Sed quando † dictũ fuerit, ex nunc prout ex tunc, tempus illud futurum, trahitur ad præſens, & diſpoſitio, in qua illa verba ponuntur, retrotrahitur ad tempus actus, & operatur vt cenſeatur habere effectum ab ipſo principio, Gloſſa in Clement. Volentes, ℣. Ex tunc, & ibi Zabarella, & Imola, de hæretic. Angel. & alij in dicta lege prima C. de codicil. Bald. in Auth. contra rogatus, col. 1. C. ad Trebell. Tiraquell. qui multos ad hoc allegat, de retractu conuentionali, §. 2. Gloſſa prima numero 86. & in tractatu de conſtituto, parte 3. limitat. 2. numero 16. & ita declarant Iaſ. in d. l. 1. numero 4. C. de codicill. Cephal. in d. conſilio 153. nu. 21. & Riminal. iun. conſ. 592. numero 20. & ſeq.

Item hæc clauſula, † Ex nunc, prout ex tunc, appoſita in contractu, facit transire, & retro transferri dominium, Bart. & Doct. in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acquir. poſſ. Repetentes in l. filiusfamilias, §. Diui, de legatis 1. vbi Ambroſius de Obizo, numero 154. & ſeq. Loaz. in 6. limitatione, ad quartam quæſtionem poſſeſſionis, ad tradita per Tiraquell. de Conſtituto, limitat. 3. num. 15. 10

SVMMARIA.

1 *Clauſula extraiudicialiter operatur vt ſuſtineatur actus etiam quod non iuſtificetur ex actis.*

2 *Nec requirit partis citationem.*

## CLAVSVLA 55.

### *Extraiudicialiter.*

HÆc clauſula operatur, quod ſuſtineatur † actus, etiam quod nõ iuſtificetur ex actis. Abb. conſ. 41. ſub numero 1. ℣. nam Bonifacius, parte 1. Rota, deciſ. 429. numero 2. & deciſ. 716. num. 4. part. 1. & deciſ. 16. ante nu. 1

8.par.2.diuerſ.& fuit dictum in cauſa Romana dationis in ſolutũ, 29. Martij,1591.coram Blanchetto,vbi an poſita in vna parte reſcripti, influat in aliam,&c.

2 Idem operatur,quod non requiratur † partis citatio, licet alias eſſet neceſſaria. Than.deciſ.95.

SVMMARIA.

1 *Per clauſulam, Generalia contra commiſſio, & alia reſcripta non dicuntur acceptata.*

2 *An per eam, abſque proteſtatione citra conſenſum, dicatur conſenſum in iuriſdictionem.*

3 *In productione iurium magis dirigitur contra iura, quam contra perſonam.*

4 *Præſeruat exceptiones contra iura.*

5 *Quando eam opponens contra iura cenſeatur renunciare rei iudicatæ.*

6 *Per hanc clauſulam dicitur præſeruatæ facultas opponendi.*

7 *Præſeruat exceptiones in genere, ſed eas non deducit ad ſpeciem.*

8 *Exceptio antequam ad ſpeciem deducatur, nihil operatur.*

9 *Exceptio quod iura non ſint in forma probanti poteſt fieri etiam poſt ſententiam, ſed non poſt rem iudicatam.*

## CLAVSVLA 56.
### *Generalia contra.*

1 HÆc clauſula facit, † vt commiſſio, & alia reſcripta, non dicatur acceptata.Put.deciſ.72.in fine,lib.3.& vide in Romana domus, 31. Ianuarij, 1600.coram Millino.

2 An autem per hanc clauſulam abſque † proteſtatione, citra conſenſum in iuriſdictionem, vide in cauſa Parmen.legati, quinta Iunij, 1596. coram Illuſtriſſ. Mantica,& decima Decembris,1597.coram Lancellotto.

3 Hæc clauſula,in productione † iurium magis dirigitur contra iura producta,quam contra perſonam procuratoris,qui produxit,vt fuit dictum in cauſa Abulenſ. præſtimonij, 30. Maij, 1588.coram Pamphilio.

Hæc clauſula reſpicit ſolum iura producta, † & præſeruat exceptiones, 4 quæ poſſunt opponi contra iura, non autem illorum admiſſionem. Verall. deciſ.278.& 279.par.2.& vide in cauſa Parmen.legati,5.Iunii, 1596. coram Mantica,& 10 Decembr.1597. coram Lancellotto.

Vnde opponens hanc clauſulam contra iura producti, † ſi nihil aliud 5 poſtea opponit, cenſetur renunciare rei iudicatæ, ſecus ſi dixit: generalia contra productionem, & admiſſionem. Verall.deciſione 323.& 330.numero 4. parte 1. & deciſione 178. & 279. parte 2.

Per hanc clauſulam,dicitur præſeruata † facultas opponendi. Veſtr. in 6 praxi. lib.5. cap.vlt.numero 10.& 13.& lib.6. cap.2. numero 23.Put.deciſ.159. lib.1.Verall. deciſione 323. numero 1. & deciſione 330.numero 3.parte 1. & 279.part.2.& fuit dictum in cauſa Romana, quinquaginta milliũ, 29.Maij, 1574. coram Aldobrandino, vt deciſione 254.numero 6.par.1.diuerſ. & in cauſa Braccharen. iuris patronatus de Pedronillo,28.Nouembr.1601. coram Sacrato,& in Abulen.præſtimonii,30. Maii, 1588.coram Pamphilio, & vide in cauſa Romana domus,31.Ianuarij, 1600.coram Millino.

Vnde ſtante hac clauſula, non cenſetur quis renunciaſſe rei iudicatæ. Veral.dec.323. nu. 2. & dec. 330. num.4. par.1.

Dic tamen,quod licet præſeruet † 7 exceptiones in genere,non tamen deducit ad ſpeciem. Paul. de Caſtr.in l. Titię textores,numero 2.& 3.ff.de legatis primo.Caputaq. deciſione 323.in prin.par.1. & fuit dictum in dicta Romana quinquaginta millium, & 29. Maij, 1574. coram Aldobrandino, d.

numero

numero 6. & in dicta Braccharen. iuris patronatus de Petronillo, coram Sacrato. Alexand. conſ. 44. nu. 6. lib. 3. & in Abulen. pręſtimonij 30. Maij, 1588. coram Pamphilio.

8 Et ideo antequam exceptio † ad ſpeciem deducatur, nihil operatur quia exceptiones debent ſpecificè opponi. Angel. conſ. 61. num. 6. verſ. quoniam verbo, Boer. deciſ. quadrageſima tertia, nu. 8. Prob. ad Monach. in cap. vt quis duas, num. 5. de elect. in ſexto, & in ſpecie fuit dictum in dicta Romana quinquaginta millium, 29. Maij, 1574. coram Aldobrandino, d. nu. 6. & in dicta Braccharen. iuriſpatronatus de Pedronillo coram Sacrato.

9 Adde tamẽ, quod iſta deductio † ad ſpeciem, puta, quod iura non ſint in forma probanti, poteſt fieri etiam poſt ſententiam, in iudicio allegationis ad text. in l. per hanc, in principio, vbi gloſſ. in verbo, nouum capitulũ, verſ. dic ergo. Bartol. num. 4. in fine, C. de tempor. appellat. Rota, deciſ. 23. num. 2. de re indicat. in nou. & fuit dictum in dicta Braccharen. iuris patronatus de Pedronillo, coram Sacrato.

Non tamen poteſt fieri poſt rem iudicatam, cum per eam imponatur finis liti, l. 2. vbi gloſſ. in verbo, maximum, ff. de iureiurando, l. prima, vbi gloſſ. in verbo, accipit, ff. de re iudicat. cap. 1. de litis conteſtat. in 6. ac tenuit Rota in dicta Braccharenſ. iuris patronatus de Pedronillo, coram Sacrato.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, habita, vel non habita poſſeſſione, non operatur vltra duos annos, & num. 5*

2 *Et quid ſi lis ſit calumnioſa.*

3 *Cur conſueuit apponi iſta clauſula in penſionibus Hiſpaniæ non Italiæ.*

4 *Propter d. clauſ. l. ãn penſio ſoluenda eſt etiam poſſeſſione non habita.*

6 *Clauſula quod penſio cenſeatur impoſita ſuper alia Abbatia, quid operetur.*

7 *Clauſula, Et qui penſioni conſentit non poßit alteri reſignare, niſi ſub certa forma, quid operetur.*

CLAVSVLA 57.

*Habita, vel non habita.*

HÆc clauſula, Habita, † vel non habita poſſeſſione poſita in reſeruatione penſionis, ex benignitate Rotæ non operatur vltra duos, vel tres annos, vt fuit dictum in cauſa Segobricen. penſionis, 4. Maij, 1576. coram D. de Graſſ. vt in deciſ. 123. alias duodecima, de præbend. num. 3. & in cauſa Placentina penſionis, decima Maij, 1581. coram Aldobrandino, vt in deciſ. 699. nu. 2. par. 1. diuerſ. & in cauſa Tarraconen. penſionis 29. Aprilis, 1596. coram Seraph. 1

Dic verum quando lis non eſt † calumnioſa, & titularis bona fide ſuccũbit, ſecus vero quando non fuit proceſſum in lite bona fide, & titularis malicioſè ſuccumbit, tunc enim ceſſat benignitas Rotæ, & clauſula extẽditur vltra, vt fuit dictum in cauſa Tarracon. penſionis, 29. Aprilis 1596. corã Seraphino. 2

Ad hoc vt penſio † cum effectu ſoluatur, ſolet in ſupplicatione apponi iſta clauſula, habita vel non habita poſſeſſione, ſed ſignatura, circa ea, quę in Italia fiunt, delet, non habita, vt tradit Mandoſ. de Signatura Gratiæ, in d. Titulo, Penſiones, col. 12. verſ. ſi ponatur, vbi dicit, quod vltra montes tantum ſolet apponi, pręſertim in Hiſpania, propter difficultatem probandi, an poſſeſſio capta ſit, & quis ſit verus poſſeſſor, ſiue intruſus. Quamobrẽ ſtante dicta clauſula † etiam ſi beneficiatus, fructus non perceperit, ſuper quibus penſio impoſita eſt, adhuc tenetur illam ſoluere, & ita fuit reſolutũ coram Sanctæcrucio, vt atteſtatur Veral. deciſ. 364. p. 1. Sed poſtea † fuit re- 3 4 5

ſolutum in Rota, vt propter æquitatẽ iſta clauſula interpretetur, vt non extẽdatur vltra duos vel tres annos, vt fuit reſolutum coram Oradino, in vna Pẽſionis de Cordellas de Menſe Iunij, 1565. & in Placentina penſionis 9. Decembr. 1569. coram Seraphino, & in Valentia penſionis, 10. Maij, 1581. corã Aldobrandino, & in Gerunden. penſionis coram Auguſtino, quæ eſt inter impreſſas Nouiſſimas 705. parte 3. libro 3.

6 Interdum ſolet apponi clauſula, † Quòd ſi per reſignatarium ſtaret, quo minus haberet poſſeſſionem beneficij reſignati, tunc penſio cenſeatur impoſita ſuper Abbatia reſignatarij, & cum eueniſſet caſus, quod antequam ipſe reſignatarius cepiſſet poſſeſſionem beneficij reſignati, illud alteri reſignauit, & per duos annos ſoluit penſionem, ac poſtea mortuus eſt, ideo penſionarius petiit penſionem à ſucceſſore in Abbatia, & Rota decidit validè fuiſſe impoſitam, quia per ipſum ſtetit, quo minus caperet poſſeſſionem, & verba Bullæ ſunt clara; ita atteſtatur Gambar. in Tractatu de authoritate Legati, titulo de penſionibus, numero 668 ℣. trigeſimoquinto, ibi vide. Et

7 propterea ſolet apponi alia clauſula, † vt is qui penſioni conſentit, non poſſit in fauorem alterius, beneficium tali penſione grauatum, reſignare niſi prius facta intimatione ipſi penſionario, atque facta noua obligatione per reſignatarium de penſione ſoluenda; quam clauſulam ſemper in ſignatura concedi, atteſtatur Mandoſ. in d. titulo, Penſiones colum. 12 ℣. quia & hoc ex eo Mohedan. deciſ. 2. Caſſador. deciſione 4. de reſtitut. ſpoliat.

SVMMARIA.

1 *Silentium cenſetur impoſitum, etiam in poſſeſſorio.*

2 *Quando cenſeatur impoſitum liti, & cauſa.*

3 *Quid requiratur in ſilentio imponendo.*

## CLAVSVLA 58.

*Imponentes perpetuum ſilentium, &c.*

HÆc Clauſula in ſententiis apponi ſolita applicata, &c. etiam ad iudicium † poſſeſſorium, etiam quod 1 habeat petitorium poſt ſe, vt fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſ. & Cordubenſ. præſtimoniorum, decimanona Nouembris 1601. coram Lancellotto.

Silentium dicitur impoſitum † liti, 2 & cauſę quando princeps ita mandat, vel motu proprio, & ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis, latè ſcribit Iaſ. in conſilio 10. volum. 3. vbi quod per tres ſententias conformes dicitur impoſitum perpetuum ſilentium, & præſertim ſi à Principe confirmatæ fuerint. Idem per vnicam ſententiam, quæ tranſiuerint in rem iudicatam, ergo multò magis ſi Princeps ita mandauerit. Et quod per iudicem tacitè videatur impoſitum, Bal. in l. quid tamen, § ſi arbiter in 4. notab. ff. de arbitris, & vide Bal. in l. peremptorias, col. pen. in princ. ℣. quęro vtrum eius, C. ſentẽtiam reſcindi non poſſe. Aliquando etiam lite non conteſtata imponi poteſt, Bald. in §. ſi quis autem, in tit. de pace Conſtantiæ.

Semper autem † ſuper impoſitione 3 ſilentij pars ipſa citanda eſt, §. ſi quis autem, & ibi Gloſſ. in ℣. admonitus, in Auth de hæredibus, & Falc. & creditori diffamanti imponi non poteſt, niſi his moneatur ad petẽdum debitum, Gloſſ. in d. §. ſi quis autem, in d. verbo admonitus, Aretin. in §. Inſti. de exceptionibus. Cepolla in Cautela 196. & vide Felin. in c. in præſentia, de probationibus, colom. 2. ℣. in textu, ibi: à ſua moleſtatione. Et quando aduerſus ſilentium impoſitum, ſiue ipſe, ſiue

ſiue eius hæres audiri poſſit, vide Brer. deciſione 214.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Incirca, in quanto tempore verificetur.*
2 *Semper refertur ad modicum.*
3 *Si dicatur à teſte circa tempus nihil operatur.*
4 *In conceſſione quid importat.*
5 *Circa locum, quid importet.*
6 *Quando includat, & quando excludat.*

CLAVSVLA 59.

*Incirca.*

1 HÆc Clauſula † poteſt verificari in duobus annis, plus, vel minus. Corn. conſ.179. numero 4. lib.3. & fuit dictum in cauſa Veneta legitimitatis. vigeſima Aprilis, 1587. coram Pamphilio.

2 Hæc clauſula regulariter † refertur ad modicum, Anton. de Butr. in c. litteræ, de dilationibus & in cap. continebatur, & in c. finali, de diſpenſatione impub. & in c.1. de electión. Angel. in conſ.125. Riminald. ſenior, in conſilio 99. numer.46. volum.1. Geminian. in conſilio 24. num.9. ℣. nam dictio. Verùm ſi dicatur à teſte circa tem-
3 pus, † aliqui voluerunt denotare principium menſis, videlicet, de prima, vel ſecunda, aut tertia die. Addentes ad Signorolum in conſilio 132. Sed veritas eſt, quò prolata à teſte, nihil importet, Paul. de Caſtro in conſil.113. num.4. vol.1 Abb. in c. finali, in 2. notab. de deſponſation. impuberum. Alexand. in conſ.29. numero 12. volum. 7. Angel. in conſil.127. quos citat Rebuff. in conſilio 74. ℣. nam iſta dictio.

Et licet Corn. in conſ.179. num.4. vol.3. dicat, importare quartam partem, & Alexand. in conſilio 120. num. 4. volum.2. dicat, quod ſi teſtis dixerit ſunt decem anni, incirca, quod refertur ad modicam quantitatem temporis, tamen non recedens à prima ſententia, quoniam in teſte importat ambiguitatem, quę non concludit. Corn. in conſ.197. num.14 verſ. deducitur, volum.2. vbi quòd propterea teſtis concludit incertè & non probat, allegat Anton. de Butr. in d.c. finali, de deſponſatione impuber. & ad hoc vide Alexan. in conſ.149. num.17. vol.5. vbi quòd propterea teſtis non concludit. Idem ſi à confitente talis dictio dicta eſſet, quoniam non concludit, nec dicitur certa, & limitata, Alex. in conſil. 217. numero 10. vol.7. vbi Addentes alios allegant. At ſi adiiceretur à teſtibus quantitati, vel ponderi, intelligeretur de modica, Angel. in conſ.127. & vide eundem in conſil.94. numero 4. in fin. ℣. Et hoc deſignat.

In conceſſione † autem terræ modiorum centum, incirca, l. is qui, ff. de ſeruitutibus, & ff. de officio præfecti vigil. in princ. & c. conſuluit, de offic. deleg. & l.1. ff. de contrah. empt. Verùm ſi dictum fuerit cum dictione alternatiua, vel circa, non poteſt inducere, niſi vel æqualitatem, vt importet nihil, vel adeo modicum, quod nihil reputetur, Signorol. in conſil 332. Verum ſi fieret ſine dictione alternatiua, vt quia conceſſit, vel vendidit quadraginta menſuras incirca, idem importat, quod propè, Alexand. conſil.120. numero 8. volum.2. Sed hoc non procedit, quando adeſſet pactum quod menſurari debeat, & ſi minor quantitas erit, minuatur pretium: ſi maior, augeatur, quo caſu propter pactum clarum ipſa modica quantitas attendenda non eſt. Alexan. in d. conſ.120. numero 8. ℣. nec obſtat ſi diceretur, volum.2 & vide eundem Alexand. in conſil.82. in fin. ℣. & aduertatur. volum.7. vbi quod importat arbitrium iudicis. 4

Si apponatur circa locum, † importat pedes decem, l.1. §. hoc autem edi- 5

ctum,ff.de noui operis nunciatione,vbi circa ſolum aliquid fieri, aliud eſt, quàm in ſolo, quod eſt arbitrariũ arg. l.1.in fine,de iure deliberandi,& l.hæc adiectio,ff.de verb.ſign.& quæ ſcribit Innoc.in c.1.de offic. Ordinar. & quæ notantur in d.cap.continebatur, §.ſin autem, de deſponſat. impuber. & l. non tantùm,ff.de excuſat.tutor.

6 Et aliquando deſignat termini † incluſionem aliquando excluſionem. Hoſtienſ.in Summa,de reſcriptis, §.7. ℣.quæro,Tiraq.de retractu lignagier, §.1.gloſſ.11.numero 75. Sed ſi eſt poſita ad includendum, includit omnes, ſuas extremitates, Bal.in conſ.334.circa medium,℣.in contrarium,vol.1.vbi vult,quòd dato mandato ad emẽdum granum pro tanto,& non pluri, ſi poſtea ſcribatur, quòd tractet, & faciat, pro ſua vtilitate, circa granum,& pretium, clauſula, Circa, includit etiam primum mandatum.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,Inducas in poſſeſsionem,& defendas, non tribuit perpetuam iuriſdictionem.*

2 *Et quid reſpectu moleſtiæ quæ ſit ex cauſa antiqua.*

3 *Exequutoris officium quamdiu duret.*

CLAVSVLA 60.

*Inducas in poſſeſsionem, & defendas in ductum,&c.*

1 HÆc clauſula non tribuit † perpetuam iuriſdictionem, ſed ſolum donec gratia fuerit plenè exequuta, & vſque ad annum,ſecundum formam cap.quærenti, de offic. deleg.Cardin.conſ.10.n.4. vbi dicitur hanc eſſe communem concluſionem.

2 Dic tamen quod reſpectu † moleſtiæ,quæ ſit ex cauſa antiqua, quando contradicit is cui impoſitum fuerat ſilentium,ex æquitate iuriſdictio durat etiam poſt annum,vt poſt Ioan.Andr. & Calder tradit Cardin. dicto conſ. 10.num.4. ℣. dicit tamen.

Exequutoris officium † tanto tempore durat,poſtquam acceptatum eſt, quamdiu negotio ſibi ad exequendum commiſſo,paritum fuerit,quo exequuto,licet noua turbatio oriatur,is qui officio ſuo functus eſt, non ſe intromittit, ne Ordinarius effici videatur.Innoc.in cap.pro illorum,nu.3.℣. in aliis autem, de præbend. Ancharan.in conſ.92.nu.4. ad fin.etiam ſi in litteris exequutorialibus adeſſet hæc clauſula, Inducas in poſſeſsionem, & inductum defendas, quia poſtquam ſemel induxit, illius iuriſdictio exſpirat,Zabarell.conſilio 10.numero 4.℣. hic autem. 3

Declaratur, quia ſi tempus in litteris præfixum eſſet, puta, inducas poſſeſsionem,atque inductum defendas, donec cauſa proprietatis terminata fuerit, tunc officium illius eouſque durat.Zabarell.in conſ.33.num.2.in fine,& num.3.℣.ad ſecundum.

Item, ſi nulliter in poſſeſſionem induxit,puta non citato poſſeſſore, licet functus ſit officio ſuo, tamẽ alius exequutor propter clauſulam, Si non omnes, prouidere poterit, videlicet, quod poſſeſſor ſpoliatus citetur ad videndum renunciari poſſeſſioni captæ tanquam nullæ, & de facto, & poſtea coram eodem exequutore citetur ad dicendũ cauſã quare nõ debeat procedi ad exequutionem litterarũ Apoſtolicarum, & ſi nihil releuans deducetur hoc modo dabit executionem litteris Apoſtolicis,quoniam clauſula,Defendatis inductum, conſeruat iuriſdictionem exequutoris, Zabarell.in conſ.54. numero ſecundo,ad finem.

In iudice ordinario exequutore dato, tamdiu eius officium durat, quamdiu exequutio perfecta fuerit, ideo, ſi cæpta,& non completa fuiſſet,durat perpetuo,& finiri debet.Ancharan.in cõſ. 92.num.4.ad fin.

Ideo,

Ideo, ſi in vna re exequutio cœpta fuerit, ſed exequutio perfici non potuit, debet in alia re plenè perfici. Barto. in conſ. 139. Statuto ciuitatis Peruſij, parte 1. quod ſubſcriptum fuit à multis. Idem Bart. in conſ. 141. num. 1. ℣. ad hoc, par. 1. Anchar. in conſ. 412.

Exequutoris officium inceptum ante mortem concedentis, durat etiã poſt mortem, Oldr. conſil. 295. num. 4. verſ. hinc eſt. Lapus Allegatione 17. vbi quod hæc procedit, tam ſuper gratia facta, quàm facienda, Franch. in cap. ſi ſuper gratia, de officio deleg. lib. 6. Et quomodo limitetur, vide Feder. de Sen. conſ. 138. n. 3. in fine, & Frãch. in d. ca. ſi ſuper gratia, & Calderin. in conſ. 253. aliàs eſt 32. de prębend.

CLAVSVLA 61.

*Iuxta formam.*

HÆc clauſula eſt limitatiua, & reſtringit præcedentem diſpoſitionem indefinitè loquentem, vt fuit dictum in cauſa Valentina decimarum, de Grandia, decima Februarij, 1586. coram Seraphino.

Clauſula iuxta formam ſupplicationis quam ſignabit Sanctiſſimus, poſita in concordia, facit vt ſtandum ſit confirmationi, etiam quod alteretur concordia in aliquo, vt fuit dictum in cauſa Corduben. concordiæ, vigeſimanona Octobris 1601. coram Litta, & facit deciſio Zamoren. penſionis vigeſimaoctaua Maij, 1588. coram Gipſio, & deciſio in cauſa Colimbricen. penſionis 11. Febr. 1598. coram Seraphino.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, In omnibus, & per omnia qua comprehendantur.*

2 *Extendit mandatum etiam ad rem ſubrogatam.*

3 *Et operatur vt inter ſubiecta nulla ſit differentia.*

4 *Habet vim ſpecialis ſpecificationis in mandato.*

5 *Habet vim ſpecialis priuilegij, & in quibus fallit.*

6 *Importat non ſolum fictionem, ſed etiam veritatem, & quid in ſtatutis.*

CLAVSVLA 62.

*In omnibus, & per omnia.*

HÆc clauſula ob eius † vniuerſalitatem facit, vt comprehendantur ea, quæ aliàs non comprehenderẽtur, l. Baliſta, cum ibi notat. ff. ad Trebell. & in l. cum ſcimus, C. de agricol. & cenſ. libro vndecimo, Ruin. cõſilio 32. n. 5. lib. 2. & conſil. 171. n. 11. lib. 3. latè Roland. conſil. 60. n. 21. & ſeqq. lib. 1. & fuit dictum in cauſa Tiraſonen. Canonicatus, 28. Ianuarij, 1575. coram Cãtucio, vt in deciſ. 8. n. 7. par. 2. diuerſ. & facit Aym. conſ. 294. vbi latiſſimè, de verb. vniuerſalibus, & generalibus. 1

Item extendit † mandatum etiam ad rem ſubrogatam. Put. deciſione 21. in vna Segobricen. lib. 3. & fuit dictum in dicta Tiraſonen. Canonicatus, 28. Ianuarij, 1575. n. ſexto. 2

Et operatur, vt inter ſubiecta † nulla ſit differentia, ſed ſint eiuſdem naturæ, & fortiorem reddit diſpoſitionem, ac alios maximos effectus operatur, vt per Doctor. in l. prima, vbi Alexand. num. 9 Iaſ. num. 2. Ripa nu. 1. ff. de legat. 1. Dec. conſ. 61. nu. 1. in fine, & conſil. 64. colum. 2. ad fin. conſil. 199. col. 2. conſ. 325. col. 1. in fin. conſ. 403. ſub n. 15. & conſ. 405. ſub nu. 1. latè Roland. conſ. 67. n. 42. & ſeq. lib. 3. & fuit dictum in dicta cauſa Tiraſonen. Canonicatus 28. Ianuarij, 1575. coram Cantuccio, n. 5. 3

Item habet † vim ſpecialis ſpecificationis, ideo mandatum cum iſta clauſula dicitur ſpecificum, Bald. in conſ. 110. verſ. ſecunda ratio, volum. 1. Alexand. & Iaſ. in l. ſi Ruffinus, C. de teſtam. militar. Socin. iun. in conſ. 124. numero 8. volum. 1. Pariſ. in conſ. 26. num. 42. vol. 2. Riminald. iun. qui alios citat in conſ. 513. num. 43. & ſeq. 4

vol.5. & vide Roland. in conſ.60.nu. 11.& ſeq.vol.1.

5 Item, habet vim † ſpecialis priuilegij. Doct. in l.1. vbi ego etiam ſcripſi, de legatis primo. Decian. in conſ.5. num.53. volum.1. Anton. de Butr.in conſ.19.num.3.verſ.item ſecundo, natura adæquandi,& ideo omnia priuilegia tranſeunt ad perſonam adæquatam,ſed è contra,Dec.in conſ. 46.circa finem, verſ. non eſt ergo, vbi dicit Communem Bolognett.in d.l. 1. nu. 106. de legat. 1. vbi pariter dicit communem prout in Auguſta, quæ ita æquiparatur Imperatori,non è conuerſo,Socin.in cõſilio54.in principio,volum. 3. Idem ſi Nuncius æquiparetur Legato in omnibus, & per omnia, Dec.in conſ.128. per totum,& de hoc vide Modernos in tractatu de priuilegiis ad inſtar,& an venient etiam priuilegia ſuperuenientia, Ruin.in conſ. 54.nu.4. vol.3. duplicato in conſil.43. vol.5.

Sed hæc adæquatio in omnibus, & per omnia,non comprehendit ea,quę conceſſibilia nõ ſunt, Anton. de Butr. in conſ.19.num.9.& ſeq. Item non operatur quo ad inſolita,& ideo in Abbate ęquiparato Epiſcopo in omnibus, & per omnia , non veniunt ea, quæ ſunt ordinis , tamquam inſolita , Butrius in d.conſ.19.n.9.& ſeq.vbi ponit multas limitationes. Item, quia hæc adæquatio de Abbate ad Epiſcopum, reſtringitur ad habilitatem , ideo eorum quæ ſunt ordinis Abbas capax nõ eſt,ergo non veniunt,Butrius ibidem. Item non operatur vltra mentem , & ideo ſi apponatur ad commodum alicuius,puta ad honores , & exemptiones,non veniunt onera , Cephal. in conſil.186.num.52. Item non veniunt ea,quæ ſunt reſeruata Principi , Bolognett.in d.l. 1. num. 106. verſ. quæ tamen concluſio , qui dat plures limitationes,de quibus ego ſcripſi in repetitione,dicta l.1.in multis quęſtionibus.

Item hæc clauſula importat † nedum fictionem , ſed etiam veritatem, 6
in his,quæ poſſunt verè fieri : Ideo ſi Papa caſſat, vel viuificat vnionem in omnibus,& per omnia,illa dicitur verè caſſata,vel verè confirmata. Angel. in conſil.107.num.17.& ſeq.✠.quinto hoc confirmatur,& num. 19. vbi ponit multa ſimilia.Ideo,ſi ſtatutũ dicat, Filia nupta in omnibus & per omnia habeatur,prout ſi ſui iuris eſſet,illa ſtatim dicitur ſui iuris effecta. Angel.in d.conſil.107.num.20.Item ſi eſſet appoſita in legitimatione,quia tunc ſpurius legitimatus verè eſt , quo ad omnes iuris effectus,& omnes modos,atque omnes qualitates comprehendit, nullo excepto. Decian. conſil. 5.num. 53.vol.3 Item aſſumpti ciues cum hac clauſula,dicuntur veri ciues , Alex.in conſil.99.num.5. vol. 6. Angel. in l.2. §.furioſus,ff.de iure codicil. & ibi Alexand.allegat alia ſimilia. Hæc etiam ſunt vera in caſu ſtatuti negatiui, quòd quis non ſit agnatus , habeatur pro extraneo in omnibus, & per omnia: quia quo ad omnia dicitur extraneus,& ideo ſtatutum de compromittendo inter coniunctos , non habebit locum in iſto caſu.Roman.in conſilio 82.num.3. per text.in d.l.2 § furioſus, ff.de iure codicillor.ſed ne abſonus intellectus reſultet,ſemper ſe debet cõformem reddere iuri Communi , Angel. in conſil.6. prope finem , verſic. Nec obſtat,Iaſon.in d.l.1.num.22.de legat. primo.Sed hoc intelligitur in iis , quæ ſunt iuri contraria , in ceteris autem non procedit limitatio, vt ibi per Iaſonem.

SVMMARIA.

1 *Clauſula , Parte , & partibus, quando importet effectum ſuſpenſiuum , & deuolutiuum.*

2 *Et quid ſi apponatur productioni alicuius ſcripturæ.*

3 Ap-

3 Appoſita appellationis productioni quid operetur.

4 Appoſita productioni actorum, quid operetur.

5 Appoſita productioni teſtium, quid operetur.

CLAVSVLA 63.

*Parte, & partibus, &c.*

1 HÆc clauſula † appoſita in appellatione, An, & quando importet effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum in parte, & quando in totum: & An, & in qua parte iuuet appellatum, vide in Digeſtis Nouiſſimis tomo 1. appellatio Franch. in cap. ſi duobus, num. 7. & 9. Dec. num. 53. cum plurib. ſeq. de appellat. Boer. deciſ. 73. num. 4. 5. & 6. Mandoſ. in 17. Comm. verſ. parte, & partibus, Pract. Papien. in forma appel. à ſent. diffinitiua, in glo. in illis partibus.

2 Item, quid operetur, quando † apponitur productioni alicuius ſcripturæ, vel inſtrumenti, vide Doctor. in cap. cum venerabilis, & ibi Felin. nu. vigeſimoſecundo, & vigeſimotertio, de except. Pract. Pap. in forma product. inſtrumenti in glo. in illis paſſibus, & infra in verbo, productio.

3 Adde quod ſi eſt appoſita † productioni appellationis Aduerſarij, producens iuuatur dicta clauſula, vt ea quæ contra ſe faciũt, ſibi non noceãt, quoniam prædicta confiteri non cenſetur, ſecus ſi eſſet appoſita productioni appellationis propriæ, Rota deciſ. 3. de fide inſtrument. in Nouiſſ.

4 Item ſi eſt appoſita † productioni, vel reproductioni actoru quæ communia ſunt, iſta clauſula nihil releuat, Baldus in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocatis, neque nocet quo ad fidem probatoriam, Gabriel. in conſ. 49. in fin. vol. 1. Et quod iſtorum opinio procedat in quatuor caſibus, vide Felin. in d. cap. cum venerabilis, nu. 23. verſ. Horum opinio, de exceptionib. limitatur, quando illa acta continerent plura diuiſa, & ſeparata capitula, tunc enim iſta clauſula operatur, vt quę cõtraria ſunt, non noceant. Curt. iun. in conſilio 166. num. 11. Alexand. in conſ. 186. num. 7. Menoch. in conſ. 321. numero. 10.

Si eſt appoſita productioni teſtium examinatorum, aliqui voluerunt, vt ipſi in contrariis nihil probent, argum. l. non omnis, ff. ſi cer. per. l. nimis graue, C. de teſtib. Ioſeph. Ludouicus deciſ. Peruſin. 19. num. 26. & ſeq. Sed in contrarium eſt veritas, quoniam iuramentum teſtium eſt indiuiduum, adeò vt non poſſint eorum dicta pro parte acceptari, cum veritatem in tota cauſa dicere teneãtur, & quantum pro vtraque parte ſcit explicare, c. ſanè. 14. q. 5. gloſſ. in cap. quoniam frequenter, verbo non valeant, vt lite non conteſtata, Boſſius in titulo de falſis, nu. 156. Cephal. in conſilio 110. num. 26. & ſeq. Et hanc ſententiam ſequuntur etiam Bald. in d. l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. Dec. in l. final. col. final. C. de edend. Iaſ. in l. 1. §. editiones, n. 18. de edendo. 5

Si atteſtationes ſiue in eadem, ſiue in alia cauſa publicatæ fuiſſent, dicta clauſula nihil releuat, quoniam nullo modo impugnari poſſent, Crauett. de antiquitate, parte prima, ſectione quinta, num. 14. Romanus in conſilio 104. qui ita Communiter intelligitur per Doct. vt probat Ioſeph. Ludouicus in titulo de teſtib. verſ. allegant paſſim.

CLAVSVLA 64.

*Ita quod, &c.*

HÆc clauſula eſt declaratoria † mentis proferentis in præcedentibus, & ſic pręcedentium expoſitiua ad mentem proferentis, & regulat pręcedentes diſpoſitiones cap. cum. M. Ferrarienſ. de Conſtit. Socin. ſen. conſilio 49. num. 2. v. autem dicemus, 1

& num. 5. verſic. ad propoſitum. Dec. conſ. 227. n. 6. Socinus iun. conſil. 181. num. 35. lib. 2. Decian. conſ. 33. num. 94. lib. 7.

Amplia, vt non ſolum declaret præ-
2 cedentia, ſed illa etiam augeat, † amplie, & extendat, Curt. ſen. conſ. 49. nu. 40. verſ. pari modo. Socin. ſen. conſil. decimo, nu. 7. & 8. lib. 4. Pariſ. conſ. 90. nu. 26. & 27. lib. 2. Decian. conſil. 33. num. 94. verſ. Immo hęc dictio. lib. 1. & conſil. 35. n. 17. lib. 3.

De hac clauſula tractatur diffuſius inter clauſulas vltimarum voluntatum.

SVMMARIA.

1 *Libellus generalis ſufficit propter clauſulam, Ius, & iuſtitiam fieri.*

2 *Actio omnis, quæ colligitur ex narratis in libello, intentata cenſetur.*

3 *Sententia poteſt dari ſuper actione apta, quæ colligitur ex narratis.*

4 *Dominus opponens felloniam cum dolo, obtinet, ſi probet vaſſali culpam.*

5 *Clauſula, Saluo iure addendi, Item omni meliori modo. Item, Petens ius, & iuſtitiam à pari procedunt.*

6 *Dolus, & culpa in ciuilibus æquiparantur.*

7 *Culpa lata ſufficit ad priuationem feudi.*

8 *Qualitas non neceſſaria libelli, non eſt probanda.*

9 *Qualitas delicti neceſſaria in libello expreſſa, an, & quomodo probanda ſit.*

10 *Clauſula, ſuper quibus in criminalibus æquiparatur clauſulæ, Petens ius, & iuſtitiam in ciuilibus.*

11 *Concluſio vnius rei in libello ſufficit.*

12 *Sententia quando poſſit fieri ſuper petitorio, vel poſſeſſorio ſi alterutrum narratum fuerit in libello, & numero 15.*

13 *Petitorium, vel poſſeſſorium in dubio, an cenſeatur propoſitum.*

14 *Petitorium, vel poſſeſſorium, quando cenſeatur intentatum, ſi reſcriptum eſt præciſum.*

16 *Actiones contrariæ non ſuſtinentur propter clauſulam, Petens ius, & iuſtitiam.*

17 *Cauſa teſtati, & inteſtati, non poſſunt cumulari cum quacumque clauſula.*

18 *Actiones contrariæ quando ſuſtineantur in iudicio.*

19 *Actio exequutiua ex ſtatuto intentata, quando reducatur ad actionem ordinariam.*

20 *Appellatio, & ſupplicatio an ſint contraria, & an ſimul intentari poſſint, & quid ſi eſt appoſita clauſula, Petens ius, & iuſtitiam.*

## CLAVSVLA 65.

*Ius, & iuſtitiam, &c.*

HÆc clauſula operatur, quod in acceſſoriis, & conſecutiuis, ſuffi-
ciat † libellus generalis, Specul. de libelli concep. §. iam nunc videndum, 20. Gabriel. de clauſ. concluſ. 4. num. 4. & fuit dictum in cauſa Papien. mélioramentorum, 2. Iunij, 1581. coram Robuſterio, vt in deciſ. 247. num. . . . par. 1. diuerſ. 1

Item operatur, quò dominis actio
cenſeatur intentata, quæ poteſt colli- 2
gi ex narratis. Alex. conſil. 42. & conſ. 117. vol. 2. & in conſil. 61. num. 10. in fine, verſ. vnde attentata & in conſ. 192. num. 9. & conſ. 200. nu. 7. vol. 2. & in conſil. 38. vol. 3. Iaſ. in l. 1. nu. 7. ff de offic. aſſeſſor. Dec. in conſ. 221. n. 4. Felin. in c. examinata, nu. 19. de iudiciis, Anton. de Butr. in conſil. 63. per to-
tum. Ita vt ſi explicauerit † actionem 3
ineptam, & ex narratis colligi poteſt apta actio, etiam ex ea ſequi poteſt condemnatio, Iaſ. in §. omnium num. 147. & ſeq. Inſtit. de actionib. Butr. in d. conſ. 63. & propterea ſi propoſita ſit actio inepta, & ex narratis colli-

colligi poſſit actio apta, & poſtea pro-
bationes factæ fuerint ſuper actione
apta pronunciare poterit, quia inten-
tio libellantis declaratur per modum
probandi, Gemiuian. in conſil. 118.
numero 3. verſi. & hoc probat., Corn.
in conſil. 302. per totum vol. 1. Socin.
iun. in conſ. 28. numero 10. & ſeq.
vol. 2.

Ideò ſi dominus feudi proponat
4 † actionem contra vaſſallum ad feudi
amiſſionem ob feloniam dolo com-
miſſam, & probet poſtea lata culpa
commiſſam eſſe, debet obtinere, Bart.
& Doct. in l. Diuus, ff. de re iudicata,
Bal. in l. propter litem, §. 1. ff. de excu-
ſat. tutor. Ang. in d. §. omnium n. 7. &
ibi Iaſ. nu. 161. Inſtit. de actionib. Iaſ. in
l. pen. §. in eum, nu. 8. ff. Ne quis eum,
qui in ius voc. eſt vi eximat. qui Do-
ctores loquuntur de clauſula, Non ſe
aſtringens. Item, de clauſula, Saluo iu-
re addendi †. Item, de clauſula, Omni
meliori modo. Eiuſdem efficaciæ eſt
clauſula, Petens ius, & iuſtitiam mini-
ſtrari, Bald. in l. 2. C. de probat. Ale-
xand. in conſ. 121. vol. 1. Angel. de ma-
leficiis, verbo Super quibus omnibus,
Dec. in c. ex parte, nu. 13. de reſcript. &
in cap. licet cauſam, nu. 14. de prob. Et
hæc maximè procedunt, quia in ciuili-
bus, ſi quis faciat mentionem de do-
6 lo, † & probet de lata culpa, debet
obtinere, Iaſ. in l. 1. num. 33. de legat. 1.
Ex regula l. quod Nerua, ff. depoſiti, l.
magna, de verb. ſignific. Item, quia ad
pœnam priuationis feudi, dolus præci-
7 sè non requiritur, & lata culpa † ſuffi-
cit, ideo, ſi quis in libello qualitatem
8 † neceſſariam non proponat, ſatis eſt,
quod tantum probet, quantum ad cō-
demnationem ſufficiat, Cyn. in l. cum
res, C. de probat Bald. in l. Titia, in 1.
notab. ff. ſolut. matr. Felin. in c. 2. n. 30.
& ibi Dec. n. 13. in 2. limitatione, de re-
ſcriptis. Dec. in cap. licet cauſam, num.
24. limitatione 2. de probationib. Bart.
& Doct. in d. l. Diuus, ff. de re iudicata,
Paul. de Caſtr. in l. penult. §. docere, &
ibi Iaſ. n. ſeptimo, ff. ne quis eum qui in
ius vocatus eſt, vi eximat.

Ideo ſi in libello deducatur deli-
ctum † cum qualitate, ſed qualitas 9
non probetur, debet ſequi abſolutio:
ſecus eſt, ſi adiecta fuerit clauſula ſu-
per quibus peto iuſtitiam fieri, quia tūc
ſuper probatis poteſt fieri condemna-
tio, vt diffusè per Clar. in ſua practica,
queſt. 31. n. 13. verſ. ſuper quibus, qui at-
teſtatur eſſe communem opinionem,
& idem in q. 66. n. 4. in fi. Et in hoc eſt
aduertendum, quòd clauſula in crimi-
nalibus, Super quib. omnibus, &c. eſt 10
eadem cum clauſula in ciuilibus, Pe-
tens ius, & iuſtitiam fieri, ideo opera-
tur omni meliori modo. Socin. in con-
ſil. 188. prope finem, num. 9. ver. & ma-
ximè, vol. 2. Vbi quòd etiam ſi aliquid
eſſet exprimendum pro forma, ſanatur
propter hanc clauſulam, ſi virtualiter
ex narratis colligi poſſit.

Item ſi multa in libello † narrata 11
fuiſſent, & ſuper vno tantum ſpeciali-
ter concluſum fuiſſet, nihilominus hęc
clauſula operatur vt ſuper omnibus
narratis ſententia ferri poſſit, Angel.
in d. §. omnium, nu. 25. Inſtit. de actio-
nibus.

Et ideo declaratur hæc concluſio,
vt clauſula præfata, nihil operetur quo
ad non expreſſa, vt probat Menoch.
de arbitriis, q. 72. num. 15. Aret. in conſ.
17. num. 5. verſic. vnde ſicut illa clau-
ſula, Corn. in conſ. 301. num. 3. vol. 3. &
in conſ. 178. in fi. vol. 4. Crauet. in conſ.
151. num 4. Ruin in conſ. 16. nu. 9. vo-
lum. 4.

Item operatur, quod agens in poſ-
ſeſſorio † poſſit obtinere in petitorio,
ſi ex narratis poſſit elici actio ad peti- 12
torium, Corn. in cōſil. 91. in princ. vol.
4. ſic è contra ſi concluſerit in poſſeſ-
ſorio & probauerit petitorium, poteſt
ſequi condēnatio, vt d. Iaſ. in l. penē. n.

I

5.& ſeq.C.de pact.Alex. in conſ.192.
num.9.& conſ.206.n.7.vol.2. & conſ.
43.num. 2.vol. 4. Et in dubio ſemper
12 cenſeatur propoſitum vel petitorium,
13 † vel poſſeſſorium, prout vtilius eſt a-
ctori. Alexand. in conſ. 137.col.1. vo-
lum. 6. Ruin. in conſ.9. columna vlt.
volumine 5. Dec. in conſ. 187. col. 1.
Rol.in conſ.41.num.29.vol.3. Menoc.
in conſ.576. num. 3. verſ. eſt ſanè ma-
gna vis. Berengar. in repetitione, §.
nihil commune, in fine ff. de acqu.
poſſ.

Declaratur hæc concluſio, vt non
propterea debeat mutari natura cau-
ſæ commiſſæ per reſcriptum, quia ſi
in precibus nihil ſit dictum de poſ-
ſeſſione, ſed tam narratiua, quàm con-
cluſio reſpicient merum petitorum,
14 † non poterit propter virtutem dictæ
clauſulæ iudicium petitorium trahi ad
poſſeſſorium, vt reſpondet Dec.in cõ-
ſil.62.num.1.& declarat Contardus de
momẽtanea poſſeſſione, q.13.in princ.
de petitorio, n.49. in princ. & in ver-
bo, declara tamen, & ego etiam ſcripſi
de hoc in repetitione, d.§.nihil com-
mune, q.17. quia dicta clauſula nihil o-
peratur circa ea, quę narrata nõ fuerũt,
vt probatum eſt. Adde Gabriel.in ſuis
Cõmunib. concluſ.titulo de clauſulis,
cõcluſ. 4.n.9. qui alios ad hoc allegat.

Reſtringitur declaratio vt non pro-
cedat, ſi coram iudice ordinario citra
reſcriptum Principis committentis a-
geretur, quia tunc quomodocumque
15 narratiua libelli † poſſet patrocinari
agenti, ſemper poſſet tam ſuper poſſeſ-
ſorio, quam petitorio iudicari, vt ſi fi-
lia intentaſſet remedium capituli pri-
mi, ſi de feudo fuerit controuerſ. inter
domin.& agnat. Item, intentaſſet re-
medium c.reintegranda, & ſic duo re-
media, vnum commune omnib. ſpo-
liatis, alterum ſpeciale in materia feu-
dali, ſemper tam in poſſeſſorio, quàm
in petitorio ſententia ferri poterit. Vi-
de ad hoc Albertum Brunum in con-
ſil.83.per totum, vol.1.

Item declaratur, vt non procedat,
quando † remedia contraria intenta- 16
ta fuiſſent, Alex.in conſil.96.num.7.
& 110.col.2.volum.5. Pariſ. conſil.fin.
numer.12. volum.1. Ferret. in conſilio
204.n.10.vol.1. Et ideo agens ad legi-
timã ab inteſtato, iuxta formam, l.Pa-
pinianus, §.4.ff.de inoff.teſt.nõ poteſt
obtinere dotem ex teſtamento, quo-
niam narrans, & concludens ex cauſa
inteſtati, † videtur declarare, ſe nol- 17
le venire ex cauſa teſtati diuerſa, & cõ-
traria. Alex.in conſilio 121. n.6.℣.cum
ergo, vol.1.per tex.in l.fi.iũcta gl.in ℣.
capiens C.de iure codicill.vbi in ſimi-
li Bart.& alij notant, & Alex.in d.cõſ.
121.num.11. notat, quod procedit, non
obſtante dicta clauſula, Petẽs ſibi ius
& iuſtitiã miniſtrari, nam cum iſta re-
media ſint contraria, agens ab inteſta-
to non obtinebit, ſi probauerit ex te-
ſtamento: quia clauſula ad contraria
non refertur, Pariſ.conſilio 7.nu.21.&
conſil.131.nu.11.vol.1. Albert.Brun. in
tract.de Statutis, art.15.& vlt.q.1.n.4.
& ſeq. Ant. Gabriel.in d.tit.de clauſ.
concluſ.4.numero 5.℣.contrarium, v-
bi multos allegat, & vide Hondedeum
in conſilio 68.num.46.& ſeq.vol 2.

Declaratur hæc concluſio, vt non
procedat, † quando quis in libello 18
propoſuerit actiones contrarias, ſed in
progreſſu cauſæ magis probauerit in
vno, quàm in alio, vt probat Gratus in
conſ.70.num.72.& ſeq.vol.2. qui dicit
ita ſe obtinuiſſe de facto, vbi etiam ad-
dit, idem eſſe, ſi fuiſſet appoſita clau-
ſula, Omni meliori modo, idem dicit
Imola in conſilio 112.num.6.vbi quòd
vtraque clauſula ſimul poſita, videli-
cet, Omni meliori modo, & Ius, & iu-
ſtitiam miniſtrari, operatur, quòd li-
bellus conditionalis, & alternatiuus, &
ſuper cõtrariis admittatur, Alex.in d.
conſ.121.num. 12.℣.præterea, vol.1.

Item,

19 Item,ſi eſſet intentatum remediũ† exequutiuum Statuti,quod non meretur exequutionem, & petita eſſent vera in totum, vel in partem, propter virtutem dictæ clauſulæ,Petens ius,& iuſtitiam miniſtrari, & maximè ſi addita fuiſſet clauſula, Omni meliori modo,iudex, ad euitãdum circuitum, debebit iudicium exequutiuum conuertere in ordinarium, & condemnare ſuper meritis condemnandum, & abſoluere abſoluendum, ſine aliqua expenſarum refectione, Alex.in conſ. 34 num.3.vol.3. Dec. in c.ſanè,num.2. de off.deleg.& vide Borgninum Caualcan.in deciſ.35.nu.5.parte I.

Præterea,vbi eſt prohibita appella-
20 tio, † non cenſentur prohibita ſupplicatio,l.ſi quis aduerſus, ...de precibus Imper.offer.iuncta Auth.Quæ ſupplicatio. Gloſ.& Doct.in c.ex litteris, de reſtit.in integr.Spec.in tit.de ſupplicatione,& latius Imol.in conſ.145.ſi quis igitur appellauerit, cum non poterat, atque in libello appellatorio appoſuiſſet clauſulam, Ius & iuſtitiam miniſtrari, tunc cenſetur remedium de iure competens imploraſſe,ſecundum Calderin.illum Abb.& Doct.in cap.2. de ordine cognit. & per iſtam clauſulam videtur interpellare iudicem, vt poſſit impartiri officium ſuum, etiam ſi non petatur,Alex.in conſ.61. vol.2. Et vbi adeſt dicta clauſula, ſemper cẽſetur concluſum, prout in narratis, quomodocumque concipi poſſit, vt probatum eſt. Cum igitur in libello appellationis fuerit narratum grauamen, cum dicta clauſula, ergo cenſetur imploratum omne remedium, quod ſuper illo competit:& licet grauamen conueniat appellationi, non tamen ideo excluditur ſupplicatio tãquam remedium contrarium, illud enim etiã ſupplicationi conuenit,& ſtãt ſimul,quod ego narrem me appellaſſe,& grauamen,ſiue quòd verè appellauerim, & nihilominus iuuari poſſim ſupplicatione,vt notatur per Innocentiũ, Abbat. Anton.de Butr.& alios,in d.cap.ex litteris, de reſtitut. in integr. vbi fuerat appellatum, ac etiam ſupplicatum,& omiſſa appellatione,quia locum habere non poterat, proceditur per ſupplicationem, & ideo ego dicerem,quod ſupplicatio,& appellatio melius diuerſa dicenda ſunt,quam contraria, quia ſupplicatio ſurrogatur loco appellationis. d.l. ſi quis aduerſus.& d.l.I.C.de ſentent.præfect.prætor.cum concordantibus. 1

### CLAVSVLA 66.
*Iuſtitiam faciat,&c.*

HÆc clauſula reſtringit commiſſionem, vt intelligatur quatenus de iure, Creſc.deciſione prima, de reſcript. ad tradita per Iaſ.in l.iuſtitiam num. vndecimo, ff. de iuſtit. & iure. Felin.in c.primo, ſub numero 51.ṽ. & ſi dicatur,faciat iuſtitiam. de conſt. & vide in cauſa Ariminen.caſtrorum.decimaoctaua Maii, 1590. coram Seraphino.

Dic verum in commiſſionibus iuſtitiæ,ſecùs quando Papa ſcienter ſcribit contra ius: nam tunc cenſetur conceſſa remoto iuris obſtaculo. Anchar. conſ.293.numero 3. & fuit dictum in dicta Ariminen.Caſtrorum, decimaſeptima Maii,1590.coram Seraphino.

Vide pro hac clauſula Marcheſanum ſuper ſignatura iuſtitiæ.

### SVMMARIA.

1 *Derogatum quando cenſeatur per clauſulam latiſſimè extendenda, & quando fallit,num.3*

2 *Indulto Cardinalis quando per hanc clauſulam cenſeatur derogatum.*

### CLAVSVLA 67.
*Latiſſimè extenden &c.*

HÆc Clauſula, poſita in derogationibus,operatur ſolũ,vt cẽſeatur † derogatũ quibuſcumque in cõtrarium actis, cũ clauſulis fortiſſimis, 1

& derogatoriis ſequentium diſpoſitionum, non autem vt ampliet principalem diſpoſitionem, vt fuit dictum in cauſa Oriolen. Decimarum, nona Iunij 1586. coram Orano.

Et ideo ſi eſt appoſita in collatione beneficij facta per Papam, cum clauſula, Non obſtantibus conſtitutionibus, † priuilegiis, atque indultis, & 2 litteris Apoſtolicis Eccleſiæ, illiuſque Præſuli, etiam Cardinali, atque Capitulo, & Canonicis, & quibuſcumque aliis perſonis, ſub quibuſuis tenoribus, &c. etiam latiſſimè extendendis, tunc cenſeri derogatum indulto. Cardinalis deciſum fuit. Put. deciſione 190. parte 3.

3 Fallit † ſi in litteris prioribus adeſſet altera clauſula quod non poſſit reuocari, niſi de toto tenore, & data plena, ſpecifica, & indiuidua mentio, ac de verbo ad verbum, & non per clauſulas generales, quę clauſula adeò pręciſis verbis expreſſa, importat, vt non poſſit reuocari per aliam clauſulam, quæ ita concipiatur, etiam ſi expreſſa de clauſulis derogatoriis mentio facta eſſet, Rota deciſione 137. parte 1. in Nouiſſ.

Quæ pertinent ad materiam Derogationis, omnia pleniſsimè ſcripta ſunt in Digeſtis Nouiſsimis, tomo 6. tit. derogatio.

SVMMARIA.

1 *Liberè fieri dicitur, id eſt ſine conſenſu alterius.*

## CLAVSVLA 68.

*Liberum facultatem, &c.*

HÆc clauſula intelligitur ſine conſenſu alicuius Doct. in cap. quæ in Eccleſiarum, vbi Bald. numero 4. & Dec. num. 3. de Conſtit.

1 Nam illud † liberè fieri dicitur, quod abſque alterius licentia, vel cõſenſu fieri poteſt ſecundum gloſſ. in cap. cum plures, in verbo, liberè, de off. deleg. in 6. Abb. per text. in c. ſtatuimus, numero 2. de regular. Barbat. in d. c. quæ in Eccleſiarum, numero 17. & Dec. num. 3. de Conſtit.

SVMMARIA.

1 *Liberam, francam clauſula, quid operetur contra venditorem, detecto fideicommiſſo etiam nondum purificato, vel hypotheca.*

2 *Francam, dictio deſignat rem ab omni ſeruitute alienam.*

3 *Francum feudum quodnam dicatur.*

4 *Actio ex empto competit etiam emptori detecto fideicommiſſo, vt ſupra etiam ante motam litem, & caſum euictionis.*

*Liberam, francam, &c.*

QVando per venditorem fuit expreſsè narratum, & promiſſum, rem eſſe liberam, tunc non tantum † 1 agitur contra venditorem (detecto fideicommiſſo etiam nondum purificato, vel cenſu, vel hypotheca) vt libera tradatur, vel ad pretii reſtitutionem, & ad omne intereſſe, vel ad cauendũ cum idoneis fideiuſſoribus, verum etiam ſi placuerit emptori, vt venditio declaretur nulla, & contractus reſcindatur, ſiue venditor ſciuerit vitium, ſiue ignorauerit, quo pacto declaratur deciſio Oſaſc. 24. quemadmodum expendit Surd. deciſione 253. numero 15. & deciſione 295. Steph. Gratian. Rom. for. diſcept. cap. 175. & deciſione Marchiæ 13. num. 15. vſque ad num. 25. Farin. inter deciſion. ſub Rot. Rom. per eum collectas deciſione 297. nu. 7. cum ſeq. cum dictio illa † (Frãcam) 2 deſignet rem ab omni ſeruitute alienam, ſicuti feudum francum † abſolutum 3 dicitur, pro quo nullum debetur ſeruitium, vnde in eo fœminę quoque ſuccedunt. Rot. Rom. deciſione 41. parte 1. in nouiſſ. Borell. conſilio 40. numero 6. & ſeq. Franciſc. de Ponte conſ. 95. Surd. conſ. 384. numero 20. diebuſque ſuperioribus non parcè reſpondi

ſpondi cum preclariſſimis collegis pro Illuſtriſsima Principiſſa Plumbini ex Iſern. Clar. Scrad. Roſental. Balzar. Intrigliolo. Leonin. Crauetta. Vaſques, Franchin. Manent. Menoch. & alias claſsicis viris in materia feudali apprime verſatis. Poteſt quoque † ſibi ipſi
4 conſulere ſic acquirens etiam ante motam litem, & ante caſum euictionis, ſaltem actione ex empto, etiam cum retentione pretij, & interuſuriorum conueatorum, donec res liberetur. Alexand. conſ. 65. libro 5. Rim. Iun. conſ. 171. numero 60. col. 2. Peregr. conſ. 93. vol. 5. Pacian. conſ. 111. colum. 2. & Surd. conſ. 101. volum. 1. apud nos tract. Re integra quid lic. diſt. 105. nu. 6. cum ſeq.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Mandatum Papæ quando ſit obſeruandum, & an in foro conſcientiæ.*

CLAVSVLA 70.

*Mandantes ita ab omnibus obſeruari.*

1 HÆc clauſula † appoſita in diſpẽſatione operatur, vt non cenſeatur reſtricta ad forum conſcientiæ, ſed operatur etiam in foro contentioſo, vt fuit dictum in cauſa Panormitana illegitimitatis, 20. Iunii 1759. coram Bubalo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Manu regia, & ſola facti veritate inſpecta, operatur etiam in poſſeſſorio ſummariſsimo.*

2 *De antiquitate manus Regiæ, & quæ per eam expediebantur.*

3 *Manus Regia etiam hodie durat in Principibus, & delegari poteſt.*

4 *Clauſula, Manus Regia, quomodo per æquipollentem clauſulam concedatur.*

5 *Manus Regia in criminalibus quid importet.*

CLAVSVLA 71.

*Manu Regia.*

CLauſula, Manu † regia, &c. Et ſola facti veritate inſpecta, non faciunt quo minus lite pendente non detur manutentio in ſummariiſsimo poſſeſſorio, vt fuit dictum in cauſa Bonon. de Carnalibus, vndecima Ian. 1602. coram Pamphilio. 1

Olim omnes conuentiones, etiam pacta nuda à Regis manu † & poteſtate procedebant, ſiquidem antequam magiſtratus creati fuiſſent, & antequam populus à Romulo in triginta curias diuiſus eſſet, ipſe controuerſiis præerat, illaſque manu ſua decidebat, prout Reges Heroicis temporibus faciebant, vt Ariſt. ait in 3. lib. Politicorum. Idem Moyſes in populo Iudaico egerat: ſed cum Romulus populum auctum in Curias triginta diuiſerit, magiſtratus creati ius dicere inceperunt, & ita ſucceſsiuis temporibus factum eſt, ſed non ideo manus Regia exſtincta fuit, quoniam etiam hodie in Principibus † durat, Anton. de Butr. in c. qui in Eccleſiatum, num. 26. & ſeq. de Conſtitut. vbi præſupponendo ſecundum Communem opinionem Ciuiliſtarum, quod actiones ſint de iure ciuili, infert, quod Princeps per ſtatutum poſsit tollere illas, quo caſu vnuſquiſque manu regia, quòd ſua intereſt, conſequi poterit. Qua ratione, ex pacto nudo debitor, manu Regia compelli poteſt. Butr. & Felin. ibid. Alexand. in l. Quintus Mutius ff. mandat. Idem Alex. & Iaſ. in l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla, ff. de pact. Socin. in l. legitima. colum. 2. C. de pact. & eſt Commun. opinio, vt per Cagnol. in l. 2. numero 9. ff. de origin. iur. & in l. 2. num. 228. C. de pact. inter empt. & vendit. Galiaula in Rubrica, num. 17. ꝟ. 14. ſit concluſ. ff. de verb. obligat. Leon. ibid. num. 45. Niger. numero 27. Item, poteſt cauſam manu Regia committere alicui iudicãdam, quo caſu reus ex nudo pacto con- 2 3

demnatus,non appellat.Bald.in l.1. in fin.ff.de offic. Præfecti prætor. & in proœm.ff.col.2. prope finem, Abb.in rubrica de appellat.colum.3. Galiaula
4 vbi ſupra,nu.198. Item manus † Regia etiam per æquipollentem clauſulam delegari poteſt, vt ſi cauſa commiſſa fuerit ſummariè,ſimpliciter,& de plano,ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quo caſu cenſentur eſſe ſublatæ omnes ſollemnitates iuris poſitiui,Alex.conſ. 6.volum.3. ita vt poſsit decidi cauſa de iure gentium,& manu Regia, Bart.in Extrauagante, Ad reprimendum, in verbo videbitur, Roman. in conſilio 20.Iaſ.in l.certi condictio, §.finali,ff.ſi cer.pet.Corn. in conſilio 244. volum. quarto,Bald.in c.1.§.inueſtitura,col.fi. de noua forma fidelit. Bart.in l.Æmilius,ff.de minoribus. Butr.in cap.2. de iuramen.calumn. Felin. in cap. olim, col.penult.de accuſat.Alexan.in conſ. 6.col.2.vol.3. & vide ad hoc Cacher. deciſione 2.

5 Et quomodo, ac in quibus cauſis criminalibus. † Item à quo Principe, & quibus iudicibus concedatur; & quos effectus pariat hæc clauſula in criminalibus, latiſsimè ſcripſit Modernus Hortenſius Caualcanus, in tractatu de Brachio, parte 1. per totam.

CLAVSVLA 72.

*Morari communiter.*

HÆc clauſula appoſita in teſtamento vel in contractu, quid importet,vide Bart.in l.quintus,num. 3.ff. de annu.legat. & in conſilio 168 nu.1.parte 1.Soc. conſilio 72.num.14. libro 3.& infra in verbo, Communio, Socin.conſilio 4.n.11.lib.4.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Motus proprij, non extendit diſpoſitionem.*
2 *Neque operatur contra proprios filios.*
3 *Nihil operatur in præiudicium tertij,& num.8*
4 *Facit diſpoſitionem fauorabilem.*
5 *Non firmat priuilegium contra ius alterius.*
6 *Effectus clauſulæ, Motus proprij, qui ſint.*
7 *Clauſulæ, Motus proprij, & Ex certa ſcientia,parem vim habent.*
9 *Motus proprius non operatur ad poſtulationem partis.*
10 *Clauſula,Ex certa ſcientia, non operatur in præiudicium tertij.*
11 *Hæc operatur in his,quæ ſunt facti. Et quid in inueſtituris.*
12 *Clauſulæ, Motus proprij, & Ex certa ſcientia,nihil operantur in diſpenſationibus ſine cauſa.*
13 *Diſpenſationes ſine cauſa, etiam Motu proprio,non ſuſtinentur propter clauſulam,Supplentes.*
14 *Clauſula,Supplentes,quos defectus ſuppleat.*
15 *Motus proprius non inducit diſpenſationem.*
16 *Nec inducit derogationem legis, per quam ius eſt quæſitum fiſco.*
18 *L.Nec damnoſa,C.de precibus Imperat. afferend.quomodo limitetur.*
16 *L.1.C.de petitionibus ſublatis,libro 10. declaratur.*

CLAVSVLA 73.

*Motu proprio.*

HÆ clauſulę, Motu † proprio,&ex 1
certa ſcientia: de plenitudine poteſtatis, non extendunt ad diſpoſitionem ad maius propter iudicium quam ſit expreſſum, Sarnen. de iur. quæſit. q.1.numero 2.& q.4. numero 7.Alexand. conſilio 37.in ſi.lib.1.Soc. iun. conſilio 64.numero 6.& 13. lib.2. & fuit dictum in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum, 17. Augusti,1583. coram Robuſterio, vt in deciſ.551.lib 2. quotid.

Nec operatur contra † proprios fi- 2
lios de quibus non eſt facta mentio, Iaſ.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,nu.

104.

104.Pariſ.numero 117.Bolog.numero 232.℣. quod procederet, & numero ſeq. ff.de lib. & poſthum. Curt. ſen. conſ.13.numero 22. & fuit dictum in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum, 27. Auguſti,1583. coram Robuſterio.

Clauſula, Motus proprii, nihil ope-
3 ratur † in præiudicium tertii, Fel.in c. ad aures,numero 25.de reſcript. Rota deciſ.240.numero 3.p.2.in Nouiſſ.

4 Sed facit diſpoſitionem † fauorabilem, Rota d.deciſio.240.num.14.

5 Non firmat priuilegium † contra ius alterius, Rota deciſio.451.part.1.in Nouiſſ.Item ex falſa cauſa annullatur, ſed motus proprius tollit ſurreptionem ex parte impetrantis, non autem eam, quæ fit re ipſa. Rota deci.175.numero 3.& ſeq.par.1.in Nouiſſ.

6 De effectibus † huius clauſulæ, Motus proprii, vide Gabriel. in titulo de Clauſulis, concl.2. numero 61. Item quadraginta ſex effectus huius clauſulæ congerit. Rebuff. ſuper concordatis Franciæ, in titulo de forma mandati Apoſtolici, & ibi etiam ponit plurimos effectus quos iſta clauſula operari non poteſt.

Per hanc clauſulam omnes ſurreptiones ſublatæ cenſentur, vt per Canoniſtas in c.ſi motu proprio, de præbend.libro 6.Bald.in l.finali, C.de crimin.ſacrileg.Iaſ. in conſilio 184.col.3. ℣.tertio reſpondeo, vol.2. Quoniam tantam vim habet, quantam clauſula
7 Ex certa ſcientia, † vt poſt alios, quos citat, probat Crauetta in conſilio 241. num.20.℣. ad clauſulam: Et conceſſionem fauorabilem reddit, eámque extendit, & ampliat, Gozadin. in conſilio 8. numero 20. Grat. in conſilio 9.numero 178.lib.1.Roman.in conſil. 327.Curt.ſen.in coſ.66.col.6. ℣. confirmatur.

Sed hæc non procedunt in præiu-
8 dicium tertii, † vt dictum fuit. Addo Gloſſ.in cap.ſi Romanus, de præbend. Hoſtienſ.& Ancharan.in c.cauſam, in ſecundo, de teſtibus. Socin.iun.in conſil.77.numero 104.volum.1 Alciat.reſponſo 162. numero 6. Socin.ſen. in conſil.115.col.2.volum.3.qui reſpondit claré, hanc clauſulam non tollere vitium ſurreptionis in alterius detrimentum, Roland.in conſ.7. numero 110.volum.3. Ruin.in conſilio 18. nu. 12.& conſilio 226. numero 11. & conſ. 228.numero 3.vol.3.Dec.in conſ.407. Curt.[illegible] in conſil.142.n.9. Gozadin. in co[illegible] numero 18.Pariſ.conſ.11.n. 120.vol[illegible] 1.

Item [illegible] operatur † cum ad partis 9
poſtulationem Princeps. aliquid; Socin.iun.in d.cónſ.77.nu.98. volum.1. quia ſicuti per importunitatem dictam clauſulam addidiſſe cenſetur.

Imò, etiam ſi addidiſſet clauſulam,
† Ex certa ſcientia, quoniam & iſta in 10
tertij pręiudicium nihil operatur. Socin.iun.in d.conſ.77.numero 126. vol. 1.Roland.in d.conſ.7.num.103.vol. 3. Aretin.in conſilio 15.num.6. Curt.iun. in conſilio 142.numero 8.℣. non obſtat.Pariſ.conſilio 1.numero 84.& cóſilio 11. numero 121. vol.2. Grammat. deciſione 104.numero 2.Aegid.in deciſione 475.Geminian.in conſilio 104. colum.pen.& finali, vbi late hoc probat, & reſpondet, lib.6. quod ibi non tractatur de præiudicio alicuius, ideo illa clauſula cenſetur fauorabilis, & ampliatur, cum aliis ad hoc traditis per Dec.in conſilio 410.col.pen.

Item nihil operatur in his, quæ non
iuris, ſed facti ſunt, † Roland. in d. 11
conſilio 7.numero 105.volum.3.Pariſ. in conſilio 1.numero 81.volum 1.& in conſilio 4.numero 28 & conſilio 74. numero 19. volum.4. Socin.iun in d. conſilio 77.numero 126.volum.1. Crauetta in d.conſ.241.colum 9. in princ. Bald. in l.impetrata, poſt numerum 7. ℣.dicas etiam, C.ſentent. reſcindi non

poſſe. Alexand.in conſilio 120. vol.2. & in conſilio 125.volum.2. Ex quo infertur, quod viſa inueſtitura conſiſtat in facto, illam Princeps ignoraſſe cenſetur,& clauſula ex certa ſcientia, nihil operatur, pręſertim ſi nulla cauſæ cognitio adhibita fuerit, vt declarat Pariſ.in conſilio 4. numero 33. volum. 2. Zaſius in conſilio 10.num.30 vol. 2. Grammatic deciſione 66. numero 38. Roland. in d.conſilio 7. numero 106. volum.3.qui plures refert. Item, quando poſt clauſulam, motus proprij, & ex certa ſcientia, Princeps in feudalibus addidiſſet clauſulam, Feudi natura in aliquo nõ mutata, tunc hæc clauſula reſtringit, atque refertur ad omnia, vt probat Ioan.Franciſc.de Ponte in conſ.3.num.77.& 78.

Item huiuſmodi clauſulę nihil ope-
12 rantur, † ſi in diſpenſationibus appoſitæ eſſent, quę ſine cauſa factę eſſent, vt probat Oldrad. in conſilio 250. in primo dubio. Ancharan.in cõſilio 342. colum.1. Decius in conſ.606.col.2.& penultima, & decidit Cardinal. Iacobat.in tractatu de Concilio, fol.498. col.1. quod ſi Papa vtatur diſpenſatione ſine vera cauſa & iuſta in materia iuris Diuini, vel vbi ſubeſt ratio naturalis, etiam ſi vtatur plenitudine poteſtatis, peccat mortaliter, quia non poteſt vti abſoluta poteſtate ſine cauſa, Innoc.& Ioan.Andr.in cap. innotuit, de electionibus. Bal.in l.finali, columna prima C.de quadrien.pręſcription.
13 Neque † diſpenſationes poſſunt ſuſtineri propter aliam clauſulam, in illis inſertam, Supplentes omnes, & ſingulos defectus, tam iuris, quam facti, etiã de plenitudine poteſtatis, niſi quoad defectus ſurgentes de iure poſitiuo circa ſollemnitates, ſecus ſi prouenirẽt à iure Naturali, vel Diuino, quia tunc nihil operatur, cauſa non cognita. Ne-
14 que ſupplet defectus † iuris poſitiui. niſi ſpecificentur. Ioan.Andr. in Clement. Paſtoralis, de re iudic. Anton. de Butr.& Imola, in c.1.de tranſlation. & in c.illa, de election. Alex. in conſ. 79.numero 10.& ſeq.vol.2. Soc.conſ. 164.columna finali, vol 2.& propterea fuit facta Regula Cancellariæ, ſub numero 39. quæ dicit, quod clauſula generalis, ſupplentes defectus, non releuat:& ratio eſt, quoniã diſpoſitio Papæ non extenditur ad incognita, & huiuſmodi clauſulæ nihil penitus operantur in facto ignorato, Angel. in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum, in fine, ff.ſi quis cautionibus, vbi Iaſ. col.2. Rom. in conſ.327.col.pen. & eſt communis opinio, vt per Dec.in conſ.166.& 198. col.final. Item, quia in Romana Curia, in diſpenſationibus, atque aliis gratiis, ſemper derogatur iuri, ſtatutis, & conſuetudinibus, atque Regulis Cancellarię editis, ac promulgatis propter bonum publicum, ex cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiarum, & animarum. Propterea valde aduertendum eſt, ne vnico verbo (non obſtantibus) tollatur bonum publicum, & auferatur vtilitas, atque neceſſitas Eccleſiarum, atque in priuatum commodum diſpenſati conuertantur, contra iura, & rationem diuinam, atque humanam, & propterea Philippus Probus in cap.Ordinarij, de offi.ordinar.li 6. notat per illum textum, quod præſumatur contra diſpenſationem, niſi oſtendatur cauſa euidenter iuſta.

Item clauſula, motus proprij, † non 15
inducit diſpenſationem Io. Andr. in Clement.per litteras, de præbend. cũ aliis allegatis per Felin.in cap.ad aures, de reſcript.& in cap.cum inter, colum. 3.de exceptionib. Dec.in cap. ad hæc, col 2.de reſcrip.& in conſ.198.colum. 4.Neque ſupplet defectus ſubſtantiales, neque inhabilitatem remouet. Felin.in cap.2. col.19.de reſcript. Dec.in conſil.10.colom.finali, etiam ſi apponatur d.clauſula, ſupplentes, quoniam non

non operatur vltra defectus narratos. Aegid.deciſ.333.cum alijs per Dec.ind. conſ.10.

16 Item non inducit derogationem † legis,per quam ius eſt quæſitum fiſco, quia, vt concluſum eſt, nihil vnquam operatur in præiudicium tertij, niſi ſpecialiter fuerit dictum, non obſtante iure quæſito. Hæc enim Regula Cancellariæ de iure quæſito non tollendo præſeruat iura quomodolibet quæſita. Cæſar Graſſ.deciſ.1.de verborum ſignificat. Et per clauſulam,Motus proprij non ſit illi præiudicium. Put.deciſ.387.parte 1. De quo diffusè ſcriptum eſt in Digeſtis Nouiſſimis, tomo ſexto,titulo, Regula de iure quæſito non tollendo, c.3.& plur. ſequent. Et hæc multo magis procedunt, ſi quid fuerit impetratum cum clauſula, Motus proprij,ad patris poſtulationem, quoniam iſta clauſula tunc nullius effectus eſt, idem ſi verè de motu proprio proceſſerit, & dictæ regulæ derogatum non fuerit.

17 Et ideo textus in l.nec damnoſa, † C.de precibus Imperatori offerendis, quod damnoſa fiſco impetrari non debent, non poteſt limitari in caſu, quando motu proprio conceſſa fuerint.vt Peregrin.in tractatu de iure fiſci, lib.1.ti.3 num.37.in fine,& ſequen. quoniam vt limitatio intret, iſta derogatione opus eſt. Motus proprius excludit ſurreptionem, d.cap. Si motu proprio, de præbend.libro ſexto, ſed

18 non excludit † importunitatem obtinentis,hoc non dicit ille textus ad hoc allegatus, & ſuperius ſatis ſupérque probatum eſt contrarium, neque tex. ab illo allegatus in §. & hoc iubemus, in Authent.Vt nulli iudicium,loquitur de reſcripto geminato ad partis poſtulationem, imo expreſſe ibi diſponitur,vt Bart.ibi ſummat,quod vbi quid primo loco diſponitur,publicam vtilitatem, vel fiſci intereſſe concernens, ſecunda iuſſio exſpectanda eſt, ergo non eſt illud reſcriptum geminatum,quod clauſulæ, motus proprij æquipolleat.

Hæc omnia ſpecialiter † diſpoſita 19 fuere in l.1.C. de petitionibus ſublatis, lib.10. Vbi bona, quæ deferuntur in fiſcum, quilibet impetrare prohibitus eſt, quorum conceſſio ad alterius poſtulationem facta, non valet, niſi motu proprio concederentur. Ex quo ſatis clarè oſtenditur clauſulam, motus proprij, verè differre ab ea, quæ in poſtulata conceſſione ponitur,nam ſicut poſtulatio importuna præſumitur, ita & eiuſdem clauſulæ acceſſoriæ, quotquot, & quæcunque fuerint, ita ſcribo infra ſecunda parte, in titulo, Clauſulæ acceſſoriæ, vbi quod milleſima geminatio motus proprij addita poſtulationi alterius, importuna præſumitur, & primæ petitionis naturam ſequitur.

Vbi quod motu proprio conceditur,& alterius præiudicium tangit,derogatione opus eſt, prout requiritur in caſu dictæ l.nec damnoſa, vt limitatio ſupradicta vera ſit, vbi vero de nullius præiudicio agitur, vt in caſu dictæ l.primæ,C.de petit.ſublat.li.10. derogatio non eſt neceſſaria.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Natis illuſtrium exceptis,quare apponatur in facultatibus legitimandi.*

2 *Facultas legitimandi natos ex nobilibus, non comprehendit natos Illuſtrium.*

4. *Nobilium appellatione, an,& quando contineantur nati ex Illuſtribus,& numero 9*

5 *Nobilium quot ſint ſpecies.*

6 *Notario conceſſa facultas legitimandi nobiles de quibus intelligatur.*

7 *Perſonæ maiores non veniunt ſub verbis generalibus,ſi materia eſt reſtringibilis.*

8 *Derogatio iuriſpatronatus laicorum, non comprehendit Illuſtres.*

10 *Clauſulæ acceſſoriæ non augent diſpoſitionem.*

11 *Clauſula, quorum tenores, quando fingat expreſſa.*

CLAVSVLA 74.

*Natis Illuſtrium, &c.*

HÆc clauſula ſolet apponi in facultatibus legitimandi, conceſſis
1 diuerſis magnatibus, quoniam † ſoboles Illuſtrium Comitum, & Baronum magis à lege abhorrentur quam aliæ, iuxta Bartol. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, & ibi Paul. de Caſtr. numero 7. ff. ad Trebell. Anchar. in conſ. 388. num. 7. ideo maiores pœnæ imponuntur, l. ſi qua Illuſtris C. ad Orficianum.

At ſi Comiti Palatino etiam natos ex nobilibus legitimandi facultas cõceſſa eſſet, non poterit legitimare fi-
2 lios † Illuſtrium videlicet, natos Principum, Ducum, vel Marchionum, qui nobiles in ſuperiori gradu ſunt, vt firmauit Ioan. Baptiſta Lupus in tractatu de illegitimis, & natalibus reſtitutis Commento 3. §. 6. num. 6. contra Peregrinum aliter conſulentem in conſ. 20. vol. 1. & certe in opinionem Lupi inclinatum eſt, quia Doctores, quos allegat Peregrin. aliter loquuntur, allegat enim Geminian in cap. grandi, in 3. notabili. de ſupplenda negligent. prælat. libro 6. & ibidem Curſettum, Barbat. in conſ. 57. colum. 3. volum. 2. Cepollam in tractatu de Imperatore militum deligendo, in verbo Nobilitatis, Priuilegio 40. Caſſan. de gloria mundi, parte octaua, conſideratione 46. Bonum de Curtili, in tractatu de nobilitate, priuilegio 23. Tiraquell. in tractatu de Nobilitate, cap. 6. numero 51. Frec. in ſecundo libro de ſubfeudis in capitulo Doctores ſcribunt, num. 18. fol. 105. Sed iſti Doctores loquuntur, quando Imperator conceſſerit facultatem Comiti Palatino legitimandi natos quoſcumque præterquam natos nobilium, † tunc enim appel- 4
latione nobilium exceptorum continentur filij Illuſtrium Principũ, quoniam ratio prohibitionis illos complectitur, videlicet, nam huiuſmodi ſoboles magis quam aliæ abhorrentur.

Sed quando conceſſiſſet facultatem legitimandi etiam nobiles, tunc non omnis nobilium ſpecies continetur, quoniam ratio prohibitionis multo magis locum habet in grandiore nobilitate natis, quam infima. Sunt quidem nobiles † plurium ſpecie- 5
rum, nimirum, quos vulgus appellat nobiles. Baldus in conſ. 129. num. 4. vol. 2. item qui ex conſuetudine tales æſtimantur. Bald. in l. 1. C. de dignitatibus, libro 12. Barbat. in d. conſ. 57. vol. 2. cum aliis per Viuium in deciſ. 225. vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum. Item, habentes iuriſdictionem, & ex eiſdem nati, Bal. in dicto conſ. 129. num. 4. volum. 2. Item, habentes feuda antiqua, vel nobilia, de quibus diffuſè per Io. Thomam de Marin. in tractatu de generibus, & qualitat. feud. capitulo de feudo nobili, & per Hieronymum de Roſis in ſingul. reſpõſo impreſſo poſt dictam deciſionem 225. Viuij. Omnes quidem ſunt nobiles in genere, ſed nõ omnes contineri poſſunt ſub vna diſpoſitione, quia diuerſa eſt ratio.

Vnde ſi notario † ſit conceſſa fa- 6
cultas legitimandi etiam natos ex nobilibus, non veniunt nobiles ex Illuſtribus nati, vt conſuluit Paulus de Caſtro in conſ. 107. Quantum ad primum, colum. 1 volum. 2. in nobilibus maioribus, videlicet Illuſtrioribus, multo magis militat ſupradicta ratio, quoniam ſunt exoſi legibus, quod in infimis non eſt tantum, ergo materia ipſa reſtringibilis eſt, quo caſu intrat tex. in capitulo ſedes, de reſcriptis, vbi in ma-

in materia reſtringibili ſub verbis ge-
7 neralibus † non veniunt perſonę ma-
iores, & probat Anchar. in conſilio
295. Pro clariori euidentia, cum alijs
per Lambertin. ad hoc allegatis, in
tractatu de iure patronat. part.3.lib.2.
8 & in 11.art.nonę quæſtionis principalis
vbi probat quod derogatio † iuriſpa-
tronatus laicorum non includit iuriſ-
patronatus Marchionum, & Princi-
pum, qui ſpeciali nota digni ſunt, &
expreſſè quo ad eos derogandum eſt,
multa ſimilia ad hoc cumulat Barbat.
in conſ. 23. & à num.15. vſque ad 21.
volum.1

Et propterea illæ Regulæ commu-
nes à Peregrino allegatę non obſtant.
Principes quidem, Marchiones, & Du-
9 ces veniunt appellatione nobilium †,
vbi fauor attenditur, ſecus eſt, vbi ma-
teria reſtrictionē requirit, propter ra-
tionem expreſſam. Idem reſpondē-
dum eſt ad aliam regulam, quod ver-
ba ſunt in potiori ſignificato intelligē-
da, videlicet, quando materia reſtri-
ctionem non requirit, & ratio conſi-
derata non militat magis in nobilibus
Illuſtribus, quàm in inferioribus. Item
illa, quod beneficium Principis latiſſi-
mam interpretationem habet, hæc re-
gula non militat, vbi materia reſtrin-
gibilis eſt propter rationem.

10 Nec illæ clauſulæ, † quas Peregri-
nus conſiderat, potuerunt ampliare
diſpoſitionem principalem ad quam
ſunt acceſſoriæ, vt ſcribo inferius in
quarta parte in clauſulis acceſſorijs, &
clauſula, non obſtāte, nō auget gratiā,
vt ſcripſi inferius in clauſula, non ob-
ſtante, num.7. ergo non poteſt decla-
rare intentionem Principis concedē-
tis circa perſonas maiores, quæ in ma-
teria reſtringibili non veniunt. Neque
clauſula, etiam ſi talia forent, de quib.
oporteret fieri ſpecialem mentionem,
auget gratiam: quia ſi materia eſt re-
ſtringibilis, & ideo non veniunt nobi-
les illuſtres, ergo priuilegium illorum
natos comprehendere non poteſt,
quoniam hæc clauſula † in tantum 11
fingit maiora eſſe expreſſa, in quantum
de illis facta eſt mentio, Verall. deciſ.
121. par.1. Et ſcripſi inferius in clauſula,
quorum tenores. Neque doctores al-
legati à Peregrino in d. conſ. 20. nu.
14. id probant ad quod citantur, &
ideo reſtat, quod neque ex dictis clau-
ſulis, neque ex rationibus illius opinio
poteſt ſuſtineri. Quamobrem ego ſe-
quor opinionem Iohannis Baptiſtæ
Lupi, vbi ſupra.

SVMMARIA.

1 *Bonitatis adiectio in hac clauſula quid opereetur fauore ceßionarij.*

2 *Cedens nomen verum, etiam cum pre-mißione indemnitatis citra obliga-tionem manutentionis, in quo rele-uetur.*

3 *Ceßio nominis debitorum, hoc modo, che il cedente non ſia tenuto al ceßiona-rio della verità ò bugia, bontà ò cat-tiuità de detti debitori: valet.*

CLAVSVLA 75.

*Nomen debitoris verum, & bonum affir-mans.*

NIſi enim adiectæ eſſent bonitatis
notę, † ſufficeret ad eximendum 1
cedentem quod is probaret veritatem
ſui crediti, nec refert ſit exigibile, vel
inexigibile nomen debitoris ceſſum. l.
ſi nomen ff. de hæred. vel act. vend.
Caſtrenſ. conſ.170. num.2. vol.2. Becc.
conſil.105 vol.1. Alex. conſilio 24. nu.
3. vol 6 Menoch. conſ.778. Surd. deci-
ſione 326. num 41. Rot. Gen. deciſione
156. Magon ſub Rot. Flor. deciſion.39.
Vinc. Franc. deciſione 108. parte 1. Eu-
gen. conſ.73. latiſſime Gaſpar. Rode-
ric. tract. de annuis redditibus, libro 2.
quæſt.2. etiam † ſi ſit promiſſa defen- 2
ſio cum indemnitate, ſine obligatione
manutentionis adhuc cedēs tutus eſt,
ſi probet ſe verum creditorem, quam-
uis nomen debitoris ceſſum non ſit

idoneum oneri ferendo, nec ſit ſol-
uendo. Barz. deciſione Bonon.110.n.
3 1.ſicuti † ceſſio nominum debitorum, valet ſub hac formula,(che il cedente non ſia tenuto al ceſſionario, ò compratore della verità, ò bugia, bontà, ò cattiuità de detti debitori) ſcitiſſime Caball.conſ.100.

Io.Bapt.Coſtæ.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta alienans ſine conſenſu domini cum clauſula, ſaluo, &c. & clauſula, Non alias,&c.non cadit à iure ſuo,& num.4*

2 *Semper cadit quando res non poteſt de facili recuperari.*

3 *Traditio rei emphyteuticæ quando eſt captioſa, illa clauſula non operatur.*

5 *Clauſula, Non alias, nec alio modo, eſt adeo præciſa, vt non recipiat interpretationem aliquam.*

6 *Recipit declarationem à principali diſpoſitione.*

7 *Inducit conditionem.*

8 *Inducit formam.*

9 *Et reſolutiua,& facit,ac ſi nihil actum eſſet.*

10 *Non comprehendit ea,in quibus expreſſe quis ſibi præiudicat.*

11 *Eſt limitatiua voluntatis, & præſeruatiua ſui iuris.*

CLAVSVLA 76.

*Non alias, aliter, nec alio modo.*

HÆc clauſula operatur vt etiam ſequuta traditione emphyteu-
1 ta, † vel Vaſſallus alienans ſine conſenſu Domini, non cadat à iure ſuo. Bald.in cap.1.§.denique,num.5.quę ſit prima cauſa benef.amit.& in c.1.§.hoc quoque, numero 19.de ſucceſſ.feud. Felin.in ca. quæ in Eccleſiarum. num. 85.& 86. ℣. totius caſus,de conſtitut. Guid.Pap.deciſione 163. in princ. Aluar.in cap.1. in prin.ſub numero 15 ℣. verum,de prohib.feud.alienat.per Federic.Rip. in cap.cum M. Ferrarinen. numero 80.de conſtit. Gram. deciſione 49.numero 3. & 4. Clar in § feudum. quæſt.31.num.6.verſic. bene verum eſt, & in §.emphyteuſis,quæſt.13. nu 5.℣.item quæro. Bald.in Authent. ingreſſi, numero 7. ℣. idem ſi proteſtor.C.de ſacroſan.Eccleſ.Abb.in cap. inſinuante. num.6.℣. idem ſi fiat,qui Cler.vel vouen.Iaſon in l.fin. nu.142. C.de iure emphyt.& eſt communis opinio,vt per Clar.ſupra &c. & fuit dictum in cauſa Rauennaten.bonorum, 21. Iunij,1596. coram Pamphilio,Senogallien.bonorum,2.Iunii,1597. coram Orano.

Declara procedere quando res tradita de facili poteſt recuperari:† ſecus 2
ſi eſſet difficilis recuperationis, vtputa Caſtrum eſſet alienatum,& traditum, quia hoc caſu cum traditio ſit domi-
no captioſa,illa clauſula non ſuffraga- 3
tur.Bald.in cap.1 §.hoc quoque,num. 19.℣.ſed pone quod vendidit, de ſucceſſ.feud. Ripa in cap. cum M.Ferrarien.numero 80.ad fin. de conſtit.addit.ad Guid.Pap.deciſione 163.℣. non alias.Grammat.dec.49.n.4.Aluar. in loco ſupra allegato, Clar. etiam vt ſupra,& in dicta Senogallien.bonorum, coram Orano.

Contrarium, quod † ſcilicet ſequu- 4
ta traditione poſſeſſionis emphyteutæ, vel Vaſſallus alienans non excuſetur, quin cadat à iure ſuo, licet adſit hæc clauſula, tenet Iaſon in l.non ſolum §.morte,num.27.℣.iſta limitatio, ff.de noui oper.nunc.& in Rubr.ff.ſoluto matrim.in ſecunda lect.num.27. ℣.ſed caue. Dec.conſ.160.num.4. Pariſ.conſ.86.num.14.lib.quarto.Alciat. conſ.753.num.2.& ſeq.Bero.conſ.120. num.4.libro 4. & in cap. potuit, ſub numero 25. ℣. ſed in vtroque, vbi in fine dicit ſe ita conſuluiſſe, & obtinuiſſe,Gram. deciſione 49. in fi.Bald. in cap.fin.numero 23.in fin.de confeſſ. vbi dicit quod proteſtatio, per hæc

verba,in præiudicialibus nihil releuat. Pro concordia dic quod aut res tradita eſt difficilis recuperationis, & tunc nihil operatur iſta clauſula, & ſic procedit ſecunda opinio aut poteſt facile recuperari,& tunc operatur, & procedit prima opin. ita diſtinguit Felin. in cap.quæ in Eccleſiarum,numero 85.in fin. & nu.ſeq. & eſt de mente eorum, qui allegantur in declaratione primæ opinionis.

Hæc clauſula eſt adeo præciſa, vt nõ recipiat alienam interpretationem, nec aliam modificationem à verbis ſeparatam. Bald.in l.ſi quidam, num. 3. C.de except.& in ca.1.§. denique,colum.finali, quæ fuit prim.cauſ.beneſ. amit.Alexand.conſ.3. numero 4.lib.1. Socin.conſ.251.numero 4 lib 2. Iaſon conſ.86.numero 16.lib.3. Dec.conſ 61 numero 2. vide in cauſa Bononien.de Bouiis,vigeſima Februarii, 1598. coram Mellino, & in cauſa Romana domus,9.Decembr.1588. coram Seraphino.

6 Recipit tamen declarationem † à principali diſpoſitione,vt fuit dictum in Romana domus, nona Decembr. 1588. coram Seraphino, vbi quid ſi ſit adiecta tempore inſinuationis faciendæ à die nominationis in emphyteuſi intelligitur à tempore nominationis effectuatę,Roland.conſilio 61.nu.54. lib.2.

7 Hæc clauſula inducit cõditionem †. Bald.in authent.ingreſſi,num.7.℣. Item ſi proteſtor.C.de Sacroſanct.Eccleſ.Abb.in cap. inſinuante, numer.6. ℣.item ſi fiat,qui Cler. vel vouen.Iaſ. in l.fin. numero 142 C. de iure emphyt.& cõſil 162.num.5.lib.2.& conſ. 86.num..6.lib.3.Cur.ſen.conſil. 8. nu. 6.Pariſ.conſ.12.num 104.lib.2. Caputaque deciſ.82 num.3.parte 3. Caſſad. deciſione 2.nu.7.de ſimon. & fuit dictum in cauſa Bonon. tranſlationis penſionis,23.Ianuarii,1579. coram Aldobrandino,vt in dec.446.nu.5.parte 1.diuerſ.& Ilerden. Canonicatus, 17. Decembr.1593. coram Pamphilio.& in Rauennat.bonorum,21.Iunij 1596. coram eodem, & vide in cauſa Bon. de Thobaleis,13. Februarij, 1598. coram Litta.

Et inducit formam † iuxta notata 8
per Bart. in l.de his, ff. de tranſact. & tradit Dec.conſ.528.numero 11. Pariſ. conſ.19.num.25.lib.2.Nat. conſil.372. numero 5 libro 3.Boer.deciſ.243. nu. 11.circa med. & fuit dictum in cauſa Bonon.tranſlationis penſionis,num.5. parte 1.diuerſ. vbi quod ita fuerat reſolutum in Cæſarauguſtana pẽſionis, vigeſimaſexta Iunii,1566. coram Grato: & fuit etiam reſolutum in cauſa Romana domus,9.Decembr.1588.coram Seraphino.

Et ideo hæc clauſula eſt reſolutiua † & facit perinde ac ſi nihil actum 9
ſit,gloſ.in l.ſi quidem, vbi Bald.nu.3. C.de except.Alexand. conſ.3. num.4. lib.1.Socin.conſ. 251. nu.4. lib.2.Iaſon conſ.162. num.5. lib 2. & conſilio 86. num.16.lib.3.Guid.Pap.deciſione 163. numero 1.Boer.deciſione 243.num.11. Caputaque dec.82.numero 4. parte 3. Clar.§.emphyteuſis,quæſt.13. num.5. verſ.item quæro,& in §.feudum, q.31. num.6.℣.bene verum eſt, & fuit reſolutum in cauſa Bonon.de Bouiis,vigeſima Februarii, 1598. coram Millino, & vide in cauſa Bonon.de Thobaleis, 13.Februarii, 1598. coram Litta.Boer. deciſione 243.num.11.Rebuff.in ti.de pacifico poſſeſſore num.146.& in Reſponſis,cap.1.num.3.

Hæc clauſula non comprehendit † 10
ea,in quibus quis expreſsè ſibi præiudicat, ad Oldr.conſ.330. in fin. Pariſ. conſ.70.nu.12.lib.1.cum aliis alleg. in Militen. beneficij, decima Nouembr. 1586.coram Seraphino.

Hæc clauſula eſt limitatiua † vo- 11
luntatis, & præſeruatiua ſui iuris in

caſu contrario. Pariſ. conſ. 10. numero 285. lib. 4. Caputaq. dec. 82. num. 3. & deciſ. 84. n. 10. parte 3.

Hæc clauſula eſt repetita inferius inter feudales.

CLAVSVLA 77.

*Non nouas inueſtituras, &c.*

HÆc clauſula poſita in renouatione emphyteuſis intelligitur præterquam in expreſſis. Cart. ſen. conſ. 48. numero 9. Dec. conſilio 53. ſub nu. 2. circa fin. verſ. & quamuis, & colum. fin. circa an. Pedemont. deciſione 23. numero 46. & fuit dictum in cauſa Papinen. bonorum, 10. Maij, 1602. coram Pamphilio.

CLAVSVLA 78.

*Non recedendo ab antiquis inueſtituris, &c.*

CLauſula non recedendo ab antiquis inueſtituris, &c. intelligitur præterquam in expreſſis. Cart. ſen. conſilio 481. numero 9. Natt. conſilio 403. numero 1. Pedam. deciſ. 23. num. 46. & fuit dictum in cauſa Ariminen. deuolutionis, decima ſeptima, Maii, 1602. coram Pamphilio.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, non obſtantibus, tollit omnia quæ obſtant.*
2 *Et ſufficit ad tollendum omne priuilegium in corpore iuris non clauſum.*
3 *Iuncta cum clauſula motus proprij habet vim ſpecialis derogationis.*
4 *Clauſula, non obſtantibus quibuſcumque, non cenſetur derogatum ſtatuto particulari.*
5 *Poſita in inhibitionibus à quo tempore intelligatur.*
6 *Non poteſt poni ab inferiore à Principe.*
7 *Non auget gratiam, ſed declarat intentionem concedentis.*
8 *Poſita in legitimationibus non extenditur ad caſum magis odibilem.*
9 *Poſita cum mentione priuilegiorum quam vim habeat.*
10 *Non tollit vitium ſurreptionis.*
11 *Non ſufficit ad tollendum regulam habentem clauſulam derogatoriam.*
12 *Clauſula, non obſtantibus, non tollit obſtacula perſonalia.*
13 *Impedimentum proueniens ex ſtatuto, vel conſuetudine difficilius tollitur.*
14 *Non tollit regulas Cancellariæ culpa prouiſi.*
15 *Non tollit eas, de quibus quis eſt ſpecialiter prouiſus.*
16 *Nihil operatur in præiudicium tertij.*
17 *Nihil operatur, quando Princeps ignorauit iura eius in cuius præiudicium ſcribit.*
18 *Non cenſetur derogare diſpoſitioni firmatæ conſenſu partium.*
19 *Clauſula, non obſtantibus priuilegiis, de quibus intelligatur.*
20 *Nihil operatur ſine cauſæ cognitione.*
21 *An cenſeatur per eam derogatum iuramento.*
22 *Periuri non ſunt venientes contra iuramentum authoritate Papæ.*
23 *Non tollit ius quæſitum ex fundatione.*
24 *Non derogat ordinationi fundatoris.*
25 *Poſita in vltima parte reſcripti, non refertur ad præcedentia.*
26 *Non habet effectum ſi diſpoſitio eſt nulla.*

CLAVSVLA 79.

*Non obſtantibus, &c.*

HÆc clauſula † tollit omnia, quæ obſtare poſſunt diſpenſationi in qua eſt appoſita. Iaſ. conſ. 210. colum. 4. in fin. ℣. 3. moneor, libro 4. Bero cōſ. 147. n. 28. ver. & licet, li. 3. Rolan. conſ. 67. numero 62. lib. 3. 1

Et ſufficit ad tollendum † omne priuilegium in corpore iuris nō clauſum, Clem. in fine, de ſepult. Io. Andr. in cap. 2

in cap.1.numero 4. de exceſſ.prælat.in 6.Bart.in extrauag. ad reprimen.verb. non obſtan.ſub num.11 Ruin.conſilio 163.numero 17.& 18 libro 5 & fuit dictum in cauſa Romana penſionis 29. Martii,1574. coram Orano, vt in deciſione 264 libro 1.

3 Et iuncta cum † clauſula motus
proprij habet vim ſpecialis derogationis,etiam Concilij, Caſſad.deciſione 4. de præbend. Fabr. deciſione 60.libro 2.

4 Clauſula,non obſtantibus † quibuſcunque, non facit, vt cenſeatur derogatum ſtatuto particulari, Rota deciſ. 1. ſub numero 2.de præbend. in nou. Felin.in cap.nonnulli,numer3 .de reſcript.& fuit dictum in cauſa Bonon. bonorum,17. Nouembris,1585.coram Orano.

Clauſula, non obſtantibus inhibi-
5 tionibus † emanatis, non tamen exequutis, poſita in Breui, intelligatur à die dati Breuis, non autem præſentationis Breuis coram exequutore, vnde poſſeſſio capta non dicitur attentata, per Mohed.de attent.lit.pend.in pręfat.num.408.& fuit reſolutum in cauſa Carthaginenſ. portionis, 13. Iunii, 1586. coram Blanchetto, & Tuden. Parochialis, quarta Nouembris 1592. coram Pamphilio.

6 Et clauſula, non obſtantibus † tali lege, vel ſtatuto, non poteſt poni ab inferiore à Principe.Bal.in l. reſcripta, numero 6.℣. clauſula, C.de precibus Imperat.offerend.Ang.& Imo in l.nemo poteſt,de legat.1.

Non auget gratiam,ſed declarat in-
7 tentionem concedentis, † quatenus dubia ſit contra conceſſa. tex.in Clement.1.cum ibi not.de prębend.Bald. in l.eam quam,numero 36.& ſeq.C.de fideicommiſſ.Caſtrenſ.in conſ.361.nu. 10.volum.1.Ruin.conſ.93.nu.11.vol.5. Socin.iun. conſ.93. num.23. volum.5. indicat enim comprehendi in conceſſione caſum illius legis,cui derogatur, adeo vt neque ad concordiam reduci poſſit. Bald. conſ. 372. numero 2. libro 5.

Et hęc clauſula, poſita in legitima-
tionibus † non extenditur ad caſum 8
magis odibilem, puta ad ſacrilegium. Alexand. in conſilio 195. num.8. volum.7.

Clauſula,non obſtantibus,&c. cum
mentione † priuilegiorum an intelli- 9
gatur per eam iuri illius, qui illud habet,ex priuilegio derogatum? & quid in habente cauſam onerosam, vide in cauſa Valentin. decimarum de Cotalua, 10. Decembris, 1601. coram Litta.

Hæc clauſula declarat intentionem reſcribentis, & reſtringitur ad caſus expreſſos.Bald.conſil.490.numero 2. libro 1.Aym.conſ.68.num.6.

Non tamen tollit vitium † ſubre- 10
ptioni,Corn.conſilio 245.numero 14. lib.6.

Clauſula,non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtoli-
cis † non ſufficit ad tollend. regulam 11
habentem clauſulam derogatoriam, vt fuit reſolutum in cauſa Leodien. hęreditatis,28. Martii,1596.coram Aldobrandino,vt in deciſ.3. libro 1. quotidian.

Hęc clauſula non tollit † obſtacu- 12
la perſonalia, Calderin.in conſilio 24. alias eſt primum, de reſcriptis, & in conſilio 516 in fine,verſ.prædictis non obſtantibus: aliàs eſt primum, de priuilegiis, vbi quod non auget, neque cōfert plus quam gratia conferat, Hoſtienſ.in cap.ei cui,de præbend. libro 6 Ancharan.in conſilio 364. numero 2.& ſeq. Nō enim eſt veriſimile quod ſub verbis generalibus Papa velit fraudare Eccleſiam, Archidiacon.in d.c.ei cui,& ibi Franc.num.4.℣. in gloſſa 1. vbi poſt alios relatos atteſtatur eſſe communem opinionem, & ibidem

in ℣.ſed aduerte,dicit, Papã difficilius
13 tollere impedimentum † proueniens
ex ſtatuto,vel conſuetudine beneficij,
quam ſi de iure communi proueniat,
niſi gratia motu proprio facta eſſet, &
cum clauſula,non obſtante, Franch.i-
bid.numero 4.℣.ac ſi forſa,ſecus ſi re-
ſpiceret ius priuatum , vt quia infans,
vel illiteratus , & ita impedimentum
prouenitet à iure naturali , vel quaſi,
Franch.ibidem,numero 4. ver. ex cu-
ius dictis.

14 Item,non tollit regulas † Cancella-
riæ obſtantes, culpa,malitia, & negli-
gentia eius qui potuit ſeruare illatam
formam,& non ſeruauit ; ita declarat
Gomenſius in proœmio regularum
Cancellariæ,q.3.℣.& ideo,℣.ſed quia
ſuſpendunt, Menoch. in conſ.188 nu.
22.verſic.reſpondetur tertio,multa ad
hoc citat Crauetta in conſilio 572.nu-
mero 19.

Item,non tollit ea de quibus quis eſt
15 ſpecialiter † prouiſus, quoniam dero-
gando obſtantibus, non cenſetur co-
gitaſſe de ſpeciali prouiſione , Calde-
rin.in d.conſ.1.de priuilegiis , numero
2,ver.ad tertium. Roman.in conſ.393.
numero 13.& ſeq. ver.tertio principa-
16 liter. & in tertij præiudicium † nihil
operatur, præſertim ſi de magno aga-
tur. Anton. Gabriel in tit. de clauſu-
lis concluſ.7.numero 22.& 24.Meno-
ch.in conſilio 36.numero 59.& 61.poſt
Crauettam in conſ.241.col.8.verſic.4.
reſpondeo, clauſulam hanc, non ob-
17 ſtante , nihil operari, † quando Prin-
ceps ignorauit iura eius,aduerſus quã
facta eſt conceſſio cum huiuſmodi
clauſula, & ideo limitant , ſecus eſſe,
quando adhibita fuit cauſæ cognitio,
Dec.in conſ.441. & in conſilio 695.
col.fin.verſ. non obſtat illa,Gabriel.in
dicto titulo de clauſulis,concluſ.5.nu-
mero 20.

18 Et ideo non cenſetur † voluiſſe de-
rogare diſpoſitioni firmatę conſenſu
partium , Crau. in d. conſilio 241.col.
9.ver.5. reſpondeo,etiamſi hanc clau-
ſulam addidiſſet motui proprio , So-
cin. in conſilio 77. numero 105.vol.1.
Menoch. in conſilio 36. numero 61.
quia Princeps ex multiplicatis clauſu-
lis non præſumitur alterius ius velle
lædere.

Quamobrem , quando dictum eſ-
ſet: non obſtantibus † priuilegiis, in- 19
telligendum eſt,de friuolis, & inuali-
dis, Alex.in conſilio 3.numero 4. & in
conſilio 23.num.11.vol.5.Dec.in conſ.
33.colum.fin. & conſ.580. ad finem,
Ioan. de Silua in tractatu de benefi-
cio,in 3.parte quæſt. 13. Iaſ. in conſilio
233.col.3.verſ. non obſtat quod in illo
ſecundo,volum.2.Et quando non fuit
adhibita cauſæ cognitio, † clauſula, 20
non obſtantibus priuilegiis,nihil ope-
ratur.Dec.in conſilio 441.numero 25.
& in conſilio 695.col.finali, verſ. non
obſtat illa clauſula: Quæ enim abſque
cauſæ cognitione facta ſunt, facta dici
non poſſunt , de ipſius Principis vo-
luntate,qui non pręſumitur fidem vo-
luiſſe fallere , & promiſſa per priuile-
gium , quod tranſiuit in contractum
non obſeruare, ſecus eſſet, ſi Princeps
cum clauſula,non obſtante iure alteri
quæſito , vellet præiudicare ſubdito,
quoniam tunc effectum habebit,Ale-
xand.in conſil.2.in fine,vol.1.

Licet multi teneant per huiuſmo-
di † clauſulam ſufficienter fuiſſe dero- 21
gatum omnibus ſtatutis , & conſuetu-
dinibus,etiam iuratis, etiam à Sede A-
poſtolica confirmatis, atque ſatisfactũ
eſſe capitulo 1. de conſtit.lib.6.vbi tex.
requirit ſpecialem derogationem fieri
oportere pro derogatione inducenda,
ad tradita per Ferrett.in conſ.109.nu.
6.& ſeq.vol.1.& per Zabarell.in conſ.
25.ad finem,vbi quod hæc clauſula tol-
lit iuramentum , & pœnam , & quid-
quid fiat in contrarium , prout dicit
eſſe caſum in c.cum aliquibus , de re-
ſcrip-

ſcrip.lib.6.cum gloſſa ibi,ſuper verbo firmitate alia.

Nihilominus contraria opinio eſt verior, quam firmat Roman.in conſ. 393.num.13. ℣. ſecundo reſpondetur, vbi Apoſtillator plurimos allegat, & probat hanc eſſe communem opinionem,Cur.iun.in conſ.98.nu.7.atteſtatur etiam de Communi. Ad hoc eſt glo. notab.in c. cum non deceat, de priuileg.lib.6.item gloſſa inClem.Dudum,de ſepultur.vbi clauſula,non obſtantibus pactis,& capitulis,non extẽditur ad iurata. multa ad hoc allegat Pariſ. in tractatu de reintegration. feud.c.137. incipit: Reſtitutio in integrum,an trahatur, & in cap.290.num. 6.incipit licentia Regis. Staphileus de litteris gratiæ,in titulo De vi, & effectu clauſularum, §. verba contrarijs quibuſcunque,quid operentur, vbi n. 4.& ſeq. oſtendit Rotam Romanam ita pluries iudicaſſe,& ad text.in d.cap. cum aliquibus, notat,ibi expreſſam de de iuramento & confirmatione Apoſtolica fieri mentionem,ex quo notatur,quod cum de huiuſmodi ſpecialis mentio fiat,clauſula,& derogatio locũ habet, Geminian.in conſ. 65. & conſ. 83.col.1.Bal.in cap. omnes,col.penult. de conſtitution.dicit, quod ſi in litteris Papę fiat mentio iuramenti,Cano-
22 nici venientes contra † iuramentum, non ſunt periuri, quia non faciunt propria authoritate,& etiam Princeps poteſt facere gratiam iuriſiurandi,l.finali, in princip.ff.ad municipal.prout lex mortua facere poteſt, vt not.in l. adigere,§.finali, ff.de iure patronat.& probat Ferrett.in conſ.75. num. 1. & 2.volum.1.vbi multa ad hoc allegat,etiam in Rota Romana fuiſſe ita iudicatum.

23 Item,non tollit † ius quæſitum laico ex fundatione,vel dotatione, etiam ſi eſſet addita cum clauſula, Motu proprio, niſi ſpecialis mentio de eo facta fuerit,Ancharan.in conſ.20.n.5.&ſeq. Franch.in cap.ei cui, nu.5.℣.ſecundo limita, de præbend.lib.6.Et ideo non derogat † ordinationi fundatoris in 24
ſuo teſtamento, quia ſicut Papa in præſentatione patronis præiudicium facere non vult,ita nec in tollendo ordinationem, vel vltimam eorum voluntatem, vide Staphil.in d.titulo de vi & effectu clauſularum,§.de clauſulis non obſtantiarum, num.1. & ſequent.

Et aduertite, quia ſi hæc † clauſula 25
generalis non obſtantiarum eſt poſita in vltima parte Reſcripti, ſiue Bullæ, non refertur ad præcedentia, quæ ſint contraria iuri communi,Corn.in conſ. 119.num.16.vol.2.Iaſ.in l.talis ſcriptura, num.39.de legatis primo.Cur.iun. in conſil.7.nu.12.Crauetta,in conſ.70. nu.3.& in conſ.296.col.3. verſ. quarto niſi.

Demum aduertite, quod ſi diſpoſitio ſuper qua d.clauſula appoſita eſt, † nulla exiſteret, etiam iſta clauſula 29
nullius effectus eſt, Angel.in conſ.30. nu.32.verſ.Nec etiam obſtat, quia derogatio numquam ſupplet defectum narratorum, Dec.in conſ.141.in fine, Pariſ.in conſil.79.nu.25.vol.4.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Non ſe aſtringens, operatur potius in probatis, quam in petitis.*

2 *An ſit ſolita apponi de ſtylo, & ideo non valeat.*

3 *Actor ſuccumbit, niſi probauerit expreſſa,& quando fallat.*

4 *Tempore expreſſo in libello criminali, & non probato, an poſſit obtineri.*

5 *Et quid ſi fuerit probatum minus tempus,quam expreſſum.*

6 *Actor an, & quando poſſit obtinere ſi plura deduxit, & pauca probauit.*

7 *Clauſula, Non ſe aſtringens, quid ope-*

*retur reſpectu loci.*

8 *Huic clauſulæ quæ altera æquipolleat, & an tacita.*

9 *Non operatur circa ſingularitatem teſtium.*

## CLAVSVLA 80.
### *Non ſe aſtringens.*

1 HÆc clauſula operatur, quod potius probata, † quam petita ſunt attendenda, Bart. in l. circa, numero 3. ff. de probat. & in l. Dinus, numero 6. vbi add. ff. de re iudic. Fel. in cap. licet cauſam, numero 42. in fine, de probat. latè pract. Papienſ. in for. libell. in act. real. in gloſſ. Non aſtringens, vbi add. & fuit dictum in cauſa Tricaricenſ. territorii, 26. Iunii, 1591. coram Pamphilio.

Licet Bald. in l. non ideo, C. de li-
2 berali † cauſa, dicat clauſulam iſtam nullius eſſe momenti, eámque fore penitus inutilem, & de ſtylo apponi ſolitam: tamen apud omnes communiter obtinuit, vt circa probationes magni ponderis exiſtat: ideo ſi quis in
3 iudicio aliquid non releuans, † probandi onus ſuſceperit, aliàs ſuccumbet, ſi illam clauſulam per prius addiderit, reuelabitur à ſuperflua probatione, Paul. de Caſtr. in conſilio 26. in princ. vol. 1. Alex. in conſilio 121. numero 4. verſ. & hoc etiam, & numero 12. verſ. nec obſtabit, volum 1. ideo ſi in libello criminali deducatur qualitas non neceſſaria, prout eſt tem-
4 pus, † quando non eſt de ſubſtantia delicti, licet narrans probare teneatur, tamen ſecùs eſt ſi huiuſmodi clauſula appoſita fuerit. Clarus in practica criminali, quæſt. 12. numero 14. ℣. ſed quid ſi accuſator. Propterea, ſi in libel-
5 lo fuiſſet allegatum tempus † quattuor annorum, & probatum fuerit tempus trium annorum tantum, propter dictam clauſulam probatio releuat, Ioan. de Imola in conſilio 102. in
6 princ. Quare ſi quis in libello † plura deducat, quorum alterum ad victoriam ſufficiat, propter dictam clauſulam non omnia probari neceſſe eſt, ad tradita per Bart. & Doct. in l. Dinus, ff. de re iudicata, & per Felin. plenè poſt alios Canoniſtas, in c. licet, cartha penult. & finali, in ℣. in gloſſa aſtrinxit, de probationibus. Ideo ſi diuerſus locus † probetur ab expreſſo, releuat. I- 7
mola in d. conſilio 102. numero 1. verſ. ſecundo opponitur. Item, ſi reſtitutio in integrum ex vna cauſa expreſſa petita non competit, concedi poteſt ex alia probata, ex qua competit, Alexan. in conſilio 42. num. 14. verſ. nec obſtat, volum 3.

Huic clauſulæ æquipollet altera, † 8
videlicet: Ius, & Iuſtitiam miniſtrari, Albert. Brun. in conſilio 83. nu. 4. vol. 1. Et ideo Ioan. de Imola, in d. conſilio 102. numero 2. in fine, verſ. nec obſtat, dicit hanc clauſulam operari, ſiue expreſſa, ſiue tacita fuerit: Nam ſi eſſet appoſita in poſitionibus, & iſtæ poſitiones verterentur in articulos, illa etiam verſa cenſetur, & idem operatur.

Fallit reſpectu † ſingularitatis te- 9
ſtium, nam hęc clauſula nullo modo iuuat, Franciſc. de Ponte, in conſil. 63. numero 5. & plur. ſeq. vbi vide.

## CLAVSVLA 81.
### *Nos tibi aſſerenti.*

CLauſula, Nos tibi aſſerenti reſignati aliundè commodè ſuſtentari poſſe, an reddat gratiam conditionalem, & an ſit iuſtificanda, vide in cauſa Lucana Magiſcolatus, 7. Iunii, & 1. Iulij, 1585. 13. Octobr. 1576. & 19. Ianuarij, 1587. coram Orano.

### SVMMARIA.

1 *Stipulationis Notarij effectum qualis, & quantum.*

2 *Stipulatio priuati: quomodo differat, à ſtipulatione Notarij.*

3 *Declaratio animi quandocumque fieri poteſt.*

4 Acce-

4 *Acceptatio donationis quando neceſſaria.*

5 *Donatio cauſa mortis facta per filiumfam. quando conſiſtat.*

CLAVSVLA 82.

*Notario ſtipulanti nomine quorum intereſt intereſſe poterit.*

DE vi, & virtute huius ſtipulationis agit Bart. in l. 2. ff. rem pupil. ſal. for. Pariſ. conſil. 82. num. 2. libro 1. quos citat Stephan. Gratian. Rom. diſcept. forenſ. cap. 49. numero 17. Adiungimus Galliam conſilio 36. numero 6. & 7. Capyc. deciſione 73. Oſaſch. deciſione 33. Theſaur. deciſ. 30. atque inſigniter Barz. deciſio. Bonon. 26. Ità
1 vt etiam abſque ceſſione † ante acceptationem cenſeatur ius quo ad vtilem actionem citra dominij acquiſitionem quæſitum abſenti, ſed reuocabiliter ex parte ipſius abſentis, irreuocabiliter ex parte promiſſoris, vel donantis; Magon. ſub Rot. Flor. deciſio. 39. numero 14. cum ſeq. ac deciſione 57. num. 1. Turret. conſilio 60. volum. 2. Fachin. libro 8. controu. iur. cap. 91. luculentiſſime Scot. Reſponſo 5. lib. 5. tom. pri. quando namque notarius ſtipulatur eſt lex, quæ illius miniſterio acquirit abſenti, Bald. in l. 1. in fin. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. iur. quicquid in oppoſitum ſcribit Pereg. de fideicom. art. 51. numero 14. Imo nec ratificatione opus eſſe in ſtipulatione facta per priuatam perſonam: ex permiſſione ſtatuti, vt Ticini viget hæc lex municipalis ſtatuto 65. in ciuilibus in ſpecie ſcribit Alb. conſilio 480. numero 11.
2 cum ſeq. cum alioqui foret † permagna differentia inter ſtipulationem priuati, & ſtipulationem notarij, Peregr. d. loco numero 14. cum duobus ſeq. ſed idem Alb. conſil. in 800. defendit oppoſitum in indiuiduo ſtatuti noſtri, vt ſit opus ratificatione, & ſpeciali acceptatione pro abſente etiam puero, & facit conſilio Alex. 207. numero 2. cum ſeq. volum. 7. ac Guttierez. conſilio 41. vbi extendit etiam ad donationem factam piæ cauſę non obſtante conſtituto, nec iuramento.

Hæc autem plurimum conferunt ad donationem factam alicui, vt poſt mortem illius deuoluantur bona ad Caium, nam notario ſtipulante aliam acceptationem formalem neceſſariam non eſſe poſt obitum primi donatarij crediderim, ſed ſufficit quæcumque ſimplex declaratio animi † quæ fieri 3
poteſt quandocumque per ſecũdum donatarium, acceptatione primi in omnium commoda, & gratiam influẽte quæ ſit legitima ad pręſcriptum ſtatutarium, Surd. deciſione 111. col. 2. & deciſione 206. num. 10. optime Stephan. Gratian. Rom. deciſione Marchiæ 39. num. 8. vſque ad fin. vnde ſic intelligerem locum Nou. Cõſt. Med. de donat. requirentium in actu † ac- 4
ceptationis donationis formalitatem iuramentorum, ne procedant in caſibus, in quibus lex non requirit acceptationem formalem, vt in caſu l quoties C. de donat. quæ ſub mod. de cuius, l. argumento. Didac. lib. 1. var. reſolut. cap. 14. & diximus tract. re integra diſtinct. 79. cum Nouiſſimè adductis per ſolertiſſimum I. C. Bardellon. conſil. 69. & Fachin. lib. 8. contr. iur. capite 88.

Similiter † acceptatio Notarij pro 5
illo, vel illis quorum intereſt: ſuſtinet donationem cauſa mortis factam abſenti in teſtamento cœci, vel filij familias: alioqui nihil valet etiam patre cõſentiente filij teſtamento: ita vt nec reſoluatur in vim legati, & fideicommiſsi non obſtante clauſula codicillari, aut clauſula (omni meliori modo) aut iuramento: ſecus in teſtamentis conditis, à perſonis teſtabilibus: quo caſu donatio cauſa mortis facta abſenti ſine ſtipulatione Notarij reſoluitur in vim legati, aut fideicommiſsi, Rol. à

Valle.conſ.82.num.26.27.& 28. vol.1. Aſcan.clement tract. de pat.pot. effectu.10.ſcholiaſtes ad Theſaur.deciſione pedem 150. Steph. Gratian. Rom. diſcept.Forenſ.capite 79. Ill.Senator. Manent. conſil.64.præclare, D.Theſ. Iun.quæſt.37 lib.2.quæſt.forenſ.

Quæ quidem difficultates ceſſarent in illis partibus,ſeu locis,in quibus de ſtylo Notariorum inſtrumenta vltimarum voluntatum habent inſertam ſtipulationem Notarij nomine, quorum intereſt, atque intererit: veluti in Patria mea inclyta vigere huiuſmodi ſtylum indicat libellus, quem formulanum appellitant.

*Io.Bapt.Coſta.*

## CLAVSVLA 83.

*Nullo iuris ordine ſeruato.*

HÆc clauſula poſita in facultate alicuius Iudicis circa modum procedendi, tollit repetitionem teſtium. Rot.deciſione 12.num.4. parte 1 diuerſ.

## CLAVSVLA 84.

*Nunc,& pro tempore.*

que tollit ſubreptionem quando agitur de præiudicio tertii, Crauett. in conſilio 296. ver. ſecundo reſpondeo, Ferret. in conſilio 32. numero 46. & ſeq. volumin. primo. Neque tollit defectum intentionis, qui cauſatur per
10 obreptionem. Neque † operatur in iis, quæ conſiſtunt in facto ignorato. Ferret. in conſilio 34. numero 2. & ſeq. volum. 1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, æquipollet clauſulæ, Et quibus dederis.*

2 *Et operatur, vt emphyteuſis tranſeat ad extraneos.*

3 *Item operatur, vt feudum, vel emphyteuſis veniat in reſtitutione fideicommiſſi.*

CLAVSVLA 102.

*Pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque.*

1 HÆc clauſula æquipollet † clauſulæ, Et quibus dederis. Bal. in l. prima, queſt. 34. aliàs 35. C. de rer. diuiſ. Pariſ. conſil. 3. numero 12. lib. 1. Ripa, in l. quæſitum § ſi quis, num. 5. ℣. contrariam, ff. de priuil. cred. & fuit dictum in cauſa Romana bonorum de Lilio, 7. Februarij, 1582. coram Seraphino.

Et ideo operatur, vt feudum, vel emphyteuſis tranſeat ad hæredes extraneos, & ſucceſſores ſingulares, & ad quos aliàs de ſui natura non potuiſſent tranſire. Bald. in l. 1. queſt. 34. ſeu 35. C. de rerum diui. Rip. in dicta l. ſi quis, numero 5. ℣. contrarium, Pariſ. conſil. 3. num. vndecimo, libro 1 Curt. iun. conſilio quatto. num. 4. Roland. conſilio 34. num. 64. & ſeqq. libro 1. & fuit dictum in cauſa Ciuitatis Caſtelli Caſtrimonte, decima Maij, 1577. coram Seraphino, & in cauſa Romana bonorum de Lilio, ſeptima Febr. 1582. coram eodem.

Item operatur, vt feudum, & emphyteuſis † veniant in reſtitutione fideicommiſſi. Iaſ. in prælud. feud. num. 19. Roland. conſil. 96. numero 37. libro primo. 3

Per hanc clauſulam cenſetur data facultas alienandi irrequiſito domino, Pariſ. conſil. 3. num. 13. libro 1. Roland. conſilio 54. num. 34. lib. 3.

Eſt repetita inter feudales in ſecunda parte.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Promittens habere ratum, an importet mandatum cum libera.*

2 *Reſtringitur circa contenta in mandato, & non extenditur.*

3 *Et quid ſi ſit dictum, quidquid legitimè geſtum fuerit.*

4 *Procurator cum mandato captioſo repelli poteſt.*

5 *Confirmat contractum ad placitum.*

6 *Importat renunciationem læſionis.*

7 *Tollit præſcriptionem.*

8 *Non operatur in contractu cum errore facto.*

CLAVSVLA 103.

*Promittens habere ratum.*

CLauſula, promittens † habere ratum & gratum, quicquid procurator meus geſſerit, &c. importat mãdatum cum libera, & ſic operatur, vt ſit ſufficiens in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, Bart. in l. procurator, cui generalis, numero 4. vbi Angel. dum ſe remittit ad locum infra citandum ff. mand. Bartol. in l. ſi procurator, n. 5. vbi Ang. nu. 2. C. eod. Idem Angel. in l. ſi procuratorem nu. 4. ℣. ſed tu dicas, ff. eod. Rom. in l. qui bona fide, § ſi alieno, num. vndecimo, ff. de damn. infec. vbi allegat quaſdam gloſſ. canonicas, prout facit etiam Angelus. 1

Contrarium tenet Bart. in l. prima, num. 6. & in repet. num. 9. & Alber. nu. 12. ff. de offic. procurator. Bald. in l. ſi procurator, numero 4. Caſtr. numero 4. Cin. numero 3. Alexand. numero 4. ℣.

4. verſ. ſed communiter, Iaſ. numero vndecimo, verſic. tene in hoc contrarium, Iaſ. in l. tranſactionis, numero 8. ver. ſed falſum, C. de tranſact. Felin. in cap. ſolitæ, colum. 4. verſ. in fine, ver. & infert, de maiorit. & obed. Et ratio eſt per Doct. quia dominus tenetur habere ratum, & eſt ſolita apponi, & non appoſita, tacitè ineſt, & ſic eius expreſſio non ampliat mandatum.

Limita, niſi etiam adeſſet clauſula, Ac ſi ipſe dominus geſſiſſet; vel ſi ita concepta eſſet tota clauſula, Promittens habere ratum iudicium, per ſuum procuratorem actum, & omne aliud, quod geſſiſſet ipſe procurator, ſecundum Fulgoſ. in l. ſi procuratorem, numero 3. ℣. quod ita puto, ff. de procurat.

Hæc clauſula promittens habere
2 ratum, & firmum † quidquid, &c. poſita in mandato, reſtringitur circa contenta in mandato, nec vltra illa extenditur. Alber. in l. 1. numero duodecimo, ff. de offic. procurat. & in Veneta bonorum, ſeu pecuniaria, tertiadecima Nouembr. milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, coram Pamphilio, Bald. in l. ſi procurator, num. 4. Salic. num. 2. verſic. nec ſi dominus, C. de procuratoribus.

Clauſula, Promittens habere ratum quicquid legitimè geſtum fuerit, † poſita in mandato, operatur vt
3 mandatum non dicatur ſufficiens, Doctor. in cap. expoſuit, vbi Collectan. num. 5. aliàs 6. Anchar. numero vndecimo. Abb. nu. 13. ℣. ego puto, de dilation. Specul. tit. de procurat. §. ratione autem formæ, colum. prima, in fin. numero 4. gloſ. in cap. relato, verb. canonicè, verſic. certè, ſi talis, 21. q. 1. Butr. in l. quæ omnia, §. planè, nu. 3. vbi add. Caſtr. num. 5. ff. eod. Bald. in l. in cauſæ, in princip. in prima lectura. Iaſ. numero duodecimo, C. de procurat. Felin. in capit. olim, el primo, num. decimo, de reſcript. Romanus conſilio 66. nu. 2. vbi add. & Sign. 136. vbi add. Alexand. in l. qui bona fide, num. 24. ff. de damno infecto.

Contrarium tenet Hoſtien. in dicto c. expoſuit, §. ſed cum poſtmodum, ad fin. & Bellam. num. 3. & 4. de dilat. & Specul. in loco allegato, refert Clementem Quartum fuiſſe iſtius opinionis. Butr. in d. cap. expoſuit, numer. 25. v. puto.

Dic, quod procurator cum tali mandato vti captioſo, poteſt repelli, † ſed 4
ſi fuit admiſſus de facto, acta cum tali procuratore tenent. Bal. in dicto c. expoſuit, ℣. ſed quis eſt ſenſus, etiā Abb. n. 13. ℣. ego puto, de dilat. Felin. in c. cum olim, n. 10. ℣. intellige, de reſcrip. add. ad Rom. Sign. 136.

Hęc clauſula alterat primum † con- 5
tractum ad placitum, qui efficitur ex neceſſitate obligatorius, ita vt nullo tempore in perpetuum neque nullo modo poſſit contraueniri, Oldrad. in conſilio 243. prope finem. Ideo importat renunciationem læſionis, atque remedii legis ſecundæ. C. de reſcind. vendit. Paul. de Caſtro in cōſilio 387. in fine, volum. 2. Item tollit † præſcri- 7
ptionem, Socin. in conſil. 86. col. finali, verſic. ſecundo probatur, volum. primo. Stephanus Aufrer. in additionibus ad Cappellam Toleſanam in quæſt. 220.

Declaratur, vt non procedat † quā- 8
do in contractu eſt error, quia tunc non confirmat contractum, Caſtrenſ. in conſilio 225. nu. 3. ℣. ex iis patet, volum. 2.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Promittens non contrauenire, comprehendit omnem modum.*

2 *Clauſula, Promiſit omnia in inſtrumento obſeruare, importat donationem inter viuos.*

CLAVSVLA 104.

*Promittens non contrauenire.*

1 HÆc clauſula, Promittens, † &c. ex quauis cauſa, & quouis modo, comprehẽdit omnem modum, etiam per quem indirectè contractui non ſtatur, gloſſ. in capit. vt inquiſitionis, §. prohibemus, in verb. quoquomodo, de hęret. in 6. Gemin. conſilio 29. numero 3. Rebuff. ſuper concord. in form. mand. Apoſtol. in verbo, aliam quamcunque, in fine primæ fallentiæ, & fuit dictum in cauſa Romana reſciſsionis concordię, duodecima Ianuarii, 1579. coram Aldobrandino, vt in deciſione 233. libro 1. Quotidianarum.

2 Item vbi poſita eſt clauſula, † Promiſit omnia & ſingula contenta in inſtrumento obſeruare, & non reuocare, hæc clauſula importat donationem inter viuos, ita vt ſit irreuocabilis. Bartol. in l. fin. C. de pact. Gozad. conſilio 87. num. 9. Ferrat. Cautela 3. Roland. conſilio 8. num. 28. & 37. vol. 1. Cacheran. deciſione 100. num. 10. Clarus in §. donatio, quęſt. quarta, ℣. ſed pone quod aliquis. Socin. iun. in conſil. 89. num. 29. in fine, libro 3. & de Communi, Burſat. conſil. 104. num. 21. libro 3. & de vi huius clauſulæ vide Molin. de primogeniis, libro 4. cap. 2. num. 79. & vide Mar. Salon. de pace, in conſilio 26. num. 21.

CLAVSVLA 105.

*Pro omnibus, quorum intereſt.*

HÆc clauſula intelligitur de principalibus, non autem aliis, quorum ſecundariò intereſt, ſecundum Bald. per illum textum in l. non ſolum, §. quæritur, in ſecundo notab. ff. de procurat.

SVMMARIA.

1 *Rata præſefert idem, quod important verba, pro concurrenti quantitate.*

CLAVSVLA 106.

*Pro rata, ſeu concurrenti quantitate.*

LAtiſſimus eſt hic campus, quem excurrere non teduit tractatu noſtro; de portione rata, iam vero coronidem deferre ſtatuimus, ſi dixerimus: Illis verbis, de quibus in l. ſi conſtat. C. de compenſat. edoceri, quod in obligationibus quantitatum hinc inde compenſatio datur † pro quantitate concurrenti, ita vt pro ea rata vſuræ non currant, deſeruiunt etiam ſubrogationi bonorum loco, & (vt aiunt) ſcontro bonorum dotalium, vel fideicommiſſo ſubiectorum, vt non ſimpliciter, & abſolutè, & (vt vulgo dicitur) ad corpus fiat ſubrogatio, ſed pro concurrenti quantitate debita eorũ, quibus fit ſubrogatio, & hæc clauſula appoſita in principali parte inſtrumenti refertur ad omnia præcedentia, Alb. conſil. 256. num. 2. 1

*Io. Bapt. Coſta.*

CLAVSVLA 107.

*Prouiſo quod portio debitis, &c.*

HÆc clauſula, Prouiſo, quòd portio debitis non fraudetur obſequiis, poſita in vnione portionis ad dignitatem, non operatur quòd dignitas teneatur ad ea obſequia, quæ veniunt ratione ſolius portionis, ſed ad ea, quæ extrinſecè veniunt ſubeunda, prout ſunt onera, de quibus in cap. de Monachis, de præbend. & in cap. primo, eodem tit. in ſexto, Rebuff. in praxi, titul. de Vicar. perpet. nu. 21. Ita fuit reſolutum in cauſa Burgenſ. ſeruitii, tertiadecima Iunii, 1594. coram Litta.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Pro quibus omnibus & ſingulis obſeruandis, refertur ad omnia narata in inſtrumento.*

2 *Obligatio Cameralis facta pro omnibus, & ſingulis, comperit etiam pro enunciatis.*

3 *Operatur hypothecam pro intereſſe.*

CLAVSVLA 108.

*Pro quibus omnibus, & ſingulis.*

HÆc clauſula refertur † ad omnia in inſtrumẽto etiam enunciatiuè narrata. Alex. conſ. 17. num. 2. libro 3. Ruin- 1

Ruin. conſ.137.num.6.lib.primo. Pariſ.conſilio 97.numero 91.lib. primo. Rota dec. 741.nu.2.par.1 diuerſ.& in Romana de Luiaghis,19 Ianuarij 1600 coram Iuſto.& in Romana Palatij Sãctę Marię Maioris 15.Martij,1604 coram Pamphilio.

2 Ideo oblig. † Cameralis facta pro omnibus, & ſingulis,competit etiam pro enunciatis, & pro illis poteſt agi via exequutiua, vt fuit reſolutum in Romana ſocietatis de Philippenſib. 3.Martij 1581.coram Lancell.& in Romana dotis,11.Febr. 1583. coram Cantuccio,vt in deciſ.741.n.2.par.1.

3 Item operatur † hypothecam pro intereſſe, vide Franciſc. de Ponte,in conſilio 76.col.2.& ſeq.

CLAVSVLA 109.

*Pro ſe, & hæredibus.*

HÆc clauſula poſita in materia tranſitoria ad hęredes extraneos, intelligitur pro hæredib. quibuſcumque,cum in ea etiam ſuperflua ſit mẽtio hæredum,Iaſ.in l.2.§.item ſi in facto,ff.de verborum obligat.& fuit reſolutum in Romana de Lante, 13.Ianuar. 1578. coram Aldobrandino deciſ.393.num.1.verſ.& primo,parte prima diuerſ.& in eadem coram eodem, 13.Febr.1581.deciſ.448.lib.1 Quotid.

Et ideo huiuſmodi clauſula poſita in renunciatione filiarum facta bonis maternis, extenditur pro quibuſcumque, vt fuit reſolutum in d. Romana de Lante, 13.Ian.1578.& 13.Febr.1581. coram Aldobrand.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio probatur,etiam contra confitentis hæredes fauore locatoris.*

2 *Exceptio rei non tradita,vel pecunia non numerata quando ceſſet.*

3 *Pro conſignatis, &c.clauſula operatur, vt conductor,qui aliàs non tenetur, in fine locationis reconſignet prædia.*

4 *Emphyteuta quando bona ſubiecta teneatur indicare.*

CLAVSVLA 110.

† *Pro conſignatis confitetur habuiſſe,& recepiſſe.*

ECce modum probandi † poſſeſſionem contra confitentem, & ab eo cauſam habentes fauore locatoris etiam in non antiquis,itaut non requiratur alia traditio quoad contrahentes,& eorum ſucceſſores.Berret. conſ. 9.num. 43. cum ſeq. & in ſpecie Borgnin.deciſ.41.num. 8. part.2. ſicuti † 2
exceptio rei non traditæ, vel pecuniæ non numeratæ ceſſat,quando confeſſio eſt de præterito.Alber.in l. generaliter,n.6.C.de non numerata pecunia. Pancirol.conſil.57.n.17. Craſſ.except. 43.n.21.tract.de except.confert quoq. ad probationem Dominij inter ipſos contrahentes concurrentibus adminiculis.Surd.deciſ.10.n.14. niſi ageretur de deuolutione,quia tunc plenè probari debet dominium.Crau.conſ.157. Stephan. Gratian. Rom. diſcep. Forenſ.cap.188.num.10.Imò ſtante dicta clauſula † conductor, qui aliàs finita 3
locatione non teneretur reconſignare prædia locata, ſine præambulo pacto, cũ ſufficiat deſertio actualis poſſeſſionis, vt locator ſua auctoritate eam ingrediatur,ad reconſignationem faciẽdam,ſaltem per corpus, cõpelli poſſet Menoch.conſ.854.nu.17. cum ſeq. Et prçterea † non ſinit ambigi ſuper neceſ.indicandi ad pedem, ſeu ad oculũ 4
bona obnoxia ingruente liuellariis ad requiſitionem dominorum directi hęredib.tamen,ſeu ſucceſſorib.ſic confitentium: niſi emphyteuſis eſſet valde antiqua, quoniam iurante emphyteuta ſe ignorare quotam,& corpora bonorum ſubiectorum,eorumque fines recurritur ad famam, ad veriſimilitudines, & ad coniecturas eligendo certa bona idonea oneri ferendo, & tunc Bal.conſ.109.volum.4.Menoch. conſ.926.& 1125. Pacian.conſ.155. Papon.conſ.116.n.9.cum ſeqq.Roſental.

de [illegible] concluſ.32. apud nos ad cap.1.n.68.cum ſeq. de iudiciis. *Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Prout iuris, in commiſsione poſita reſpicit ſolum iudicem.*
2 *Non reſpicit iuriſdictionem.*
3 *Quomodo differat ſi eſt poſita cum ſignatura Cardinalis, & in ſignatura Regentis.*
4 *Quando eſt poſita copulatiue, ſtat augmentatiue.*
5 *Regulat totum reſcriptum de iure.*

CLAVSVLA 112.

*Prout iuris.*

HÆc clauſula poſita in † Commiſſione reſpicit ſolum iudicem, non autem narrata partium, prout fuit dictum in cauſa Romana 50. millium 6. Iunij 1575. coram Aldobrandino deciſ.258.num.1.par.1.diuerſ.

Non tamen reſp. iuriſdictionem
2 † quæ cenſetur data ſimpliciter ac pure, ſed deciſionem cauſæ, vt fuit dictum in cauſa Peruſina lacus, 9. Maij 1586. coram Orano.

Hæc clauſula ſi eſt poſita in Sign.
3 Cardinalis † reſtringit totam gratiam, ſeu commiſſionem, ſecus ſi eſt Sign. Regentis, quia tunc non attenditur. Si vero eſt in corpore Commiſſionis, & eſt abſolute poſita, reſtringit omnia: ſi vero eſt limitate poſita, ad vnum tantum capitulum illud ſolum reſtringit, vide in cauſa Corduben. ſtatutorum, 24. Ianuarij 1590. coram Seraphino.

Hæc clauſula quando eſt poſita copulatiue, ſtat augmentatiue propter copulam, ad trad. per Gemin. conſ.65. num.8. & conſ.131.num.1. Ruin. conſ. 20. num.8. lib.1. ita fuit dictum in cauſa Illerd. Canonicatus 24. Maij 1596. coram Orano.

Omnia igitur, quæ præcedunt hanc clauſulam, ſecundum iura regulanda
5 † ſunt, etiamſi eſſemus in dubio, quoniam iſta clauſula regulat totum reſcriptum, etiam per impropriationem, & tranſportationem, vt probatur in c. cauſam quæ, de reſcript. & ita Abbas in primo notab. ibidem ſcribit, quoniam reſcriptum conceditur ad iuris obſeruantiam, nec aliquid contra ius continere debet, alias eſſet priuilegium, gloſſ. in cap. 1. verſic. noſcatur, de conſtitutionib. lib.6. vbi Canoniſtæ, l. reſcripta, C. de precib. Imperat. offerend. text. in cap. ſecundo requiris, & appellationib. in verſic. vt iuſtitia ſuum non ſequatur effectum, ex quo probatur. quod clauſula huiuſmodi reſcripti, ad omnia in eo contenta referri debet ad effectum, vt iura ſeruentur, dummodo inconueniens, abſurdum, vel contrarietas non reſultet, quæ omnia Canoniſtæ diffuſe ibi declarant.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Prout de iure in commiſſione reſtitutionis in integrum non operatur idem quod clauſula, Parito.*
2 *Non tribuit iuriſdictionem conditionalem.*
3 *Poſita in cauſa reſtitutionis in integrum quid operetur.*
4 *Poſita in commiſſione, in qua datur facultas exſequendi laudum quid operetur.*

CLAVSVLA 113.

*Prout de iure.*

CLauſula, Prout de iure, † poſita in commiſſione reſtitutionis in integrum aduerſus tres conformes, non operatur idem, quod clauſula, Parito, ſed operatur, quod poſſit procedi in cauſa non retardata exequutione, iuxta text. in Clem. Vt calumniis, de re iudic. & fuit dictum in cauſa. Pampilonenſis parochialis de Edatinen. 4. Martij 1561. coram Pamph.

Et ideo non tribuit iuriſdictionem conditionalem, † ſed puram, nec impedit quo minus interim non dicatur introducta lis Rota deciſ.51. col.1. verſ. præte-

præterea non poteſt negari, de appellation.in nouiſſ.Put.deciſ.6.de reſtitutione in integr.& deciſ.426.li.2.& fuit dictum in dicta Pampilonenſi.

3 Hæc clauſula poſita † in cauſa reſtitutionis in integrum, operatur vt non cenſeatur conceſſa reſtitutio, niſi quatenus de iure competat. Romana beneficiatus decima Martij 1602. coram Pegna.Segobricen.parochialis, 2.Decem.1602.coram Pamph.

4 Hæc clauſula poſita in Commiſſione † in qua datur facultas exequendi ſententiam, vel laudum, operatur, vt non cenſeatur data facultas exequutionum, niſi quatenus de iure ſit locus, exequutioni Caputaq.dec.50. nu. 1.par 1.Ariminen. Laudi... Maii 1604. coram Pamphilio.

Summaria.

1 *Diſpoſitio in qua ponitur clauſula ex nunc, &c.retrotrabitur.*

2 *Quod ſi adſit ſolum, (ex nunc) abſque verbis (prout ex tunc.)*

3 *Tempus vno modo determinatum non recipit functionem alterius temporis.*

* Clausula 114.

*Ex nunc prout ex tunc, & è contra.*

De hac clauſula eiuſque virtute, & robore diximus nos tract. de retrotract. cap. 10. effectu primo ante
1 Martam trac.de clauſ. clauſ 52. vt † diſpoſitio, in qua ponitur, retrotrahatur ad tempus actus, ſecundum Ang. & Recentiores in l. 1. C. de codicill. Rimin.iun.conſ.n.20.fingiturq.vnum tempus alteri ineſſe, etiam in ſententiis.Bald.in auth.contra cum rogatus,
2 num.2.C.ad trebell.Niſi † adeſſet ſolum clauſula (ex nunc) abſque illis verbis (prout ex tunc) Iaſ. in l.1.n.4.C. de codicill. apud nos dicto loco in fine.
3 Ratio eſt ſolida, quia † tempus circũſcriptum, vel vno modo determinatum non recipit functionem alterius temporis, Bar. in l.ſi vno §. item cum quidam.num.9 ff.locati in l.ſi prius.n. 30.ff.de noui operis nũciatione. Abb. conſ.93.lib.1.Rota Gen.deciſ.27.n.10. Surd.deciſ.189.Rim.Iun.ibidem n.21. cũ ibi relatis, ac plenius conſ.820.Quin amplius ſtante memorata clauſula non pauci cenſuerunt recedendum eſſe à conſil. Decij 247. quos inter eminet. Maluaſ.conſ 99 Turret.conſ.49.vol. 1.Fab.de Anaſt.conſ.39.vol.1.Sur.conſ. 171.Fõtanell.de pactis nuptialib. clauſula 4.glo.3 & 4. ſed confert animaduerſio Honded.cõſ.18.n.59.vol.2. qui obſeruauit an dicta clauſula ſit adiecta conſtituto, vel reperiatur in alia parte inſtrumenti.*Io.Bapt.Coſtæ.*

Summaria.

1 *(Expedire) quid importet.*

2 *(Quatenus, ſeu in quantum expediat) clauſula non arctat eum, cuius fauore profertur.*

3 *Quatenus opus ſit, vel neceſſarium arctat eum, cuius fauore profertur.*

4 *Actus neceſſarij diſtinguuntur à voluntariis.*

* Clausula 115.

*Quatenus ſeu in quantum expediat, &c.*

Expedire dicit, quod † vtilitatem reſpicit mandantis, vel facientis actum adiecta clauſula. Bal.in l. 1. lect. 2 ante finem verſ 6 ff.de leg.2 Flamin. 1
Pariſ. tract de reſignat. beneficiorum lib.9 quæſt 17.nu.45. Ideo † non arctat eum, cuius fauore prolata deprehenditur. Alciat.conſ.73.num.4 lib.8. 2
Plane † diuerſam ſortitur naturam clauſula (quatenus opus ſit, vel neceſſarium) ſicuti deſtinguuntur † actus 3
voluntarij à neceſſariis Fachin. conſ. 24.lib.3 *Io Bapt.Coſtæ.* 4

Summaria.

1 *Quamuis occaſione &c.quid operetur dicta clauſula.*

2 *Quamuis occaſione &c.remouet reſtrictionem, niſi ratio recti ſermonis reſiſtat.*

3 *Iuramentum non extenditur ad incogitata de facto, ſed quidem de iure.*

* CLAVSVLA 116.

*Quauis occaſione, & cauſa, etiam diſsimili penitus, & incogitata.*

SVnt vere vniuerſalia prædicta verba † apta alioqui ad includendum remota quæque prorſus diuerſa, & maiora expreſſis. Cephal. conſ. 427. Morrot. conſ. 98. num. 13. & 31. Io. del Caſtillo tract. de vſufruct. cap. 47. nu. 26. cum ſeqq. Celſus Vgo. conſ. 51. Aſin. praxi iud. cap. 7. Pappon. conſ. 72. num. 39. Hond. conſ. 49. num. 13. cum ſeqq. vol 1. & ſtante generalitate verborum † non fit reſtrictio, niſi ratio recti ſermonis aliud ſuadeat. Alex. cōſ. 11. vol. 2. Bald. conſ. 187. vol. 4. Natt. conſ. 113. & 546. Farinac. inter deciſ. Rot. Rom. per eum collectas dec. 817. n. 4. Sur. deciſ. 217. Hend. d. loco n. 28. declarat Oſaſch. deciſ. 90. col. vlt. late Stephan. Gratian. Rom. diſcept. forēſ. c. 134. n. 33. vſque ad fin. excipiuntur tamen incogitata de facto † ad quæ, nec iuramentum extenditur, ſecus in incogitatis de iure Caſtrenſ. conſ. 122. num. 4. vol. 2. Zuccard. conſ. 31. num. 91. & & Serafin. de iuram. priuil. 119.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Contrauenien vni ex pluribus capitulis tenetur in totum ſtante dicta clauſula reddente actum indiuiduum, & de ratione n. 2.*

3 *Quæ omnia clauſula repetit principium.*

4 *Simulationis, & fœnoris exceptio, & exequutio inſtrumenti non impeditur ſtante dicta clauſula etiam cum iuramento.*

5 *Dupli pœna promiſſa ad quos caſus referatur, ſtante dicta clauſula Quæ omnia.*

6 *Quæ omnia clauſula non auget præcedentia.*

7 *Reſtringitur ad id quod æquum eſt.*

* CLAVSVLA 117.

*Quæ omnia &c.*

REddit hæc clauſula actum † indiuiduū, proinde pęna committitur in totum, ſi vni capitulo tantum contra fiat, Aretin. l. 5. §. ſi ſortem num. 13. ff. de verb. oblig. ſpecul. §. ſequitur n. 39. de arbitr. cum adductis per Laderch. conſ. 62. num. 12. ſicut ſi non obſeruatur vnum capitulū, cętera etiam inobſeruata dicuntur. Ratio eſt, quia † cum oratio ſumatur ex vniuerſo, verum eſt ſi in vno peccetur dici in totum peccatum eſſe l. ſi is qui §. cum ita ff. de reb. dub. Brun. conſil. 48. nu. 2. Dec. conſ. 421. n. 4. Ratio Rationis eſt, quia † hæc clauſula operatur repetitionē principij ob vim attributam relatiuo, l. quæ omnia ff. de procurat. 1 2 3

Rurſus hæc clauſula † etiam cum iuramento non impedit exceptionem ſimulationis & fœnoris, nec exequutionem inſtrumenti retardat, quoties notoriè apparet ex coniecturis, & euidētia facti, vel lectura inſtrumenti, aut ex proceſſu de ſimulatione, quia omnia pacta, & omnes clauſulę, dicuntur ſimulata, & ſimulatæ, & reſoluunt contractum iuxta illud poeticum: Grex auium plumas moueat cornicula riſum furtiuis coloribus nudata ipſe quid audes? latiſſime Caualc. dec. 32. n. 69. cum ſeqq. par. 2. 4

Amplius notandum † quod vbi quis promiſit pęnam dupli addita clauſula quæ omnia &c. illa refertur ſolum ad caſus in inſtrumento expreſſos, & pręmiſſos, non etiam ad omiſſos, & præſertim ſi adſint ea verba ( de quibus omnib. prędictis, & in pręſenti inſtrumento contentis) inter quę non reperiatur ille caſus, de quo cōtrouerſia eſt, quod idē operantur ea verba, ac in aliquo modo non cōtra facere ſub pæna dupli, quæ referri non debent ad non promiſſa ſuperius ratione contrarietatis, & ſubitę correctionis euitandę, ſed 5

ad

ad conuenta tantum reſtringi debent. Rim.Iun.conſ.264.n.59.& 60. Adde quod cum hæc clauſula veniat ad exequutionem prçcedentium,non poteſt
† immutare,nec alterare, nec augere
6 præcedentia,vt ibid.n.62. nec principalem diſpoſitionem reformare, Caball.conſ.142.n.16.

Præterea dicta clauſula quamuis vniuerſalis † reſtringi debet ad id,quod
7 æquum eſt,ne quis indebite damnum patiatur, vt ibi n.63.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Quantumcunque ſit clauſula poſt numerum perticatum poſita quid importet?*

2 *Vel circa,clauſula idem importat quod clauſula (quantumcunque ſit.)*

CLAVSVLA 108.

*Quantacunque ſit.*

HÆc clauſula appoſita in venditione,vel locatione vel alio contractu emphyteutico poſt † numerum
1 ſeu perticatum terræ deſignatum videlicet, ( vel circa aut quantacunque ſit ) operatur incertitudine † ita vt con-
2 ceſſionem eſſe factam ad corpus, non etiam ad menſuram importet:Idcirco comprehendat terram intra dictos fines exiſtentem,ſiue maioris ſiue minoris quantitatis expreſſa ſit, quæ eſt natura huius geminatæ, & vniuerſalis dictionis,clementina pleriſque §. pri. vbi gl verbo quantacunque, & verbo qualitercunque de electione clementina 1. in fine de foro compet. Burſat. conſ.143.n 95 vol. 2 ita Caball. conſ. 165.num.8 Alex.conſ.259.n.7.vol 5.ibi ſcilicet quantum eſt &c. & nos etiam attigimus de rata quæſtion.35. parte 1. Venetæ editionis nu.7.ſiue plus, ſiue minus, & quantacunque ſit:quo caſu intelligitur totum prçdium conceſſum non aucto nec diminuto pretio iam conuento. Nec minoris efficaciæ eſt clauſula (vel circa) quam ſit antedicta, & quam haud raro ſolet antecedere, vt ex Bart.& Alex.tradit Torniola cōſil.7.& dicitur hæc clauſula detrahi de fundo modicum plus modicum minus quod eſt arbitrarium iudici.Franc. March.deciſ.567.n.9 Plot.conſ.58,n.3.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *A chi preſenterà il preſente ſcritto,ò polizza,clauſula quid operetur?*

2 *Debitor ſoluens præſentanti chirographū ſine mandato creditoris an & quando liberetur,diſtinguit Auctor.*

3 *( Per lui) vel ſimilium verborum expoſitio.*

4 *Venditor ſiliginis iuſſus ab emptore conſignare ſiliginem cuicumque nomine emptoris petituro quando benè conſignet?*

5 *Adiectus ſolutioni quis, & quomodo dignoſcatur à Procuratore ad exigendum.*

6 *Mandatum reuocatur mortuo mandante.*

7 *Adiectus ſolutioni ſemper exiget, non etiam mandatarium mortuo mandante.*

CLAVSVLA 119.

*Qui feret, ſeu exhibebit chirographum, ſic conſcriptum materno ſermone, (à chi preſenterà il preſente ſcritto, ouer la preſente polizza.)*

TAntum eſt iurium memorata clauſula pro faciliore commutationum & commerciorum exitu, † vt 1
per eam ex generali conſuetudine mercatorum intelligatur relaxata omnis ſolemnitas, quæ à iure communi in exactione, vel tranſactione nominis requiritur Leonin.conſ.13.n 1.Exinde quia ſæpius contingit conſcribi per debitorem chirographum in hæc vel ſimilia verba,& per conſequēs inſtante eo,qui adiectus eſt ſolutioni,vt à debitore ſibi ſoluatur chirographū exhibēti,& præſentāti ideo non abſre
quęri ſolet,an & quādo † debiter ſol- 2

ue ns præſentanti chirographum debiti, ſine mandato creditoris liberetur, qua in re placet ea diſtinctio, Aut adſunt ea verba, (Per lui) vel huiuſmodi nomen creditoris indicantia, & tunc non ſufficit exhibere chirographum, niſi nomine creditoris fiat exhibitio: quo caſu mandatum exhibitionis præcedere debet, nam illa verba (Per lui)
3 † exponuntur id eſt nomine eius, vel nomine ſuo. Ruin. conſ. 209. nu. 3. in fi-
4 ne, vol. 1. vnde † infertur ad eum, qui emit ſiliginem, & dixit venditori, vt ſaccum ſiliginis ab eo comparatum conſignaret cuicunque illius nomine dictum ſaccum petenti, de quo in l. ſi quis vxor. §. apud Labeonen. ff. de furt. Aut non adſunt, & ſufficit ſimplex exhibitio, & præſentatio ita quod Bar-
5 dell. conſ. 28. aduertendo quod † primo caſu dicitur adiectus ſolutionis, ſecundo verò dicitur procurator ad exhibendum, & præſentandum l. vero procuratori. vbi Caſtr. & alij ff. de
6 ſolut. Conſtare † igitur debet de mádato quod forte fuit reuocatum, & præcipuè, ſi mandans ſit mortuus.
7 Quia adiectus † ſéper poteſt exigere. procurator verò non exigit mortuo mandante l. inter cauſas ff. mandati, & nos diximus de Rota q. 20. Venetæ editionis. Decian. conſ. 68. per totum, Triuiſ. deciſ. 41. num. 17. lib. 1.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Quam, & quas, cum præcedente appellatione, quid operetur.*
2 *Operatur, vt poſsit pronunciari prout in prima.*
3 *Is contra quem eſt impetrata commiſſio poteſt procedere prout in prima.*
4 *Actu non tranſportatu clauſula, Quam, & qua, ſnon operatur.*
5 *Clauſula, Quam, & quas, quando ſtet reſtrictiuè.*
6 *Quando ſimpliciter eſt poſita: vel eſt dictum occaſione promiſſorum, tunc extenditur.*
7 *Clauſula, Rebuſque alii poteſt deduci omne ius.*
8 *Et cenſetur, vt etiam p appellationem dicatur ius omne deauctum.*
9 *Etiam ſi remedia eſſent contraria.*
10 *Et quid ſi commiſsio ſit interpoſita ab omni iure.*
11 *Non operatur vt dicatur commiſſa cauſa appellationis.*
12 *Poſita in commiſsione appellationis deſerta, iudex ponet pronũciatum prout in prima.*
13 *Appellatione deſerta iudex remanet ſine iuriſdictione.*
14 *Clauſula, Quam, & quas, comprehendit petitorium, & poſſeſſorium.*
15 *Operatur vt cenſeatur commiſſum negotium principale.*
16 *Generaliter intelligitur, non ſtat reſtrictiuè, & quando fallit, n. 18.*
17 *Comprehendit etiam moleſtationes.*
19 *Non operatur quando committens cauſam ſe reſtringit ad aliquod ius particulare.*
20 *Non operatur circa non diuerſam. Poſita in commiſsionem ſuper iactationibus, quid operetur.*

CLAVSVLA 120.

*Quam & quas.*

HÆc clauſula operatur, † quòd 1
non præcedente appell. vel de ea non conſtito, poſſit procedi, prout in prima, maxime ſi adeſt clauſula, vnà cum toto neg. principali. Rota deciſ. 187. n. 5. & 6. parte 2. diu. & fuit dictum in cauſa Placentina aquarum, 8 Martij 1596. coram Arrigonio: & in Calagaritana ſpolij 10. Nouembris 1597. & 5. Decembr. 1599. coram Seraphino, Peregr. deciſione 94. incipien. fuit concluſum, libro primo, relata in impreſſ. deciſione 74. lib. ſecundo, part. 3 Rota in cauſa Romana Saluiani interdicti, 4. Decembr. 1598. coram Lancellotto.
Item operatur vt poſſit pronunciari † prout in prima Achill. deciſione 2
14. n.

14.num.1.& deciſion.17.in fine,de reſcript.Sarnen.de infirm. reſign. quæſt. 34.n.quarto.Put.deciſione 73.libro ſecundo, Mohedan. deciſione 6.de appellatione, & fuit reſolutum in cauſa Elboren 12.Iunij 1569. coram Quiroga, & in Calaguritana de Vienna,16. Iunij 1561.& 28.Maij 1561. coram Caputaq. vt in recollect. Cottæ 127. & 122. & fuit dictum in cauſa Firmana ſpolij, 7. Februarij 1573. coram Pamphilio.& in Corduben.ſtatutorum,21. Iunij 1585.coram Gipſio,& in Malauitana Cappellaniæ,14.Iunij 1591.coram Pegna.

3 Amplia,vt is,contra quem eſt † impetrata Commiſſio,poſſit procedere prout in prima vigore huius clauſulæ, poſtquam Commiſſio eſt præſentata, & effecta communis, Rota deciſione 254.nu.1.parte 1.diuerſ.& fuit dictum in cauſa Calaguritana ſpolij, quinta Nouembr.1599.coram Seraph.

Limita quando acta non ſunt tranſ-
4 portata, † quia illis non tranſportatis hæc clauſula non operatur,vt procedi poſſit prout in prima,vt fuit reſolutum in Valent.paroch.13.Ian.1586.co.Blanchetto,& vide in cauſa Vicentina Cantoriæ 10.Iunij 1602.cor.Cordub.

Hæc clauſula vbi eſt reſtricta de
5 † & ſuper præmiſsis, ſtat reſtrictiuè, nec extenditur vt fuit reſol.in Calaguritana beneficij de Vienna 28. Maij 1561.Caputaq. vt in recollectis Cottæ dec. 124.& vide in cauſa Sarſin. fideicom.4.Iul.1584.coram Seraph. & in Mediol. Cappel.3. Iulij,& 6.Nouēbr. 1595.corā Pāphilio,vide in cauſa Peruſina hæreditatis 26. Octobris 1601.coram Pamphilio.

6 Secus vbi eſt ſimplex, vel dicitur in ea,& occaſione premiſſorum, † nam tunc extenditur,&comprehendit omnia,vt fuit dictū in d.Sarſinaten. fideicommiſſi,& d.Mediolanenſi,&c.

Item Secus quando adeſt etiā clauſula,Rebúſque aliis †,quæ operatur vt 7
poſſit deduci omne ius,vt fuit dictum in Rom.50.millium de anno 1574. & in Valentina,ſeu Panormitana illegitimitatis, 7.Febr.1575.Graſſis,vt dec.1. nu.3.& 4.de iudic. & in d. Mediolan. Cappel.& Peruſina hereditatis.

Hæc clauſula operatur vt cenſeatur deductum omne ius. Sarnen. de infir. reſign.q.34.num.4.Achill.deciſ.14.de reſcript.& deciſ.22.num.2. de appell. Pereg.deciſ 73.lib.2.& fuit reſolutum in d.Rom.50.millium.24.Maij,1574. coram Aldobrandino,vt in deciſ. 254. num.1.parte 1.diuerſ.& in Caſalen.ſeu nullius de Carretis 13.Nouemb.1587. coram Comitulo.& in Strigonien.violationis teſtamenti,1.Apr.1588. coram Plato.& in d.Mediolan. Cappellaniæ Placent.aquarum 8.Mart 1596.coram Arrigonio.& in Romana de Roncionibus 2.Decembris 1596. coram Litta, & vide in cauſa Legion. preſtimoniorum 16. Ianuarij, 1595. coram Pamphilio,& fuit dictum in d. cauſa Peruſina hæreditatis vt ſupra,&c.

Amplia vt cenſeatur etiam per appellationem deductum † omne reme- 8
dium ſibi competens, etiam per viam querelæ,vt fuit dictum in cauſa Salamantina coram Cantuccio,11.Februa. 1577.coram Blanch.vt in deciſ.156.lib. 1.Quotid.Rom. compromiſſi 6. Iunij, 1578.vt deciſ.49.lib.2.Quotid.& in d. Rom.de Roncionibus coram Litta.

Amplia ſecundo, etiam ſi remedia
eſſent † contra,ad tex.in l.mater decedens,ff.de inoff.teſt. Put.dec.21.lib.2. 9
Rota diuerſ.dec.256. num.6.par.1.& fuit dictum in d.cauſa Rom.de Roncion.vide dec.251.254.256.&257.par. 1.diuerſ.

Amplia etiam vt procedat quando huiuſmodi clauſula adeſt in Cōmiſſione appellationis, quę ſit interpoſita à ſent.lata ſuper aliquo capite particulari,& non ſuper omni iure, † vt fuit re- 10

ſolutum in cauſa Mantuana attentatorum 1. Iulii 1583. coram Aldobrandino, vt in deciſione 187. num. 5. & 6. parte 1. diuerſ. & in cauſa Placentina aquarum 8. Maii, 1596. coram Arrigonio. & in deciſione Roman. de Roncionibus, coram Litta.

Declara præſcripta procedere, ſi pars vtatur hac clauſula, & ad ſpeciem ius deducat, ſecus ſi non vtatur, & ſe reſtringat ad aliquod ius partiale, Verall. deciſione 125 numero 2. parte 1. & fuit dictum in cauſa Florentina damnorum, & intereſſe, 9. Decembr. 1585. coram Gipſio. & in Legionen. præſtimoniorum 16. Ianuarii 1595. coram Pamphilio, & in Aretina Commendę 27. Februarii 1595. coram eod.

Hæc clauſula non operatur, vt non
11 dicatur † commiſſa cauſa appell. vide in cauſa Calagur. ſpolij 10. Nouembr. 1597. coram Seraphino.

12 Hęc clauſula appoſita in commiſſione † appellationis, operatur vt deſerta appellatione Iudex poſſit pronunciare prout in prima Ruin. conſ. 114. libro 4. dec. 14. numero 3. & deciſ. 17. numero 2. de reſcript. Caputaq. deciſione 71. libro 1.

Declara procedere, quando appellatio eſt interpoſita ab interloquutoria, vel à diffinitiua ſuper aliquo incidenti, ita quod non diffiniat totum negotium principale, quibus caſibus negotium principale eſt omnino diuerſum à cauſa appellationis, & ideo illa deſerta, poteſt Iudex procedere, & pronunciare ſuper neg. principali; ſecus verò quando appell. eſt interpoſita à diffinitiua, reſpiciente totum negotium principale: nam tunc deſerta
13 appellatione † ſententia tranſit in iudicatum, & Iudex remanet ſine iuriſdictione; & clauſula nihil operatur: quoniam hoc caſu negotium principale nihil differt ab eo, quod in cauſa appellationis nulla eſt iuriſdictio, ita & in negotio principali. Ægid. deciſione 117. ver. & per hoc, & deciſione 237. in fine. Mohed. deciſione 9. de appel. Palæot. deciſione 45. & 67. aliàs 399. numero 3. & 4. & 421. libro 3. par. 3. diuerſ. Caputaqu. deciſione 71. lib. 1. vide in cauſa Corduben. ſtatutorum 21. Iunii 1585. coram Gipſio, & in Rauennatenſ. bonorum 20. Iulij 1587. coram Pamphilio, & in Mediolanenſ. Cappellanię de Valderno 3. Iulii 1595. coram eod.

Hæc clauſula comprehendit petitorium, † & poſſeſſorium. Put. deciſ. 14
51. de iud. Sarnen. de infirm. reſign. q. 34. numero 4. & fuit reſolutũ in cauſa Tiraſonen. prioratus, 10. Maii, 1599. coram Cantuccio, vt in recollect. Cottæ dec. 65. & fuit dictum in dicta Mediolanen. Cappellaniæ, 3. Iulii, & 6. Nouembris 1595. coram Pamphilio.

Et operatur, † vt cenſeatur com- 15
miſſum negotium principale. Sarnen. d. quæſt. 34. numero 4. addit. ad Rot. deciſ. 25. de reſcrip. in nou. Achil. deciſione 22. numero 2. de appell. Cęſar de Graſſ. dec. 1. num. 2. de iud. cum ſim. & fuit dictum in cauſa Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598. coram Lancellotto.

Hæc clauſula, Quam, & Quas, generaliter intelligitur, † nec ſtat reſtri- 16
ctiuè. Sarnen. de infirm. reſign. q. 34. num. 4. Achill. deciſione 22. numero 2. de appell. & in cauſa Panormitana, ſeu Valentina illegitimitatis 7. Febr. 1575 coram Graſſio, vt in deciſ. 1. num. 2. de iudic.

Et ideo comprehendit etiam moleſtationes, vt fuit dictum in d. deciſio. 1. numero 2. de iud. coram Graſſo.

Dic verum quando ponitur ſimpliciter, ſecus ſi adeſt clauſula, de, & ſuper promiſſis, quia tunc ſtat reſtrictiuè, nec extenditur, vt fuit reſolutum in cauſa Calagurritana benefic. de Vienna

na 28. Maii 1561. Caputaq. vt in recolleꝗ. Cottæ deciſione 123. & in cauſa Peruſina hæreditatis, 26. Octobris, 1601. coram Pamphilio.

18 Limita, niſi addatur clauſula, † Rebuſque aliis, quę operatur vt poſſit deduci omne ius, vt fuit dictum in d. cauſa Mediol. Cappellaniæ coram Pamphilio, & in deciſ. Peruſina hæreditatis coram eodem.

Hæc clauſula non operatur, quando committens cauſam ſe reſtrin-
19 git † ad aliquod ius particulare, quia licet poſſit illius vigore deduci omne ius, tamen regulariter, quod pars eo vtatur, vt fuit dictum in cauſa Legionenſ. pręſtimoniorum 16. Ianuar. 1595. coram Pamphilio, & in Aretina Commendæ 27. Februar. 1595. coram eodem.

Hæc clauſula non operatur circa
20 rem diuerſam, † vt fuit dictum in cauſa Florent. damnorum, & intereſſe, 9. Decembr. 1585 coram Gipſio.

Hæc clauſula poſita in Commiſſione ſuper iactationibus operatur, quod committẽs cauſam dicatur actor, quia ſtante hac clauſula, Commiſſio non dicitur ſimpliciter impetrata ſuper iactationibus, ſed complectitur omnes cauſas, quas habet, & mouet, habereque & mouere intendit, contra quoſcumque, vt fuit dictum in cauſa Syracuſana quartæ 16. Nouembris, 1588. coram Comitulo.

In contrarium facit, quia hæc clauſula, Quam, & quas, non mutat naturam iudicii: vnde, ſi quis ex natura iudicii eſt reus, non efficit actor per hãc clauſulam, Rota deciſ. 34. vbi Add. de reſcript. in nou. Fab. deciſione 5. libro 1. Mohed. deciſ. 229. aliàs 5. numero 1. de iudic. Achil. deciſione 22. de appell. in cuius caſu non aderat clauſula, iactationis, & fuit dictum venire ſub hac clauſula, Quam, & quas, vt fuit reſolutum in cauſa Parmen. Prioratus 16. Ianuarii, & 16. Februar. 1598. coram Orano.

## CLAVSVLA 121.

*Quatenus contra.*

DE hac clauſula appoſita in appellatione, vide ſcripta in Digeſtis Nouiſſimis tomo 1. titulo appellatio, cap. 107. & ſeq. & in clauſula, In parte, & partibus.

## CLAVSVLA 122.

*Quatenus idoneus reperiatur.*

HÆc clauſula, Quatenus idoneus reperiatur, vel Si idoneum eſſe reperieris, non importat conditionem, ſed monitionem, gloſſa in Clem. prima, in verb. repererit, de offic. deleg. Rota deciſ. 4 de fil. presbyt. in antiq. & deciſione 12. num. 2. in fin. de conceſſ. præb. in nou. Doctor. in c. fin. vbi Felin. numero 18. de præſump. Putr. deciſione 156. libro 1. & fuit dictum in cauſa Burgenſ. Can. 2. Iunii 1596. coram Seraphino.

Vide infra in eadem parte, clauſula, Si idoneum.

## CLAVSVLA 123.

*Quatenus licita, & honeſta.*

HÆc clauſula habet in ſe conditionem, vt gloſ. fin. in cap. examinata, & in cap. venerabilis in gloſſ. penult. de confirm. vtil. vel inut. Rot. in Calciaten. iuriſdictionis 13. Aprilis 1587 coram Seraphino.

Et ideo cum egeat cauſæ cognitione, habet vim ſuſpenſiuam. vt fuit dictum in d. Calciaten. iuriſdictionis coram Seraphino.

Secus tamen eſſet ſi poſt ſe non requireret cauſæ cognitionem, vt ſi litteræ expedirentur in forma gratioſa, ſecus ſi in forma communi, quia tunc eſt conditionalis, vt fuit dictum in deciſ. Calciatenſ. vt ſupra.

## CLAVSVLA 124.

*Quatenus non ſit contraria Canonibus.*

HÆc clauſula, Quatenus non ſit contraria Canonibus, & decretis Concil. Trid. intelligitur, dũmodo non ſit contra, vt fuit reſolutum in cauſa Conchen. decimarum 10. Maii, 1589. coram Orano, vbi de priuilegio exempt. decimarum.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Quatenus ſit in vſu, ſtat conditionaliter.*

2 *Stante hac clauſula confirmatio priuilegiorum non valet, niſi probetur vſus.*

3 *Poſita in priuilegijs intelligitur reſpectu vſus generalis.*

4 *Poſita in communicatione priuilegiorum, quid operetur.*

5 *Poſita in confirmatione priuilegiorum & ſtatutorum ad quæ referatur.*

CLAVSVLA 125.

*Quatenus ſit in vſu.*

1 HÆc clauſula † ſtat conditionaliter, & limitatiuè. Bart. in l. 1. numero 20. ff. de condit. & demonſt. Dec. conſilio 385. nu. 2. & fuit dictum in cauſa Pampilonen. beneficii de Soſ. 17. Maij 1577. coram Blanchetto, vt in deciſ. 117. libro 1. Quotid. & vide gl. in Authent. de hęr. & Falcid. in princip. verb. ſed quatenus, & ibi Bartolus, num. 1. & in cauſa Leodien. Canonicatus 12. Ianuarii, 1596. coram Blanchetto.

2 Et ideo ſtante hac clauſula, ad hoc, vt intret confirmatio priuilegiorum † vel ſtatutorum, debet probari vſus, nec ſufficit quod vſu pręſumantur recepta, vt fuit dictum in cauſa Recanaten. hęredit. 23. Maii 1578. coram Rubeo, & in Lucana iuriſdictionis, 23. Februar. & 9. Aprilis, 1601 coram Pamphilio, & vide in Tudertina bonorum 13. Maii 1588. coram Cotta, & in Aſculana legitimæ 14. Dec. 1579. coram Blanchetto. & in Amerina ſucceſſion. 24. Martij 1593. coram Pegna: & in cauſa Maceraten. ceſſionis 27. Februarij 1598. coram Corduba, vbi adſunt dd. deciſiones. & in cauſa Leodien. Canonicatus 12. Ianuarii 1596. coram Blanchetto, vbi adeſt deciſio in cauſa Recanatenſi.

Hæc clauſula appoſita in priuilegiis, intelligitur reſp. vſus generalis, † 3 non autem reſp. illius indiuidui, de quo agitur. ad trad. per Feder. conſilio 102. in fin. & conſilio 147. num. 3. in fi. numero 66 conſ. 54. numero 3. ad fin. par. 1 Cur. de iurepatr. in verb. competens, num. 42. Ita fuit dictum in cauſa Conchen. decimarum 10. Maii, 1589. & 30. Ianuarii, 1589. coram Orano.

Hęc clauſula poſita in communicatione priuilegiorum, † in qua confir- 4 mantur priuilegia, cum hac clauſula, Quatenus ſint in vſu, & deinde illa ſic confirmata communicantur, refertur tam ad cõfirmationem quàm ad communicationem, quia communicatio, ſeu extenſio facta poſt confirmationem, intelligitur facta cum illa qualitate adiecta confirmationi. Dec. conſ. 78. numero 2. ỽ. cum ergo. Aym. conſilio 37. numero 3. & fuit reſolutum in cauſa Placentina decimarum Spadana, 22. Iunii & nona Decemb. 1588 coram Plato.

Hæc clauſula quando eſt poſita in communicatione priuilegiorum, quomodo intelligatur, vide in cauſa Carthaginen. decimarum 16. Decembris 1596. coram Gipſio.

Hæc clauſula poſita in confirmatione priuilegiorum, & ſtatutorum, † 5 an poſſit referri ad ſtatuta, vide in cauſa Aſculana legitimæ, 14. Decembris 1579. coram Blanchetto, & in Amerina ſucceſſionis 24. Maii 1593. coram Pegna, & in Maceraten. ceſſionis 27. Februar 1598. coram Corduba, vbi adſunt dictæ deciſiones.

Adde, quod hæc clauſula in confirmatione ſtatutorum cenſetur appoſita ex ſtylo Referendariorum, vt fuit dictum

dictum in cauſa Tudertina bonorum decimatertia Maii 1588. coram Cotta. & in Amerina ſucceſſionis, 24. Maii 1593. coram Pegna. Quod quomodo, & quando ſit verum, vide in voto in cauſa Maceraten. ceſſionis 27. Februarii 1598. coram Corduba.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſis conceſſa cum clauſula, Et quibus dederit, tranſibit ad extraneos.*

2 *Clauſula, & quibus dederit, quid operetur.*

CLAVSVLA 126.

*Quibus dederit.*

HÆc clauſula operatur quòd em-
1 phyteuſis, † etiam Eccleſiaſtica
tranſeat ad hæredes extraneos. Doc. in capitulo primo, Præpoſit. colum. 1. verſic. nota quòd pactum de feudo nõ habente naturam feudi. Aluarot. in c. feudum, ſub numero primo verſic. ex qua gloſſ. vbi Præpoſit. in fin. Afflict. col. 1. ℣ & hoc verum. Si de feud. fuer. controu. Dec. conſil. 171. nu. 2. & conſ. 390. numero 8. Pariſ. conſ. 3. num. 13 & 29. & conſilio 23 num. 41 libro 1. & conſilio 85. num. 14. lib. 4 Curt. iun. de feud. par. 4. regula 2. Concluſ. 5. Aym. conſilio 256 num 4. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 17 ſub num. 4. ℣ quarta concluſio, & fuit reſolutum in cauſa Romana domus ſancti Euſtachii 17. Februar. 1581. coram Lancellotto, vt in deciſione 234. libro 2. Quotidie. & in cauſa Imol bonorum, 22. Iunij, & 13. Nouembris, 1592. 21. Maii 1593. 18. Martii 1596. coram Pamphilio, & in cauſa Mediolanen. bonorum, 28 Martij 1594. coram Arigonio, & in materia vide ſupra in clauſula, Ad habendum, vide in cauſa Papienſis bonorum decima Maii 1602. coram Pamphilio.

Hæc clauſula † diffusè eſt repetita inter clauſulas feudales, infra in ſecunda parte.

SVMMARIA.

1 *Procuratores per quam clauſulam cenſentur conſtituti inſolidum.*

CLAVSVLA 127.

*Quidquid per eos, vel alterum eorum.*

HÆc clauſula in mandato appoſi-
ta importat, quod plures procu-
ratores dicantur cõſtituti † inſolidum, 1
licet fuerint conſtituti ſine dicta clauſula, in ſolidum. Achil deciſ. 1. de procurat. & fuit reſolutum in cauſa Verulana legitimę 9. Martii, & 2. Decembris 1592. coram Blanchetto.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Quidquid placuerit, importat liberam voluntatem.*

2 *In facultate alienandi quando cenſetur reſtricta.*

CLAVSVLA 128.

*Quidquid placuerit.*

HÆc clauſula † importat liberam 1
voluntatem, nec reſtringitur ad arbitriũ boni viri, Bal. de pace Conſtã. §. nomine, n 3. latè Ruin. conſil 133 n. 3. & 4 & 5 lib. 2. Soc. iun. conſil. 49 nu. 13. libro 2. Menoch. de arb. q 8 nu. 12. & ſeq. & fuit dictum in cauſa Romana 20. millium, 20. Iunii 1580 coram Lancelloto, vt in deciſione 332. libro 2. Quotid. & in Romana domus Sancti Euſtachii 17. Februar. 1581. coram eod. vt in dec. 324. lib. 2. Quotid.

Hæc clauſula, per quam cenſetur
data † facultas alienandi, Dec. conſil. 2
614. colum. 2 cum aliis ſup. allegatis in clauſula, Ad haben. quãdo nõ eſt ſimpliciter facta, ſed limitata ex ſubſequẽti prohibitione alienationis, vel ex aliis clauſulis, cẽſetur reſtricta ad terminos ſtipulationis, etiã inter vocatos, Bal. cõſil. 465. n. 5. li. 5. Dec. conſil. 171. ſub n. 3. Curt. iun. conſil. 130. nu 6. Pedam. dec. 164 n 6. & fuit dictum in cauſa Imol. bonorũ, 12 Iunii, 1592. corã Pamphilio, & vide in cauſa Auximana bonorũ, 4. Martii 1602 corã Mellino, Rota diu. dec. 8. ſub n. 3. & dec. 11. n. 1 ad fin. ver-

in 2.part.& numero ſeq.par.1.

Dic verum, quando prohibitio eſt abſoluta,& indefinita: ſecus verò eſt, quādo eſt reſtricta ad limitandam facultatem alienandi, quia tunc in caſibus non exceptuatis remanet firma,& illæſa virtus dictæ clauſulæ, ex reg.l. nam, quod liquidè.§. fin.ff.de penu legat. cum ſim. vt fuit dictum in dicta cauſa Imolen. bonorum coram Pamphilio.

Hæc clauſula eſt repetita latius inter feudales,infra in 2. parte.

SVMMARIA.

1 *Pactum quod debitore non ſoluente, res cedat in ſolutum, quandonam accedat finibus legis commiſſoriæ, & poßit dici ſuſpecta.*

### CLAVSVLA 129.

*Quod debitore non ſoluente Res cedat in ſolutum.*

HÆc conuentio ab aliquibus exiſtimatur ſuſpecta, † quaſi accedere videatur finibus legis commiſſoriæ: id quod neutiquam diſpliceret, quando præcederet pignoris conſtitutio: alioqui ſecùs nil efficiente hypotheca generali vſitata apponi in Inſtrumentorum fine pro confirmatione,& obſeruantia conuentorum. Cra. cōſilio 327. numero 16. Honded.conſil.31. libro 1. Gallia conſilio 32. Turret.conſilio 92.lib.2. Gaſpar. Roderic. tract. de annuis reddit. libro 2.quæſt. 2. maxime verò obtinet robur datio inſolutum, etiam quoad lucrum fructuum ex bonis perceptorum, quando adeſt clauſula(ex nunc,prout ex tunc) ob retrotractionem dationis inſolutum, vt potè perfectæ vſque ab initio obligationis. Menoch.conſilio 112.lib. 12.num.26. cum ſeq. Surd. deciſione 110. vbi oſtendit reprobatum eſſe conſ.12.Decij.Stephan.Gratian.Rom. deciſ.Marchiæ in additionibus 117.vltra labores noſtros tractat. de retrotract. cap.10. effectu 2.numero 4.& 5. Pro coronide poſſent conſiderari quattuor caſus ad mentem. Menoch. de adipiſc. poſt remed.5. numero 39. cum ſeq. quo humaniſſimum lectorem ablegatum exopto.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Pactum perſonale plerumque dicitur ad differentiam realis, licèt tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores ſingulares.*

2 *Dictiones perſonales, vt (ipſe,prædictus, infraſcriptus, & huiuſmodi) ſtant demonſtratiuè.*

3 *Conuentio huiuſmodi efficit, vt quilibet acquiſitor prædij obnoxij pacto retrouenditionis, recta conueniri poßit.*

### CLAVSVLA 130.

*Quod præſens pactum ſit reale,& in rem ſcriptum.*

PActum perſonale † dicitur plerumque ad differentiam realis,nō 1
autem, quod deſinat tranſire ad hæredes, & ad ſucceſſores etiā ſingulares. Surd.conſil.444.numero 11. volum.3. quicquid in oppoſitum ſenſerit Bald. conſilio 112. volum.1. Natta conſilio 163. & 164. Berret. conſilio 24. & 36.numero 8.Nam argumentis Nattæ, & aliorum cumulatè occurrit Syluan. conſilio 65.Surd.conſ.384.numero 46. & 47. ac conſilio 554. numero 17.vol. 4.Iaſ.conſ.217.vol.2. & præcipuè,quia (exceptis induſtrialibus) dictiones a-
lioqui perſonales, (vt † ipſe, prædi- 2
ctus,infraſcriptus,& huiuſmodi) ſtant demonſtratiue, non etiam reſtrictiue. Gallia conſ.84.numero 55.quare huiuſmodi conuentio ſic diſertè conce-
pta efficit, † vt ſecundus quoque & 3
quilibet alius acquiſitor prædii obnoxii pacto, retrouenditionis recta conuenire queat, ſublato omni ſcrupulo ob ingentem pugnam ſuperinde factam circa vim pacti francandi:de quo argumento cum latiſſimè Grauetus Ger-

Germanus de Iuris prudentia optimè meritus ad Gail.obſeruat. lib.2. concl. 16.Ioſeph.Seſſæ deciſion. Aragon. 17. Fachi.libro 2. controu.iur.c.15. & Magon.Rota Flo. deciſ.105. & ſub Rot. Luc. deciſio.80. circumſcripto autem de pacto placet diſtinctio. Surd. conſilio 331. numero 43.& Morot. conſilio 59.

*Io Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Quod maior, & verior expreſſo excludit ſubreptionem.*

2 *Et an per eam cenſeatur data facultas de nouo exprimendi.*

CLAVSVLA 131.

*Quod maior, & verior expreßio.*

1 HÆc clauſula, Quod maior, † & verior expreſſio fieri poſſit, &c. & latiſſimè extendendi excludit ſubreptionem, & facit, quòd in litteris omnia poſsint extendi, & diſpoſitiuè poni Sarnen.in procœm.regul.q.vltim. numero 7.& in regul.de valor. quæſt. 21.num.5. Mohed.deciſione 1.nu.2.de reſcript. Achil.deciſione 8. de priuil. Caputaq.deciſio.299. numero 8.parte 2.Rebuff.in 3.parte ſign.verb.& quòd præmiſſorum omnia,num.2.& 3.& in verbo,maior,verior,ſeu amplior,ꝟ.ad hæc expreſſio,& fuit reſolutū in cauſa Romana Caſalis monaſterii Oddonis,6.Aprilis, 1576. coram Cantuccio, vt in d.18.numero 2.parte 2.diuerſ.& fuit dictum in cauſa Eugubina beneficii ſancti Stephani 15. Martii, 1599. coram Pamphilio,& in Romana nullitatis penſionis 4.Iunij, 1601. coram Pamphilio.

Clauſula, Quod maior, & verior expreſsio fieri poſsit in litteris ſimul, vel ad partes,vt per vnicam expeditionem,ad quam Papa videtur ſe noluiſ-
2 ſe reſtringere, † non cenſeatur conceſſa facultas de nouo expediendi ſuper parte gratiæ, ſuper qua non fuerunt expedire, vt fuit dictum in dicta cauſa Eugubina beneficii.

Vide ſupra in clauſula, Latiſsimè extendendi.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Quod obſtantia beneficiales, operatur, vt quis non teneatur exprimere obtenta.*

2 *Et operatur, vt gratia non dicatur ſubreptitia.*

3 *Non operatur, vbi non eſt narrata intruſio.*

CLAVSVLA 132.

*Quod obſtantia beneficiales.*

29 Item, ſi huiuſmodi clauſula † eſt appoſita ſuper vno ſuppoſito non eſt extendenda ad alterum, vide Bart.in conſil.90. Dilecto, numero 3. ℣. ſuper quarto, & num.4.& ſeq part.1. Et hoc eſt verum, etiam ſi renuncians cum iuramento promitteret omnia rata, & firma habere, atque non contrauenire ex quacumque cauſa: quia ſemper reſtringitur ad id, quod fuit ſuppoſitum, Bart.in d.conſilio 90.num.6. Et ideo ſi eſt appoſita per filiam occaſione dotis ſuper bonis paternis, & quocumque alio iure, & titulo, non comprehendit niſi bona ceſſa, atque acceſſoria, ad illamet, neque ampliatur ad aliam cauſam, Bald.in conſilio 37. numero 1.in fine, & numero 2.verſic.& ſi bene aduertatur vol.2.

30 Et ſi eſt poſita ſuper bonis Titij, † non cenſetur appoſita ſuper bonis feudalibus, & emphyteuticis, Soc.in conſil.74.numero 41.& ſeq.vol.3. Item, ſi eſt appoſita per filiam ſuper omnibus bonis ex hæreditate paterna, nõ comprehendit emphyteuſim receptam ab Eccleſia per patrem. Alexand.conſilio 22.numero 10. volum.5. idem in fratribus diuidentibus feuda, atque promittẽtibus ſibi ad inuicem de euictione, cum huiuſmodi clauſula, Nam non cenſentur renunciare ſucceſſioni feudali in euentum, quod aliquis abſque deſcendentibus moriatur, Aret.in conſilio 3.& ad hoc vide Caſtr.in conſilio 425.circa fin. verſ.3. & vltim. volum.2.

Stante enormiſſima leſione, hæc
31 clauſula † nihil operatur, etiamſi iuramentum additum eſſet, Alciat.in cap. cum contingat, numero 83 ℣. amplia hanc communem de iureiurando, vbi ite conciliat opiniones, quoniam clauſula huiuſmodi generalis renunciationis non tollit læſionem enormem, vel enormiſſimam, ex quo dolus præſumitur, Grammatic. in conſilio 128.ciuili, numero vndecimo. Et huiuſmodi clauſulam generalem non impedire reſciſſionem renunciationis probat Alciat.in reſponſo 496.in fine. Et tunc iuramentum habebit hunc effectum, quia addet forum foro, vt ſcribit Alciat.in cap.finali numero ſexto de for. comp.

Adde quãdo cum hac clauſula, renuncians omni legum auxilio, addidiſſet alterã clauſulam, † Et fecit pa- 32
ctum de nihil vlterius petendo, quia omne ius ad ſe pertinens donauit titulo donationis irreuocabilis, quia tũc cenſetur ſublata omnis læſio, etiam enormiſſima, Abb.in capitulo cum cõtingat, num.30. de iureiurando, & ibi Alciat.num.89. verſic. limitatur hæc concluſio. Berous in conſ.50. num 32. volum.1. Abbas in conſilio 11. numero 7.

Declaratur hæc procedere, quando ex aliquibus coniecturis poteſt apparere, ſic renunciantem, donare voluiſſe, vt declarant Abb. & Alciat. in dictis locis: Secùs eſt, quando renunciatio appoſita eſt habito reſpectu ad aliquam rem, vel pretium: quia tunc renunciatio debet correſpondere pretio, ſeu valori rei acceptæ, Curt.in cõſilio 120. numero 37.vol.1. & conſilio 321.numero 32.volum.3 Bart. in dicto conſilio 90.parte 1. Corn. in conſilio 258.volumine 4.& in pacto de nõ petendo verſatur eadem ratio, quę in renunciatione: item, quia † tranſactio 33
reſcinditur prætextu enormiſſimæ læſionis, Corn.in conſ.166 vol.2. Dec.in conſ.60.num.4.& conſilio 476. num. 11. Cagnol.in l.ſi quis maior, numero 37.C.de tranſactionibus Gramm. deciſ.66. num 48. ergo multo magis pactum de non petendo.

R

## CLAVSVLA 131.

*Salua gradus prærogatiua.*

HÆc clauſula appoſita in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, nõ excludit, quo minus filius non ſuccedat in locum patris, vbi agitur de hæreditate Aui, vt fuit reſolutum in cauſa Firmana bonorum, 19. Ianuarii 1582. coram Cantucio, vt in deciſione 708 parte 1. diuerſ. & facit deciſio in cauſa Romana ſucceſſionis, de Cirona, 23. Ianuarii 1574 coram Robuſterio, & Vrbeuetana hæreditatis, 28. Maij, 1599. coram Litta.

De hac clauſula copioſius ſcripſi in parte 3. inter clauſulas vltimarum voluntatum.

## CLAVSVLA 132.

*Simul, & ſemel.*

HÆc clauſula poſita in Commiſſione, in qua committuntur duæ cauſæ, vel committuntur petitorium, & poſſeſſorium, non impedit, quo minus iudex poſſit de ea, vel de eo prius pronunciare, de qua vel quo prius liquet, Ægid. deciſione 566. Staphil. de litter. iuſtit. §. in primis igitur ſciendũ, numero 59 & §. ſi pars innodata, num. 3 & fuit reſolutum in cauſa Toletana pecuniaria, 13. Aprilis, 1587. corã Pamphilio, & in cauſa Cæſarauguſtana Parochialis, 16. Ianuarii, 1589 coram Comitulo, vbi etiam ſi dicatur, quod in petitorio & poſſeſſorio procedatur ſimul, & ſemel refectis expenſis, Socinus conſilio 262. numero 3 libro 2. & fuit dictum in cauſa Bononienſi de Carnalibus, 11. Ianuarii, 1602. coram Pamphilio.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Saluis exceptionibus facit mandatum inſufficiens.*
2 *Et quando fallit.*
3 *Importat reſeruationem, & quid in feudis, 11. & quid in conſinibus, numero 12.*
4 *Statutum reſeruans exceptiones in fine litis quomodo intelligatur.*
5 *Iudex poteſt pronunciare ſuper exceptione reſeruata in fine litis.*
6 *Appellatio, an, & quando ſit ſublata per ſtatutum reſeruans exceptiones in fine litis.*
7 *Exceptiones declinatoriæ non poſſunt reſeruari in fine litis.*
8 *Exceptiones peremptoriæ an poſſint reſeruari in ſententia.*
9 *Iudex an teneatur pronunciare ſuper exceptionibus reſeruatis.*
10 *Clauſula, Saluis, & cetera, importat limitationem.*

## CLAVSVLA 149.

*Saluis exceptionibus.*

HÆc clauſula, Saluis exceptionibus meis in agẽdo, & defendendo, poſita † in mandato, reddit illum inſufficiens ad cauſam principalem. Doct. in cap. expoſuit, per illum tex. de 1 dilat. vbi collect. nu. 5. Anch. numero 10. in fine, verſic. Goffredus dicit. Butr. numero 6. & ſeq. Imol. num. 14. & Anan. numero 9.

Contrarium tenet Hoſtienſ. in d. cap. expoſuit, §. cum poſtmodum ad finem, verſic. ſed nunquid tale, & ibi Bellam. numero 3. & 4. de dilat. & ibidem etiam Butr. numero 25. & Abb. num. 13. verſic. aut fuit conſtitutus. Limita niſi pars conſentiat † proteſtationi, & ſic admittat mandatum, alias illud reiicere, Butr. in d. cap. expoſuit, 2 num. 25. & Abb. ſub numero 13. ad fin. de dilat.

Limita etiam niſi appareat datum mandatum ad proponendum dilatorias, nam tunc nõ eſt ſufficiens ad cauſam principalem, eſt tamen ſufficiens ad proponendum dilatorias, ſecundum Abb. in cap. expoſuit, nu. 13. ver. aut fuit conſtitutus. de dilat.

In quacumque diſpoſitione ponatur hæc clauſula, ſemper importat, vt talia expreſſa ſub clauſula † ſint reſer- 3 nata,

uata, eiſque nullo modo derogatum cenſeatur, Geminian.in cõſilio 65.nu. 17.ver. quoad ſecundum, qui loquitur in commiſſione cauſæ. Idem in ſtatuto, vel decreto iudicis, quod procedatur ad vlteriora ſaluis exceptionibus, quia illæ ſemper dicuntur reſeruatæ. Berous in conſ. 91. num.16.& ſeq.volum.3.

4 Et ſtatutum reſeruans † exceptiones in fine litis, operatur, quod ſi in fine appareat exceptio, quę impediat litis ingreſſum, teſtes, & alia acta redduntur nulla, prout ſi de exceptione à principio cognitum fuiſſet, Bald. in conſilio 96. verſ. ſequens quęſtio, volum.1. imò, ſi libellus eſt incertus, vel ineptus, ita quod debeat reiici, tempore ferendæ ſententię reiiciẽdus eſt, vel habetur pro reiecto, non obſtante proceſſu. Caſtrenſ.conſ.65.num.2. in fine, verſ.proceſſus ergo factus, vol. 1. item effectus huius ſtatuti reſeruanti omnes exceptiones in fine litis, eſt, quod iudex poſſit ſuper tali exceptio-
5 ne † pronunciare. Caſtrenſ. in conſ. 192.col.finali, vol.2. vbi ſi vidit teſtes fuiſſe examinatos poſt didicita teſtificata, & exceptio fuit oppoſita & reſeruata, teſtes habentur pro non examinatis, & iudex poteſt pronunciare ſuper ea. Idem, quod huiuſmodi ſtatutum reſeruans omnes exceptiones in
6 fine litis, cenſeatur tollere omnem † appellationem circa dictas exceptiones. vide Caſtrenſ.in conſil.157.num.3. ver.tertio dicitur, vol.2. vbi quod tollit appellationem quatenus reſeruentur: ſed ſi iudex pronunciaret ſuper eiſdem, non facta reſeruatione, bene daretur appellatio: ſed iudex non po-
7 teſt reſeruare † exceptiones declinatorias poſt litem conteſtatam, niſi de conſenſu partium, Alex. in conſ.182. num.5.ver.ad idem adduco, volum.6. & ideo reus non poteſt à iudice compelli ad reſpõdendum libello, & conteſtandam litem, reſeruatis exceptionibus dilatoriis, Alex.d. conſil.182.nu. 5.volum.6. Neque exceptiones † per- 8
emptoriæ poſſunt à iudice reſeruari in ſententia, niſi quando ex neceſſitate faceret, & ſibi non liqueret Alexan. in d.conſil.182.nu.5.& ſeq.ỳ.præterea poſito, volum.6.

Si exceptiones † per decretum in fi- 9
ne litis fuerint reſeruatæ, non tenetur iudex ſuper exceptis pronunciare, ſi non vult, Alex.in l.à quo, §.ſi de teſtamento, ff.ad Trebell.etiam ſi exceptio impediret litis ingreſſum, quoniam valet reſeruatio, niſi appellatur, Alex. in d.§.ſi de teſtamento.

Item ſi in teſtamento fiat fideicõmiſſum vniuerſale, ſaluis † legatis in- 10
fra dicendis, talis clauſula importat limitationem, ita vt legata non veniant in fideicommiſſo. Ancharan. in conſ. 27.num.5.& ſeq.verſ.ad hoc: nã clauſula, Saluo, & excepto, inducit exceptionem eorum quæ ſunt conceſſa, & ſunt de regula. *Signorol.* in conſil. 75. num.8.ver.ſed aduocatus.

Item, in inueſtitura feudi, per dictã clauſulam, † Saluis contentis in iura- 11
mento, intelliguntur reſeruata promiſſa in iuramento ne poſſit contrauenire. Cuman.in conſ.161.in fine, verſ. nec obſtat.

Item, poſita in confinibus, † ſi di- 12
ctum fuerit, Saluis confinibus ſpecificatis, modificat præcedentia ad confines ſpecificatos, Alex.in conſil. 193. in fine numeri 6.vol.6. & etiam ſi ſequatur alia aſſertio confinium, non receditur à primis. Alexand. in d.conſilio 193.vbi allegat gloſſam in l.Labeo, §.1. ỳ.pure, ff.fam.herciſc.

Vide pro hac clauſula, Saluis exceptionibus, & pro d.clauſula, Saluo, quę ſcribit Alberic. in ſuo Dictionario, in ver. Salua fidei veritate, ſalua rerum ſubſtantia.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſaluo, &c. eſt præſeruatiua, non autem noui iuris inductiua.*

2 *Sed in materia fideicommiſſi concurrente voluntate teſtatoris declarat.*

3 *Clauſula, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini, ſequuta traditione, quid operetur.*

4 *Et quid ſi ſit dictum, ſaluo, & non aliter.*

5 *Et quid ſi res tradita eſt difficilis recuperationis.*

6 *Clauſula, ſaluo, & reſeruato conſenſu Communitatis, & non alias, quid operetur.*

7 *Clauſula, ſaluis tamen infraſcriptis limitat.*

8 *Clauſula, ſaluis, &c intelligitur præterquam in expreſſis.*

9 *Clauſulæ præſeruatiuæ conſeruant illæſa iura.*

10 *Clauſula præſeruatiua non dicitur contraria facto.*

11 *Clauſula, ſaluo iure impertinentium, nihil operatur.*

## CLAVSVLA 150.
### *Saluo.*

1 HÆc clauſula † eſt præſeruatiua, non autem noui iuris inductiua, Crauet.conſ.33. num.17. & conſil.70. numero 6.Caſtr.conſ.312. numero 4. libro 1. & vide in cauſa Strigonien. teſtamenti, 12 & 19.Octobris,1587.corã Robuſterio.Oldrad. conſil 257.in fin. Dec.conſ.516 nu.19. Crauetta conſil. 19.n.8.& in Romana domus,28.Iunii 1602.coram Pamphilio.

Limita tamen in materia fideicommiſſi, † in qua concurrente voluntate teſtatoris, declarat, & ampliat præcedentes ſubſtitutiones. Bart.in l.filiam, in fine,ff.de auro,& argento leg.& fuit reſolutum in dicta Strigonien. violationis teſtamenti, 19.Octobris,1587. coram Robuſterio.

Clauſula, ſaluo,& reſeruato † conſenſu domini,&c. ſequuta traditione non excuſat alienantem à caducitate, Bald.in cap.Cumana,nu.3.de elect.& conſ.9.col.2. verſ. reſpondeo, libro 1. quod eſt repetitum in conſil. 188.col. 2.ver.reſponſio libro 3.Iaſon in rub.ff. ſoluto matrimon. in 2. lectura, nu.25. Rip.in c.cum M.Ferrarienſ. num.80. de conſt. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, num.85. eod. titulo.Dec.conſil. 420.n.5. Tiraquel.de retractu lignag. §.1.gloſſ.2.num.32 de conſtit.limit.16. Rol.conſ.51.num.28.libro 2.Clar.in §. emphyteuſis, verſ.13. quæſtion. Item quæro.

Amplia vt procedat etiam ſi dictum ſit,ſaluo,&c. † & non aliter. Bald.in l. 4
vnica,quæſt.16.num.56.C.de confeſſ. Iaſ. in l.non ſolum, § morte, num.27. ff.de noui oper. nunciat. Dec. conſil. 160.numero 4.Bero.in cap.potuit,nu. 25.ver.ſed in vtroque,extra locar. Rolan.conſ.51.num.29.lib 2.

Item amplia vt procedat etiam ſi dictum ſit,non aliter,alias,nec alio modo. Iaſon, in dicto §.morte, numero 27.verſ.iſta limitatio, & in rubr. ff.ſoluto matrimonio, in ſecunda lectura, num.27. ver. ſed caue. Dec.conſ.160. numero 4.Pariſ.conſ 86.num.14. li.4. Alciat.conſ.753.numero 2.& ſeq. Bero conſ.120.num.4.l.1.& in dicto cap. potuit,vt ſupra,& numero 26.vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, Bald. in cap fin. numero 23. de confeſſ. vbi quod proteſtatio facta per hęc verba, in præiudicialibus non releuat.

Contrarium tamen tenet Bald.in c. 1.§ fin.numero 5.in fin.titulo,quæ fuit prima cauſa benefic.amitt. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum,num 85.de Conſtit. Ripa in cap. cum M.Ferrarienſis, num.8.ver. ſecundo intellige,eodem tit. vbi communi, Iaſon in l.fi.nu.142. C.de iur.emph.Rolan.conſil.51.num. 36.vbi de communi,vbi alios allegat li. 2.Clar.§. vbi ſupra,cum aliis,in cauſa

Ra-

Rauenaten. bonorum, 21 Iunii, 1566. coram Pamphilio.

Pro concordia dic, quod quando
5 res tradita difficilis † recuperationis, procedit prima opinio, quando verò facile recuperari poteſt, procedit ſecunda, ita Felin in d.cap.quæ in Eccleſiarum, num. 85. in fine, & ſeq Ripa d. c. cum M. Ferrarienſ. numero 80. verſ. ſublimita tamen.

6 Clauſula, Saluo, & reſeruato † conſenſu Communitatis quatenus opus ſit, & non aliter. alias, &c. an reddat cōditionalem etiam traditionem poſſeſſionis, ita vt finita locatione facta ab emptore venditori, poſſeſſio ſit reſtituenda ipſi emptori. Vide in cauſa Cremonen. aquarum, 5. Maii 1599. coram Gipſio, & 9. Iunii, 1600. coram Millino.

7 Clauſula, Saluis † tamen in prædictis, &c. limitat, & reſtringit totam diſpoſitionem. Angel. conſ. 27. ad fin. Alex. conſ. 193. num. 6. vbi add. li. 6. Dec. conſ. 5. n 1. ver. nam per illam, & conſ. 283. n. 20. in fine, Pariſ. conſ. 70. nu. 15. lib 3. Pedem. deciſione 164. num 78. & ſeqq. & fuit dictum in cauſa Viterbien. Caſtri Viani & in deciſ. 348. lib. 1. Quorid.

8 Clauſula, Saluis, &c. † intelligitur præterquam in expreſſis. Natta conſil. 403. num 7.

9 Hæc clauſula, & ceteræ præſeruatiuæ † operantur, vt per eas cenſeantur conſeruata illæſa priora iura, & obligationes. l. ſi debitorum, § 1. ff quibus mod. pign. vel hyp. ſolu. gloſſ. in l. eleganter, ver. pro ſoluto, & ibi Bar. nu 4. Bald. in v. in ead gloſſa el primo. Caſtr. num. 8. ff. de pignorat. actio. Bart in l. ſi quis aliam, nu. 2. ſi ff. de ſolu Iaſon in l. non ſolum, § morte, n. 48. ff. de op. noui nunc. Alex. conſil. 190. n. 22. libro 2. Cæpol. cau. 123 & fuit reſolutū in cauſa Senog prædij, 19. Nouembris, 1583. coram Bub. & in Romana anterioritatis, 23. Iunij 1603. coram Pamphilio.

Et hæc clauſula non † dicitur contraria facto, cum non tollat totum factum, ſed tantum illud limitet, vt per Abbatem, in c. 1. num 17 de lit. cōteſt. Alex. conſ 130. nu. 13 verſ. nec obſtat ſi diceretur, cum ſeqq. libro 4. & fuit dictum in dicta Senogal. prædij coram Bubalo. & dicta Romana anterioritatis, coram Pamphilio. 10

Item clauſula, † Saluo iure impertinentium, nihil operatur, ſed potius ponitur à iudice ad obturandum os loquentium, quam ad alium finem. Afflict. deciſione 33 n. 7 Mynſinger. in li. 2 Obſeruationum, cap. 56. & c. 90. 11

Vide quæ addidi ad clauſulam proxime præcedentem.

### CLAVSVLA 151.

*Seu donationibus.*

HÆc clauſula appoſita in derogatione exemptionis penſionarii, ab oneribus, &c. an intelligatur de clauſulis donationis appoſitis in ſupplicatione, vel etiam de appoſitis in obligatione ſolutionis pēſionis ad partes facta, vide in Toletana penſionis, ſeu excuſati, 20. Nouembris, 1581. coram Centuccio, vt in deciſ. 161. num. 4. parte 2. diuerſ.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, Si, & inquantum, importat admiſſionem inquantum ſint admittenda.*
2 *Et ſi iudex admittere non potuit, decretum eſt nullum.*
3 *Et quos effectus pariat.*

### CLAVSVLA 152.

*Si, & inquantum.*

HÆc clauſula importat * admiſſionem in his, quæ ſunt admittenda, Bal. in l. edita, n. 93. C. de edend. Franc. in cap. ſæpè, numero 5. de appell. Felin. in cap. cum contingat, num 12. & 13. de offic deleg Rom. cōſ. 501. n. 4. & ſeqq. Socin. iun. conſilio 18. 1

num.14.& 15. lib. 1. & fuit dictum in Valentina iuriſpatronatus de Conſentayno,30. Ianuarij, 1581. coram Seraphino, vt in deciſ.687. num.2. parte 1.diuerſ. Maranta de ordin.iudic, parte 5.§.appellatio.num.200.

Item hæc clauſula operatur, vt ſi iudex illam admittere non poſſet, decre-
2 tum eſt † nullum ipſo iure, quia intelligitur de præſenti, vnde ſi iudex, qui illam appoſuit decretum facere non poterat, eſt nullum, & perpetuo de nullitate dici poteſt, etiam coram quocunque iudice, incidenter, Bar. in l.ambitioſa, nu.32. ff de decretis ab ordine faciendis, & ad illum addentes plurimos congerunt.

3 Et quos effectus pariat, † iſta clauſula, vide Roman. in conſ.301.nu.4. & quando in appellatione admittatur, Verall.deciſ.49 p.1.

Hæc clauſula eſt repetita infra in 2. primę.

### CLAVSVLA 153.

*Si de præmiſſis, ſeu altero eorum conſtiterit.*

EX hac clauſula poſita in ſupplicatione impetrationis in forma iuris, ſub narratiua plurium delictorum, ſolent caſſari illa verba (ſeu altero eorum) & omnia delicta narrata ſunt iuſtificanda, Staphil. de Sign. Iuſt. §.& primo ſciendum, n.2. Sarnen. de ſubrog. quæſt.7.verſ.item ſciendum, & fuit reſolutum in cauſa Oxonen. Archidiaconatus, 19. Octobr. 1601. coram Lancell. vbi, An requiratur plena probatio.

### CLAVSVLA 154.

*Sicut accepimus.*

HÆc clauſula in gratia motu proprio, nō requirit iuſtificatio[nem,] ſecus ſi in gratia ad ſupplicatio[nem], Put.deciſ.101.lib.2. Guidobon. deciſ. 161. Achil.dec.10 num.1.2.& 3.de probat.447.n.1.& 2.par.1.diuerſ. & fuit dictum in cauſa Merenſ. Monaſterij 21. Febr.1600. coram Litta.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, iuxta ſolitum, vel prout hactenus conſueuerat, ſtat conditionaliter.*

2 *Secus ſi diſpoſitio ſit certa, & facta habente poteſtatem.*

3 *Et quid ſi conceſſio ſit facta ad ſupplicationem partis, vel motu proprio.*

4 *Clauſula, iuxta ſolitum, &c. ſtat cauſatiuè, quando conſtat de animo diſponendi.*

5 *Gratia facta iuxta conſuetum, an ſolitum probari debeat.*

### CLAVSVLA 155.

*Si, & prout hactenus, &c.*

HÆc clauſula, † prout illa, ſicut & iuxta ſolitum, & ſimiles, ſtant conditionaliter ita, vt niſi appareat de conſuetudine, nihil operentur, Aret. conſ.76.n.5. Felin. in cap.2.n.11.verſ.aliquando, de reſcrip. Dec.conſ.63.numero 6.& conſ.361.nu.1. Rebuff.conſ. 92.num.4 Straccha de aſſecurat.gloſſ. 11.num.55.verſ.commodiſſime, & facit deciſ.665 lib.5.par.4. diuerſ.& dec. 534.ſub num.6.verſ.ſed nec in contrarium par.1.diuerſ. & vide in cauſa Salamantina iuriſdictionis, 22. Aprilis 1580. coram Seraphino, & in Tiraſonen. iuriſpatronatus, 17. Febr. 1592. coram Blanchetto vigeſimę, 18. Maij 1601. coram Sacrato. 1

Dic verum, quando diſpoſitio eſt incerta, vel facta à non habente facultatem diſponendi, † ſecus in diſpoſitione certa, & facta ab habente poteſtatem, & animum de nouo concedendi: nam hoc caſu ſtat cauſatiue, non autem conditionaliter, & ideo, licet de cōſueto nō conſtet, valet nihilominus diſpoſitio, Bart. in l.cū qui, §.Iulianus, n.1. ff.de cōſt.pec.& in Extrau.ad repri mendū, verbo, prout, n.2 Caſtr. c 17.n. 2.l.2. Felin. in d.c 2 n.10. Curt.iun.cōſ. 97.nu.4. Gram.deciſ.50.n.22. & ſeqq. Straccha dicta gloſ.11.numer. 55. Mohed. 2

hed.dec.8 ad finem, de feud. Put. deciſ.211.libro 2.Rot.deciſ.171 n.4.par.1. & deciſ.27.num.2.deciſ.40.nu.3. deciſ.37.nu.8.& ſeq.par. 2. diuerſ. & fuit di[illegible]m in cauſa Salamantina Iuriſdi[illegible]is,17. Maij 1577. coram Seraphino,& in Tiraſonen. coram Blanchetto,& in Romana Vigeſimæ,coram Sacrato,vt ſupra &c.

3 Item dic verum † in conceſſione ad ſupplicationem partis, & facta abſque cauſæ cognitione,in qua Princeps non intendit de nouo concedere prout in confirmationibus, ſecus in conceſſione motu proprio,& cum cauſę cognitione,quia tunc ſtant cauſatiuè,gloſ.in cap.venerabilis,verbo, ſicut, & in c.examinata, verbo, ſicut prouidè, vbi Abb.num.5.Dec.n.4.verſ.in gl. fin.de conſ.vt.vel inut. Fel.in dicto cap.2.n.11.verſ.& dicit ibi Imol. Put.deciſ.211. lib.2.& vide in d. Tiraſonen. Iuriſpatronatus,coram R.P.D.Blanchette,& in Romana Vigeſimę coram Sacrato, Ripa reſponſo quinto, nu.9.ſuper eodem titulo,de diuerſ.reſcript.

Item declara,quod tunc illę clauſulæ ſtant cauſatiuè, † ſi conſtat de ani-
4 mo de nouo concedendi habentis poteſtatem,& diſpoſitio ſit certa, quando de relato non cõſtat,ſecus ſi de [illegible] conſtet,nam tunc ſtant cõditionaliter, & reſpectiue, & non cauſatiuè,Caſtr. conſ.16. in fine lib.2.Felin.in cap.2.n.12.& 13 Dec.in 2.notab n.5.verſ. quorum dictis, de reſcript. idem Dec.in c. quoniã Abbas,in fine, de offic.deleg. & in l.pen.in 2 notab. C.de inſtitut.& ſubſtit.Curt.iun.conſ.92.n.10. Caputaq; deciſ.255. par.1. Grammat. deciſ. 59.num.9.Rota deciſ.27. num.2. & 3. & deciſ.40. nu.4 & 5.par. 2. diuerſ.& vide in dicta Romana Vigeſimæ, coram Sacrato.

Adde tamen,quod ille,cui eſt facta
5 gratia,† non tenetur probare conſuetum, vel relatũ, quando hæ dictiones ſtant cauſatiue,quia valet gratia,etiam ſi cauſa non eſſet vera, niſi eſſet talis cauſa, qua non ſubſiſtente, Princeps non conceſſiſſet,quod dicenti incumbit onus probandi. Oldrad.conſ.121. num.12.& 13.Io.Andr.in addit.ad Specul.tit.de feud. §.1.num.3.verb. inſtrumentum, Curt.iun. conſilio 98 numero 4 Gram.deciſione 7.ſub.numero 27.Rota,deciſione 36.numer.9.par. 2.diuerſ.

SVMMARIA.

1 *Clauſula.ſi inueneris,& clauſula ſi repereris,an differant.*

2 *Et quando importet cauſæ cognitionem.*

3 *Et in re leuis præiudicii non requirunt citationem.*

## CLAVSVLA 156.

### *Si inueneris vel ſi repereris.*

INter has † clauſulas,an ſit aliqua differentia,dic quod clauſula, ſi inue- 1
neris,importat cauſę cognitionem, & ſic requirit partis citationem: clauſula vero,ſi repereris, ſonat tantum monitionem,& ideo non requirit partis vocationem,alleg.cap.27.numero 3.Rot. deciſ.14 de dolo,& contum. in antiq. cum allegatis per Papazzon. in deciſ. [illegible] numero 3 de offic. delegati, in nouiſ.

Contrarium,ſcilicet, quod inter has clauſulas nulla ſit differentia, quamquam vtraque ſonet tantum monitionem,tenet idem met cap allegat deciſ. 15.num 7.verſ.non obſtat,vbi de verbo inueneris, Rot.deciſ.15.de dolo,& cont.in antiq.vbi de eodem verbo,inueneris,Feli.expreſſe, in cap 2.n 6. de reſcript.Papazzon.ad deciſ.12. num.3. de offic.deleg in nou.Mandoſ.ad cap. allegat.15.nu.7.verbo, ſi inueneris.& alleg.27.n.3.ver.cõditionem,& Ægid. dec. 176. quam ponit pro alio, & ſic nullam facit differentiam Idem facit Staphil de lit.iuſtit. §.citatio numer.7. in fine.

Adde, quod huiuſmodi clauſulæ, licet de ſui natura non inferant partis
2 citationem, † tamen quando adiiciuntur in perſonam iudicis, & circa materiam iudicialem, accipiuntur pro clauſula, ſi conſtiterit, & ratione ſubiectæ materiæ important cauſæ cognitionem, & requirunt partis citationem, argum. l. ſi. vno, ff. locati, Ægid. deciſ. 176. Staphil. d. §. citatio, numer. 8. & 9. facit Dec. conſilio 603. ſub numero 13. vbi æquiparat clauſulam, Si repereris, clauſulæ, Si conſtiterit.

3 Dic etiam, † quod quando agitur de re modica, & parui præiudicij, tunc non requiritur citatio, ſecus vero quãdo agitur de graui præiudicio, quia tunc requiritur citatio, Rota deciſ. 16. de dolo & cõtumacia, in antiquis, Staphil. dicto §. citatio, nu. 11. & ſeqq. Papazzon. ad deciſionem 12. n. 3. de officio delegati, in nouiſſ.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Si ita eſt, facit gratiam conditionalem.*

2 *Requirit cauſæ cognitionem.*

3 *Quando eſt gratia in forma commiſſaria, ſemper apponitur ab expeditoribus.*

4 *Clauſula, ſi conſtiterit, facit conditionalem, & quando fallit.*

5 *Quando importet cognitionem extraiudicialem.*

## CLAVSVLA 157.
### *Si ita eſt.*

1 HÆc clauſula † reddit gratiam cõditionalem, cap. 2. iuncta gloſ. verbo, conditio, de reſcrip. & dictum in cauſa Portugallen. diſmembrationis, 16. Iunij, 1595. coram Blanchetto, & vide in eadem 28. Iunij, 1600. & 13. Iunij 1601. coram Iuſto.

2 Et ideo requirit † cauſæ cognitionem, & partis citationem, Rota d. 12. de offic. deleg. in nou. & fuit dictum in dicta Portugal. diſmembrationis coram Blanchetto, & in ead. coram Iuſto. Achil. deciſ. 2. de fil. presbyt. vide in Mediolani matrimonij, 11 Februarij, coram Millino.

Contrarium, quod hæc clauſula, ex quo tacitè ineſt, cap. 2. de reſcript. non reddat gratiam conditionalem iuxt. tex. in l. conditiones extrinſecus, ff. de condit. & demon. & ideo non requirat partis citationem, nec cauſæ cognitionem tenet Lap. alleg. 60. numero 2. Mandoſ. in verbo, conditionale, Doct. in cap. fin. vbi Felin. numero 18. de præſumpt. Ægid. deciſione 4. verſic. cuius occaſione, vbi quod hæc clauſula poſita in reſcripto, non inducit nouam formam, nec conſequenter partis vocationem coram exequutore, Cardinal. in Clement. prima, numero 17. de offic. deleg. & fuit dictum in Calciaten. iuriſdictionis, 15. Aprilis 1587. coram Seraph. vbi, quòd prædictæ litteræ expediuntur in forma gratioſa, ſine alio examine quando ſuppoſitio eſt concepta cum illa clauſula.

Hæc clauſula ſemper apponitur ab expeditoribus, † quando gratia eſt in 3
forma commiſſoria, vt fuit dictum in cauſa Portugall. diſmembrationis, coram Iuſto 13. Iunij, 1601. & Calagur. Canonicatus, 5. Nouemb. 1601. coram Sacrato.

Adde, quòd ſecùs eſt in clauſula. Si conſtiterit, † quæ importat conditio- 4
nem, & facit commiſſionem conditionalem, Dec. in conſ. 198. col. fi. cum aliis per Caualcan. in dec. 22. n. 6. p. 1. Rot. dec. 21. de reſcript. in antiq. & dec. 15. de dolo, & cont. eod. & ideo vt conſtet, & iudici intelligatur data iuriſdictio, opus eſt vt præcedat iudicialis cognitio, Lap. Alleg. 61. & Allegatione 65. Oldradus in conſilio 218. aliàs proceſſus eſſet nullus, Felin. in c. fin. numero 5. de præſumptionibus, & in c. ſi conſtiterit, col. 2. de accuſationib.

tionibus. Aliquando non importat indaginem iudicialem, ſed cognitionem
5 † extraiudicialem, vt in caſu d. dec. 22. Caualcan. in par. 1. & tunc habetur pro non appoſita, & iudex remanet merus exequutor, Abb. in d. c. fin. col. 7. de præſumpt. & ibi Imola, num. 9. Item, non importat indaginem iudicialem, ſi ex mente Papæ aliter appareret, videlicet, quod clauſulæ extraiudicialiter verificandæ eſſent, nam iudex tunc ita faciens, exequutio firma atque valida erit, ad notata per Felin. in d. c. fi. de præſumpt. Pariſ. in conſ. 67. num. 5. & ſeq. vol. 2. Nimirum ſi ſuperaddidiſſet: Et ſuper his conſcientiam veſtram oneramus. Lapus alleg. 15. in fine & Alleg. 60. nu. 4. plura ſcripſi ſuper hoc ſupra in clauſula, Conſtito, alia etiam plurima ſcripſit Caualcan. in dicta deciſ. 22. n. 9 & ſeq. parte 1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Sine præiudicio, præſeruat iura.*
2 *Et quidquid geritur, reddit conditionale.*
3 *Intelligitur præterquam in expreſſis. & num. 9.*
4 *Nullum ius tribuit iudicibus.*
5 *Et quid operetur poſita in conſenſu alienationis alicuius rei.*
6 *Poſita in tranſactione quid operetur.*
7 *Expreſſa à Principe, videtur ſuperflua.*
8 *Cur poſita in fine, reſpiciat præcedentia.*
10 *Refertur ad ciuilitatem, non autem ad immunitatem.*

CLAVSVLA 158.

*Sine præiudicio.*

1 HÆc clauſula, ſine præiudicio † iurium ſuorum, præſeruat ius, quod habet. Put. deciſ. 32. 10. Octobris, libro ſecundo, & fuit dictum in Rom. domorum, 5 Martij 1586 coram Seraphino.

Eſt enim hæc clauſula præſeruatiua iurium. Paul. de Caſtro, conſil. 312. numero 4. libro primo, Pariſ. conſilio 23. num 42. lib. 1. & conſ. 70. numer. 18. libro tertio, Put. deciſ. 197. numero 23. libro primo, & deciſ. 115. numero primo, in fine libri ſecundi, & fuit dictum in cauſa Caputaqu. præcedentiæ, 17. Iunij 1577. coram Blanchetto, vt in deciſ. 17. lib. primo, Quotid. & in cauſa Rauennaten. Vallium 17. Maij 1591. coram Pamphilio, & in Tiraſonen. oblationum, 28. Iunij 1595. coram eodem, & in Romana domus 7. Nouembris 1597. coram eodem. Oldr. conſilio 237. in fin. & fuit reſolutum in cauſa Imolen. Caſtrorum 15. Nouembris, 1571. coram Seraphino.

Et ideo nullum ius tribuit, ſed tamen præſeruat, ſi quod quis habebat. Oldrad. dicto conſil. 237 in fine, & fuit dictum in cauſa Valentina penſionis 3 Iunij 1602. coram Litta.

Et eſt præſeruatiua omnium iurium, Pariſ. conſil. 5. numero 40. lib. primo, & fuit dictum in cauſa Regien. feudi de Tobalis, 24. Nouembr. 1586. coram Pamphilio.

Et reddit quidquid geritur † conditionale, & ideo operatur, quòd quatenus inferatur præiudicium, perinde ſit, ac ſi actus non fuiſſet factus, l. ſi teſtamento. Centurio, § primo, ff. de manum. teſtam. Put. deciſ. 31. numero 1. libro 2. & in dicta cauſa Caputaqu. præcedentiæ 17. Iunij 1577. coram Blanchetto, vt in deciſ. 107. libro primo, Quotid. & in Rauennaten. Vallium, 7. Maij 1591. coram Pamphilio. 2

Adde tamen, quòd hæc † clauſula intelligitur præterquam in expreſſis, Oldrad. conſ. 14. aliàs 330. in fine, Pariſ. conſil. 70. numero 12. libro primo, Samen. de iure quæſito, quæſtione prima num. 14. Put. deciſ. 133. libro tertio, Verall. deciſ. 284. libr. primo, Mandoſ. 3

conſil.10.n.14. & fuit dictum in cauſa Romana hæreditatis à Bordeſia, 18. Aprilis 1575. coram Aldobrandino.

Et de hac clauſula ſcripſi etiam infra in ſecunda parte, in clauſulis preſeruatiuis, vt in deciſ.236. ſub num.3. parte 1. diuerſ. & fuit dictum in Meliren. beneficij, 10. Nouembris 1586. coram Seraphino, & in Rauennaten attentatorum, 26 Iunij 1589. coram Mantica. Rebuf. in for. nouæ prouiſ. verbo, dummodo à tempore, num.6. & in Papien bonorum, 10. Maij, 1602. coram Pamphilio.

Clauſula ſine præiudicio iuris alte-
4 ri † quæſiti, poſita in abſolutione ab excommunicatione, ob recurſum ad iudices laicos, nullum ius tribuit aduerſario, ſed tantum præſeruat ſi quòd habet, ad conſ. Oldr. 237. in fi. & fuit dictum in cauſa Valentina penſionis, 3 Iunij 1602. coram Litta.

Clauſula, ſine præiudicio iurium
5 ſuorum poſita † in conſenſu præſtito in alienatione alicuius rei, ne inducatur contrarietas, operatur tantum, vt conſentiens alienationi, cenſeatur reſeruaſſe ius reſpectu pretij tantùm, nō autem dominij. Iaſon in l. ſi fundum, num.8. ff. de legat. primo, Alciatus de præſumption. regula ſecunda, præſumpt.28. num.5. Tiraquell. de retractu lignag §. gloſſa 9. n.135. cum ſequ. & fuit dictum in Romana domorum, 5. Martij 1584. coram Seraphino.

Item poſita in tranſactione facta
6 † ab agente ſpolio, operatur vt non cenſeatur remiſſum ſpolium in pecunia purgandum reſpectu valoris rei, de qua agebatur, etiam pro reſiduo, conſtito etiam poſt tranſactionem de augmento valoris rei, vt fuit dictum in dicta Romana domorum, coram Seraphino.

7 Hæc clauſula expreſſa à Principe † reſcribente, videtur ſuperflua, quoniam reſcripta ſemper intelligitur ſine præiudicio alterius, l.2.§. merito, ff. ne quid in loco publico, l.1.§. ſunt autem, in fine, ff. ne quid in flumine publico, cum aliis per Afflict. in deciſ. 334. num.3. & per Alciat. Regula 3. preſumptione 11. num.3. & per Menoch. in lib.1. præſumptione 9 volum.1. & 2. Marſil. Singulari 483. Propterea poſita † in fine, omnia æqualiter reſpicere 8
dicitur atque etiam precedentia reſpicit, ad tradita per Menoch. in conſilio 304. numero 5. qui alios allegat

Nunquam † præſeruat præiudi- 9
cium, quod factum expreſsè apparet: ſed ſi poſtea appoſita eſt, intelligitur de alio iudicio, quàm expreſſo, vt dictum eſt ſupra, num.3 Adde Creſcent. deciſ.7. de iure patronat. multa alia citat ad hoc Hondedeus in conſil. 87. num.47. vol.1.

Et ſi inſerta fuerit in Breui Apoſtolico, immunitatis, & ciuilitatis, non refertur ad immunitatem, ſed ad ſolam
† ciuilitatem, vide Pariſ. in conſilio 10
70. n.4. & ſeq. & n.10. & ſeq. volum.1. vide Menoch. in conſ.117. n.4.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Sine præiudicio exequutionis, intelligitur prout de iure.*

2 *Non alteratur per clauſulam, quatenus illi locus ſit.*

3 *Refertur ad ſummam, quæ in ſententia continetur.*

4 *Poſita in vna commiſſione, cenſetur ſemper repetita in ſequentibus.*

5 *Operatur, quòd iudex à quo, poſſit procedere.*

6 *Non impedit, quò minus iudex ad quem, non poſſit abſoluere.*

7 *Præſeruat legitimam exequutionem.*

8 *Et quid ſi ſit additum, arbitrio Rotæ.*

9 *Poſita in commiſſione appellationis, præſeruat iuriſdictionem iudicis à quo.*

10 Et

10 *Et quid ſi iudici à quo, eſſet inhibitum.*
11 *Non comprehendit ſententias nullas, & iniuſtas.*
12 *Non tollit iuriſdictionem iudicis ad quem.*

CLAVSVLA 158.

*Sine præiudicio cognitionis.*

1 HÆc clauſula † intelligitur prout de iure, id eſt, quatenus de iure ſit locus exequutioni. Iaſon in l.cauſas, numero 7 C.de tranſact. Creſcēt. dec.1.de reſcrip.& fuit dictum in cauſa Firmana Olei, 9.Aprilis 1576.coram Blāchetto,& in Hiſpalen.& Caurien. permutationis, 11.Martii 1596. coram Gipſio, in qua adeſt dec.in d Firmana Olei, & fuit etiam dictum in cauſa Oneten.beneficii, 28.Nouembris 1597. coram Lancellotto, & in Oritana parochialis, 12. Decembris 1597.coram Peregrino.

2 Et ideo non alteratur per clauſulam, † Quatenus illi locus ſit, ad l.cum rectè, C.de fideiuſſ.& fuit dictum in dicta Oritana parochialis, coram Peregrino.

3 Hæc clauſula refertur ad ſummam, † quæ in ſententia continetur, & ideo illam non auget ad tradita per Couar. in rubr. de teſtam. parte 2 ſub num.13.verſic.tertia concluſio, & fuit reſolutum in cauſa Romana penſionis, 23.Maii 1576.coram Blanchetto, vt in dec.310 parte 1.diuerſ.

4 Hæc clauſula cenſetur repetita † in qualibet Commiſſione, ad dec.Ægid. 41.& Caſſad 8.nu.5.de reſcript.& fuit reſolutum in cauſa Nouarienſi Decimarum, 11.Decemb.1573.coram Blanchetto, vt in deciſio.515 libro 2. Quotid. & fuit dictum in cauſa Auellina Archipresbyteratus, 6. Aprilis 1590. coram Pegna.

4 Clauſula, Sine præiudicio legitimæ exequutionis, operatur, quòd iudex à quo poſſit exequi, non tamē impedit, quòd exequutio, ſi non ſit legitima, nō poſſit reuocari, vt fuit dictum in cauſa Romana Caſalis, 24.Nou.1581.cor.Aldobrand.vt in dec.149.libro 2. Quotid. & in Placentina fideiuſſionis, 22. Iunii 1592.corā Pegn.& in Segobicen. operariæ, 27.Iunii 1597.coram Pāph.& vide in cauſa Bracchar.pecuniar.2.Decembr.1591.coram Orano.

Et ideo non impedit, quo minus † iudex ad quem, non poſſit abſoluere nulliter excommunicatum, vt fuit dictum in d.Placen.fideiuſſionis coram Pegna, & d.Segobicen. operariç coram Pamphilio. 6

Et ratio eſt, quia hæc clauſula præſeruat † tantum legitimam exequutionem, non autem nullam, vel iniuſtam, vt in dicta Romana Caſalis coram Aldobrandino, & Segobicen. operariæ, coram Pamphilio. 7

Et illegitima exequutio reuocatur, etiam per viam attentatorum, vt in dicta Romana Caſalis, coram Aldobrandino, reſolutum fuit.

De clauſula, *Sine præiudicio legitimæ † exequutionis arbitrio Rotæ*, vide in cauſa *Salamantina* nullitatis cenſurarum, 16.& 28.Nouemb. 1594. coram Seraphino, vbi ſtante hac Clauſula fuit ſimpliciter inhibitum. 8

Hęc clauſula in Cōmiſſione appellationis † poſita, pręſeruat iuriſdictionē Iudicis à quo, vt poſſit procedere ad exequutionē, non obſtante quòd pendeat appellatio, Lancell.de attēt.poſt inhib.c.20.limit.13.Rot. dec.641.n.10. & 11 part 1. diuerſ.Cæſar de Graſſ.deciſ.3.in fin. de iudic. & fuit dictum in cauſa Tarraconenſi Villæ de Reus, 8. Februarij 1593 coram Seraphino, & in Spoletana reſponſionis, 5.Iulii, 1599. coram Corduba. 9

Limita, niſi Iudici † à quo eſſet inhibitum, Giges de penſion. quæſtione 69 nu.4 Lancell. vbi ſupra ampliat.1. 10

numero 8.

In contrarium vide eundem Lancellot,de attent.poſt inhib.limitat.13. & facit Fab. deciſ.23.lib.2.& vide ſupra,in clauſula,Dummodo cauſa non ſit inſtructa, Vant.de nullit. quot, & quib.mod.n.13.

Hæc clauſula non comprehendit
11 † ſententias nullas, & iniuſtas,l.4.§. condemnatum.ff.de re iud.& fuit dictum in cauſa Calaguritana, de Zalduendo,9.Decembris 1588.coram Seraphino.

Nec tollit iuriſdictionem iudicis
12 ad quem,† & licet non operetur effectum ſuſpenſiuum, operatur tamen deuolutiuum, vt de eo cognoſci poſſit,etiam reuocando,Rota in Calaguritana de Zalduendo, coram Seraphino.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,Sine præiudicio litterarum Apoſtolicarum, præſeruat facultatem exequutoribus ipſarum.*

2 *Non impedit quo minus iudex poſſit procedere, etiam non facta exequutione.*

3 *Non impedit,quò minus facta exequutione poſſit dici de nullitate.*

4 *Exequutio donec fiat,quando non poſſit dari mandatum de manutenendo.*

5 *Exequutio iudicis ad quem, per quam clauſulam non transferatur.*

6 *Clauſula,Sine præiudicio litterarum,intelligitur de litteris antea emanatis.*

7 *Et impedit,vt non poſſit procedi in negotio principali.*

8 *Poſita in commiſſione appellationis, operatur,vt ſuſtineatur exequutio facta lite pendente.*

## CLAVSVLA 160.

*Sine præiudicio exequutionis litterarum Apoſtolicarum.*

HÆc clauſula ſolum præſeruat fa-
1 cultatem † exequutoribus litterarum Apoſtolicarum procedendi,ad exequutionem, non obſtante iudicio ordinario. Put.deciſion. 79. libro primo, & fuit dictum in cauſa Hiſpal.& Caurien.permutationis coram Gipſio, & in Ouiten.beneficij,coram Lancellot. & in Oritana parochialis, coram Peregrino,vt ſupra.

Et ideo non † impedit quo minus 2
iudex poſſit procedere etiam non facta exequutione,dummodo illam nō impediat, vt fuit dictum in dictis Oueten.coram Lancellotto, & Oritana coram Peregrino.

Item non impedit quo minus facta
exequutione † poſſit dici de nullitate 3
exequutionis,& poſſit manuteneri, ſi non habuerit ſe pro ſpoliato, vel reſtitui,ſi habuerit ſe pro ſpoliato, quia facta exequutione,eſt cōſūptus effectus dictę clauſulæ,& iudex functus eſt officio ſuo,Put.deciſ.419.lib.2.& fuit reſolutum in cauſa Oueten.beneficij,coram Lancellotto,& Oritana parochialis,coram Peregrino,& in Regien.beneficij,13.Ianuarij 1597.coram Litta.

Secùs tamen ante factam exequu-
tionem, nam donec fit exequutio † 4
propter hanc clauſulam nō poteſt dari mandatum,de manutenendo,ne oriatur contrarietas, ſi exequutor eiiceret, & Iudex cui eſt commiſſa cauſa,manuteneret,vt fuit dictum in cauſa Tullē. Congruæ portionis 9.Decembr. 1597. coram Corduba, & in cauſa Regien. Monaſterij,13.Ianuarij 1597.coram Litta, & vide in cauſa Hiſpalen. & Caurien.coram Gipſio, & in ead. 4. Decembr. 1595. coram eod.& in Oritana parochialis,coram Peregrino.

Dic verum,quando mandatum de manutenendo daretur ſimpliciter, ſecus ſi cum clauſula,Sine præiudicio exequutionis litterarum Apoſtolicarum, prout cum iſta clauſula fuit dictum in cauſa Oritana parochialis,coram Peregrino.

Et adde quòd clauſula, Sine præiu-
dicio † exequutionis litterarū Apoſto- 5
licarum,

licarũ, quatenus illi locus ſit in Commiſſione appoſita, cum facultate manutenendi, non transfert exequutionem ad Iudicem ad quem, ita vt poſſit videre an ſit locus exequutioni, ſed ſolum operatur, vt poſſit videre, an ſit dandum mandatum de manutenendo, cum dicta clauſula, vt in dicta Oritana parrochialis, coram Peregr.

6 Hæc clauſula poſita in Commiſſione, † intelligitur de litteris antea emanatis, non autem de gratia poſtea conceſſa non facta mentione litis, ad trad. per Lancellottum de attent. lit. pend. numero 413. & 423. Palæot. deciſione 116. Ioannes Michael. Ita fuit dictum in cauſa Valliſoletana Scholaſtriæ, 5. Iulii 1599. coram Lancellotto.

7 Hæc clauſula in Commiſſione cauſæ principalis appoſita † operatur, quòd non poſſit procedi in negocio principali, niſi parito litteris, ſicut dicitur de clauſula, Sine retardatione ſolutionis penſionis. Sarnen. in Compendio ſign. numero 84. Put. deciſione 19 de penſ. Io. Paul. deciſione 61. cui ęquipollet, ita fuit reſolutum in cauſa Syracuſana præeminentiarum, 5. Octobris 1584. coram Bubalo, & fuit dictum in Auellina Archipresbyt. 6. Aprilis 1588 coram Seraphino.

8 Hæc clauſula poſita in commiſſione appellationis, † operatur, quòd ſuſtineatur exequutio facta appellatione pendente, vt fuit dictum in cauſa Foroliuienſ. beneficiorum 13. Iunii 1588. coram Seraphino.

CLAVSVLA 161.

*Sine præiudicio prioritatis.*

HÆc clauſula, Sine præiudicio prioritatis, & anterioritatis, poſita in renunciatione hypothecæ ſuper aliqua re, intelligitur quo ad alia bona, præter illam, cui renunciauit, Gram. deciſione 56. numero 4 & 7. vide in cauſa Romana apothecarum, 14. Iunij 1602. coram Lancellotto.

CLAVSVLA 162.

*Sine præiudicio venientium ab inteſtato.*

HÆc clauſula poſita in legitimatione, non intrat ſtante teſtamento, Caſtr. conſilio 102. colum. fin. ℣. quarto videndum, & conſilio 429. in fine, libro 2. & in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 16. ad finẽ, vbi Lancellot. Galiaul. numero 90. ff. de lib. & poſthum. Bald. inter conſilia Ang. conſilio 265. Fulgoſ. conſilio 16. numero 2. Dec. qui de communi, conſilio 393. num. 1. conſilio 338. num. 4. Ruin. conſil. 82. aliàs 72. numero 1. lib. 3. Couar. in Epito. parte 2. capite 8. § 10. ſub numero 1. & fuit reſolutum in cauſa Romana de Buſſego, 10. Ianuarij 1567. coram Robuſterio, vt in deciſione 112. libro 1. Quotid.

De hac clauſula ſcripſi etiam in ſecunda primæ, in Clauſula, ſaluo iure agnatorum.

CLAVSVLA 163.

*Sine præiudicio trium conformium.*

HÆc clauſula poſita in Commiſſione reſtitutionis in integrum, non impedit quò minus dicatur introducta lis ante exequutionem, vt fuit dictum in cauſa Aquilana Canonicatus, 26. Aprilis 1591. coram Seraphino.

Hęc clauſula intelligitur de validis, ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. cum ibi not. vt in ſimili in clauſula, Conſtito de tribus conformibus, fuit reſolutum in cauſa Caputaq. vnionis, prima Iulii, 1587. coram Bubalo, & in cauſa Laudenſ. pecuniaria, prima Iulii 1585. coram Pamphilio, cum aliis ſupradictis in clauſula Conſtito.

CLAVSVLA 164.

*Sine ſtrepitu, & figura iudicij.*

EX clauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & ſola facti veritate inſpecta, non poteſt colligi datam fuiſſe facultatem nulliter prorſus procedendi, Bartolus in l. prima, ff. de milit. teſtament. & in Extrauagãti Ad reprim. verb. videbitur, Rota in Romana tutel. de Fabiis, 14. Iunii 1583. coram Seraphino.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Sine retardatione ſolutionis, tribuit iuriſdictionem conditionalem.*

2 *Et operatur, vt etiam lite pendente ſolutio facienda ſit.*

3 *Et procedit etiam lata ſententia ſuper ſpolio.*

4 *Etiam non docto de aliqua quaſi poſſeſſione.*

5 *Clauſula, Sine retardatione ſolutionis, habet locum ſtante quaſi poſſeſſione, vel expeditione litterarum.*

6 *Imo ſola ſupplicatio ſufficit, nec requiritur expeditio litterarum.*

7 *Et litteras non opus eſt iuſtificari, niſi gratia eſſet conditionalis.*

8 *Manutentio in poſſeſſione exigendi quot requirat.*

9 *Non operatur quando conſtat de vitio, ſiue de nullitate penſionis.*

10 *Exceptio oriens ex ventre non impedit exequutionem ſolutionis penſionis.*

11 *Exceptio dicitur oriri ex ventre, quando gratia eſt conditionalis.*

12 *Exceptio oriens ex ventre quando non impedit.*

13 *Sententia & alia acta facta ante ſolutionem, quando ſunt nulla*

14 *Penſio debet prius ſolui, & debet in actis conſtare, vt procedi poſſit, ſtante clauſula.*

15 *Clauſula, Sine retardatione ſolutionis cum eſt ſatisfactum, quando ſolutio eſt facienda à tertio.*

16 *Clauſula, Sine retardatione ſolutionis, poſita in commiſſione appellationis, refertur quoad ſummam contentam in ſententia.*

17 *Et cenſetur in qualibet commiſſione repetita.*

18 *Datur etiam tranſlatario, qui numquam exegit, & quid ſi ſint plures, & num. 20*

19 *Et ſi adſit clauſula, Arbitrio Rotæ, non ſuſpenditur exequutio.*

21 *Præſeruat iuriſdictionem in commiſſione appellationis.*

22 *Poſita in commiſſione Nuncij, quando non obſtet.*

23 *Clauſula quæ ſolet apponi in honorem litterarum Apoſtolicarum, & ad obuiandum fraudibus.*

24 *Clauſula, Sine retardatione, efficit ei iam tertium venientem ad cauſam.*

25 *Non operatur quando penſionarius ſtetit per multum tempus.*

26 *Neque datur quando penſio eſt impoſita ſuper pluribus beneficijs.*

CLAVSVLA 165.

*Sine retardatione ſolutionis penſionis.*

HÆc clauſula tribuit † iuriſdictionem conditionalem, & operatur, quòd iudex non poſſit validè procedere in negotio principali, niſi prius ſoluta penſione Sarnen. in comp. ſign. numero 84. Pariſ. conſilio 98. numero 12. lib. 4. Io. Paul. deciſion. 61. Put. deciſione 29. de penſ. Cæſar. de Graſſ. deciſione 8. nu. 1. de re iudic. & fuit dictum in cauſa Vercellen. penſionis 29. Maij 1587. coram Plato. Taraconenſi penſionis, 15. Nouemb. 1593. coram Gipſio, Romana de Cenſiis 23. Iunii 1595. coram Mantica, Romana penſionis, 9 Iunii 1597. coram Litta, & in Spoletana penſionis, 5. Iulii 1594. coram Corduba, & vide in cauſa Hiſpal. 1

ſpal.penſionis,6.Aprilis 1590. coram Seraphino, & in Tarraconen. penſionis, 4.Decembris 1591.coram Gipſio, & in Compoſtellana pẽſionis 11.Maii 1584.coram Seraphino.

Ampliatur primò, vt etiam operetur
2 quòd lite † pendente penſio ſit ſoluenda. Staphil. de litter. iuſt. §.in primis.numero 84. Gig.de penſ. quæſtio.35. numero 9.Couar.variarum reſolut.libro 2 cap.primo, numero 9 in fine.

3 Ampliatur ſecundò, vt procedat † etiam lata ſentẽtia ſuper ſpolio, quam in cauſa appellationis datur hæc clauſula, vt fuit reſolutum in Brixienſi penſionis,21.Maii & 29. Nouembris 1599.coram Pegna.

Ampliatur tertiò, vt procedat etiam ſi ſententia per appellationem ſuſpendatur,vt in d.Brixien.penſionis, 21.Maii & 29.Nouembris 1599.

Ampliatur quartò,vt prędicta pro-
4 cedant, † etiam non docto de aliqua quaſi poſſeſſione exigendi, quia ſufficit, quod litteræ ſint expeditæ, vt in Romana penſionis,23.Martii 1576 coram Blanchet. vt in deciſ.301. parte 1. diuerſorum.

5 Stante hac Clauſula, ſufficit † vel quaſi poſſeſſio, vel expeditio litterarum,nec vtrumque requiritur, vt fuit dictum in cauſa Romana penſionis, 23. Martij 1576. coram Blanchetto,vt in deciſione 301 parte prima,diuerſ.& in Burgen.penſionis, 24. Nouembr. 1595.coram eodem,& in Tarraconen. penſ.29. Aprilis 1596 coram Seraphino,& in Romana penſionis, 9. Iunii 1597 & 28.Februar.1598. coram Pamphilio,& in Brixien.penſionis, coram Pegna, & vide in cauſa Lucer. Sarzanen.penſionis, 15.Februarij,1593. coram Seraphino, & in Burgen.penſionis, 19 Februarii 1596. coram Blanchetto.

Adde tamen,quòd ſola ſupplicatio ſufficit, † nec tunc requiritur expeditio litterarum, vt fuit reſolutũ in cauſa Anconitana penſionis, 15. Iunii 1587. coram Plato,& in Auximana penſ.5. Maii 1589.coram Comitulo. 6

Et ad effectum huius clauſulæ non requiritur, quod litteræ ſint iuſtificatæ, † niſi gratia eſſet conditionalis, vt 7
puta poſtquam clericali charactere fuerit inſignitus,&c.vt in Compoſtellana penſionis 11.Maii 1584. coram Seraph.

Item adde,quòd licet ad effectum huius clauſulæ alterum ſufficit, ad effectum tamen manutẽtionis † vtrumque requirit, nempe quod conſtet de reſeruatione penſionis, & quod adſit quaſi poſſeſſio exigendi, Achil.deciſ. 4. de reſcript. & fuit dictum in cauſa Salamantina penſionis,18.April.1572. coram Aldobrandino, vt in deciſione 212.p.2. Quotid.& vide in cauſa Tarracon.penſ.4. Decembris 1592.coram Gipſio.

*Hęc clauſula operatur,etiam quod ex actis conſtet de nullitate penſionis, puta quia non eſt facta mentio alterius penſionis,Io.Pau.deciſ.61. Anton. Aug.de Clauſula, Sine retardatione, numero 4.& in cauſa Burg. penſionis coram Blanchetto.* 9

Non tamen operatur, † quando conſtat de vitio, ſeu nullitate penſionis ex ventre litterarum,& de non iure penſionarii. Sarnenſ.in Compen. ſign. numero 84.Ant.Aug. de Clauſula.ſine retardatione, in prin.Caſſad. deciſio. 10.de reſcr.Achil.dec.4.in fin. eodem tit. Rota dec 310.numero 3.p. 1.diuerſ.Cęſar de Graſſ.dec.8.numero 13.de re iud.& eſt dec.349. numero 7. p.1 diuerſ. & ita fuit ſemper in Rota ſeruatum,vt fuit dictum in cauſa Salamantina penſionis, 15 Ianuarii 1586. coram Pamphil & in Burgen. penſionis 19.Februarii 1596.coram Blãchetto, in alia, 24. Nouembris 1595. co-

ram eodem.

In contrarium eſt deciſio Put. 34. lib.1. quam ſequuta fuit Rota in vna Romana penſ.23. Martii 1576. coram Blanchetto, vt in dec.301.in fin.par.1. diuerſ. quia vt in eis dicitur, aliunde etiam poteſt contrarium probari,& ideo interim non eſt impediendus penſionarius exactione.

Et adde, quòd à tempore Gregor. xiij.eo ita mandante, in Signatur. (vt retulit Dom.Robuſt.vt habetur in notis Domini mei,iſtæ notę non habentur quia ſunt in manuſcripto exemplari Romæ in ſua Salamantina penſ. cor.Pamph.) fuit ſeruatum,quod ex-
10 ceptio † oriens ex ventre, non impediat dictam clauſulam, ex quo per eã iuriſdictio eſt data ſub conditione,& in dicta Salamantina Domini dixerunt, quòd titularis adiret ſignaturam.

Et adde, quòd tunc exceptio dici-
11 tur oriri † ex ventre, quando gratia eſt conditionalis, aliàs ſecùs, & ita intelligit Rota, & fuit dictum in Compoſtellana penſionis 11.Maii 1584. coram Seraph.

12 Adde etiam,quòd exceptio† oriẽs ex ventre,non impedit dictam clauſulam,quando adeſt quaſi poſſeſſio exigendi.Put.dec.245.numero 4 libro 1. & fuit dictum in cauſa Burgenſ.penſionis,19.Februarii 1596. coram Blanchetto,in qua fuit dictum ita fuiſſe tãtum in cauſa Sabinen. penſionis, coram Mantica, & in cauſa Foroliuien. penſionis, coram Pegna, & fuit dictum in cauſa Taraconen. penſionis, 29.April.1596.coram Seraph.

13 Stante hac Clauſula,ſententia† lata non prius ſoluta penſione,eſt nulla, vt fuit reſolutum in cauſa Vercellen pẽſionis.29.Maii & 15.Iunii 1587 coram Plato.& trad.Put.deciſion.19.de penſion.Ant.Aug. de clauſula ſine retardatione,§.6.

Et generaliter omnia geſta ante ſolutam penſionem ſtante hac clauſula,ſunt nulla,vt fuit reſolutum in cauſa Tarraconen.penſionis, 15. Nouembris 1593.coram Gipſio.

Nec ſufficit, quòd penſio ſit verè ſoluta, niſi conſtet in actis de ſolutione, vt iudex certus ſit de ſua iuriſdictione, vt fuit dictum in d.Tarraconenſ penſionis,coram Gipſio.

Huic clauſulæ non dicitur ſatisfa-
ctum, † vbi ſolutio eſt facienda à ter- 15
tio,qui ſe obligauit in forma Cameræ, & non ſoluit ob proteſtationem factam ab eo,qui vult procedere in cauſa:ſecus tamen eſt,ſi Iudex cogat obligatum ſoluere non obſtante proteſtatione, nam tunc dicitur ſatisfactum, quia hoc caſu proteſtatio non impedit ſolutionem, vide in cauſa Romana de Cenciis,11. Decembris 1593 coram Mantica.

Hæc clauſula poſita † in Commiſ- 16
ſione appellationis, refertur quo ad ſummam contentam in ſententia, nec vltra extenditur, vt fuit reſolutum in cauſa Romana penſ.23. Maii 1576.coram Blanchetto, vt in dec.310. parte 1. diuerſ.

Hæc clauſula cenſetur in quali-
bet † Commiſſione repetita, Ægid. 17
dec.41.& 526.Caſſad.deciſ.8.numero 15.de reſcript.Tholom.deciſ. 30.Rota deciſione 321. num.1. parte prima, diuerſ.& in terminis huius clauſulæ fuit reſolutum in cauſa Nouarien. Decimarum,11.Decemb.1573.coram Blanchetto, & fuit dictum in cauſa Auellina presbyteratus, 6.Aprilis 1590. corã Pegna,& in Carthagin.penſ.13.Martii 1600.coram Lancelloto,& in Brixien. penſ.21.Maii 1599. coram Pegna,& in Ciuitatis Caſtelli penſion. 11. Februar. 1577. coram Cant. vt in dec.43.numero 1 & 2.part.2. & in Romana annuæ præſtationis, 3. Februarii 1602. coram Pegna.

Hæc clauſula, poſtquam commiſſio eſt præſentata, & effecta communis impedit quò minus poſſit dari penſionario ſententia canonizatoria penſion. niſi ea ſoluta, vt fuit dictum in cauſa Salamantina penſ.29.Nouembris 1582.coram Bubalo.

Hęc clauſula datur etiam translatario,
18 rio, † qui nunquam exegit, ſi transferens fuit in quaſi poſſeſſione.Sarneſ.in Compen.ſign. numero 85. Ant. Aug. de tranſlat. numero 3. & de clauſula, ſine retardatione numero 3.& fuit dictum in cauſa Bononien.penſ.17.Maii 1593. coram Millino,& in cauſa Laudenſ.penſ 29. Martii 1599.coram Pegna, & vide in cauſa Taurinenſ.penſ. 18.Martii 1602. coram Lancellotto, & in Carpentoraten. penſion. 29. Maii 1602.coram eodem.

Et ſi adſit clauſula, Arbitrio Ro-
19 tæ,† non ſuſpenditur ſolutio,ſi ad ſint litteræ,vide in cauſa Taurien.ſupra citata.

Hoc tamen intelligitur, iuſtificata tranſlatione,ac etiam reſeruatione antiquæ,etiam quòd adſit Clauſula, Arbitrio Rotæ, vt fuit dictum in d.Lauden.penſionis,coram Pegna.

20 Quid ſi tranſlatio † fuit facta in plures perſonas,vide in cauſa Brixien. penſionis,coram Pegna.

Hæc clauſula poſita in Commiſſio-
21 ne appellationis, præſeruat † iuriſdictionem iudicis à quo vt in futurum poſſit cogere titularem ad ſolutionem,vt in ſimili de clauſula,Sine præiudicio,tradit Lancellottus, de attent. poſt inhibit. cap.20.limit.13. Rota deciſione 641.numero 10. & 11. parte 1. diuerſ. Cæſar de Graſſ.deciſione 3.in fi.de iudic.ita fuit dictum in cauſa Taraconen. Villæ de Reus 8.Febr.1593. coram Seraphino, & in terminis penſ. in cauſa Spoletana reſponſionis 5.Iulii 1599.coram Corduba.

Limita niſi illi eſſet inhibitum.Gig. de penſ.quæſt.69. numero 4.Lancellottus,de attent. poſt inhibit.ampliat. 1. numero 18. in contrarium Lancell. vbi ſupra,limit.3.

Hæc clauſula poſita in Commiſſione † Nuncii, non obſtat ſi Nuncius 22
poſtea cauſam ad ſe auocauit, vt fuit reſolutum in cauſa Oxomen. penſionis, 28 Iunii 1595. coram Pamphilio.

Hæc clauſula ſolet poni in hono- 23
rem † litterarum Apoſtolicarum.Staphil.de litter.iuſt.§.in primis, numero 84. Gig. de penſ.q.35.in fine, & q 62. numero 12.& fuit dictum in cauſa Roman.penſ.13.Iunii 1597. coram Pamphil. & Cuſentina penſ.6. Nouembr. 1596.coram Corduba, & vide in Brixienſ. penſionis coram Pegna, & in cauſa Lucerin.penſionis 22.Maii 1602. coram Pegna, Sarnenſ. in Comp. ſignat.numer.86 Gig.quæſt.85. in princip. Veſtrius in praxi,3.libro 3.cap.vlt. num.1.

Item ad obuiandum fraudibus, & malitiis ſoluere recuſantium, *Staph.d. §.in primis, num.84.Gid.d.q.35 q.62. num.12.*& ſeq.& quæſt.85. in princip. & fuit dictum in Brixienſ. penſionis coram Pegna,Sarnen.vbi ſupra.Veſtr. loco citato, & in d.Lucerina penſionis,coram Pegna.

Item in Commiſſione inualiditatis penſion.ne interim penſionarius penſione ſpolietur.Gambara de leg.titulo de penſ.numero 765.& fuit dictum in d.Brixien.&c.

Hęc clauſula poſita † in Commiſſio- 24
ne principali afficit etiam tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe, Verall.deciſione 1.li.1.in manuſcript. & fuit dictum in cauſa Compoſtellana Parrochialis,16 Decembr.1596. coram Orano.

Hæc clauſula non datur † quando 25
penſionarius ſtetit per longum tẽpus, quo non petiit penſionem, Sarnen vbi

T

ſupra, ℣. præterea, Gig. de penſ. quæſt. 85. num. 3. & vide in d. Brixien. penſionis 21. Maii 1599. coram Pegna.

Dic verum, quando penſionarius poteſt agere, & negligit, ſecùs verò ſi non poteſt agere, quia non data negligentia non cenſetur amiſiſſe animum exigendi, vt fuit dictum in d. Brixienſ. penſion. 15. Martii, & 21. Maii 1599. coram Pegna, vbi de eo qui tranſtulerat penſionem ſub conditione, & quòd ſtante inualiditate tranſlationis, licet diù non petierit, nihilominus datur clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis.

26 Item non datur † quando penſio eſt impoſita ſuper pluribus beneficiis, quæ poſtea deuenerunt ad manus diuerſarum perſonarum, Ant. Auguſt. de ſolut. penſ. numero 2. Sarnen. vbi ſupra, numero 87. verſic. eſt & alius caſus. Gig. de penſ. q. 85. numero 5. & fuit reſolutum in cauſa Segobricen. penſionis, 19. Aprilis 1602. coram Seraphino.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Sine retardatione arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure.*

2 *Et quando nulla adeſt cauſa, non retardat.*

3 *Operatur, vt cenſeatur data facultas cognoſcendi de validitate, vel inualiditate penſionis.*

4 *Solutio penſionis propter quam clauſulam non ſolet retardari, donec litteræ iuſtificentur.*

5 *Poſſeſſorium propter quam clauſulam non ſuſpendit petitorium.*

6 *Clauſula, Sine retardatione arbitrio Rotæ, requirit quaſi poſſeſſionem contra ſucceſſorem.*

7 *Litteræ quando ſunt vulneratæ, ſolutio penſionis retardatur.*

8 *Solutio penſionis non retardatur contra quaſi poſſidentem.*

9 *Penſionarius qui tranſtulit penſionem, quando adhuc debeat exigere.*

## CLAVSVLA 166.

### *Sine retardatione arbitrio Rotæ.*

HÆc Clauſula † intelligitur prout de iure, ad Bart. in Extrauaganti Ad reprimendum, verbo, videbitur, numero 8. Pariſ. conſil. 56. num. 5. libro 1. Socin. iun. conſilio 49. numero 16. libro 2. Cæſar de Graſſ. deciſ. 8. numero 2. de re iudic. & fuit dictum in cauſa Compoſtellana penſionis, 7. Nouembris 1584. coram Seraphino, & in Romana penſionis 3. Iunii 1597. coram Pamphilio, & in Brixien. penſionis coram Pegna, & vide in cauſa Burgen. penſionis, decimanona Februarii milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto coram Blanchetto, & in aliis cauſis infra alleg. & in cauſa Taurin. penſionis, decimaoctaua Martii milleſimo ſexcenteſimo ſecundo coram Lancellotto. 1

Et ideo quando nulla adeſt cauſa, non retardat, † neque impedit effectum clauſulæ ſine retardatione ſolutionis, vt fuit dictum in d. Roman. penſ. coram Pamph. & quando penſio eſt iuſtificata, non eſt locus arbitrio, ad retardandam ſolutionem, vt fuit reſolutum in cauſa Lucerina penſionis 22. Martii 1602. coram Pegna. 2

Operatur tamen, vt cenſeatur data facultas † cognoſcendi de validitate, vel inualiditate penſionis ad effectum procedendi cum retardatione, vel ſine, vt fuit ſeruatum in cauſa Compoſtell. penſ. 11. Octobris 1584. coram Seraphino, & in cauſa Lunen. Sarzanen penſionis.... Februar. 1693. coram eodem. 3

Et ideo ſtante hac clauſula ſi detur de nullitate pẽſionis, Rota antequam declaret arbitrium, ſolet deguſtare validitatem pẽſionis, & ſi penſio eſt valida, non dat arbitrium, ſi verò eſt nulla, intrat arbitrium, vt fuit reſolutum, & obſeruatum in dicta Compoſtell. pen-

12 penſionis,31. Octobris,& 7. Nouembris 1584. & 15. Martii 1585. coram Seraphino, & in Cuſentina péſionis, coram Corduba. Niſi tamen nullitas penſionis ſit euidens, eius ſolutio non retardatur etiam ſtante dicta Clauſula, vt fuit reſolutum in Compoſtellana penſionis 7. Nouembr. 1584 coram Seraphino.

Prout ſtante hac clauſula fuit retar-
4 data † ſolutio penſionis donec litteræ iuſtificarentur in cauſa Aſculana penſ. 28. Iunii 1593. coram Orano.

Hæc clauſula operatur, quòd quan-
5 do ab vno intentatur poſſeſſoriũ, † & ab altero petitorium, poſſeſſorium nõ ſuſpendat petitorium, ſed vtrumque procedat, ad Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, in quarta cõcluſ. num. 26. & ibi Ripa, numero 164. ff. de acq. poſſeſſ. Menoch. de retinen. remed. 3. numero 533. & fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſi penſionis 9. Decembris 1575 cor. D. de Graſſ. vt in dec. 138 lib. 2. Quotid. & 27. Ianuarii 1576. coram eodem, vt in deciſione 8. numero 4. & 12. de re iudic.

6 Stante hac clauſula, vltra litteras † requiritur etiam quaſi poſſeſſio contra ſucceſſorem, vt fuit reſolutum in Cremon. penſ. 28. Iunii 1560. coram Gropperio, vt in deciſione 158. diuerſ. in manuſcript. & fuit dictum in cauſa Burgenſ. penſionis 24. Nouemb. 1595. coram Blanchetto, & vide in cauſa Lucerina penſ. cor. Pegna, niſi conſtet de bono iure illius, qui conſenſit penſioni, Achil. deciſio. 9. de penſion. & fuit dictum in d. deciſione 158. diuerſ. in manuſcript.

Secùs ſi non adeſſet clauſula, Arbitrio Rotæ, quia tunc etiam contra ſucceſſorem, alterum ſufficit, vel etiam expeditio litterarum, vel quaſi poſſeſſio, neque vtrumque requiritur, vt fuit dictum in d. Burgen. coram Blanchetto, in qua agebatur contra ſucceſſorẽ.

Vel niſi appareat, quòd ille, qui conſenſit penſioni, haberet ius beneficio, vt fuit dictum in d. Cremonenſ. penſionis, coram Gropperio.

Hęc clauſula operatur, † ſi retardetur 7
ſolutio penſionis, quando litteræ ſunt vulneratæ per ſententiam, niſi conſtet de validitate penſionis, & ſententia ſit notoriè iniuſta, quia tunc non retardatur, vt fuit dictum in dicta Compoſtellana penſionis tribus temporibus vt ſupra, corã Seraphino, & in Cuſentina penſ. coram Corduba, & vide in cauſa Brixien. penſ. coram Pegna.

Stante hac clauſula non retardatur
ſolutio, † quando adeſt quaſi poſſeſ- 8
ſio, licet in reſeruatione addit clauſula, dummodo penſio non excedat duas tertias partes fructuum, ſecus tamen eſſet, ſi non adeſſet quaſi poſſeſſio, quia tunc ſolutio benè retardaretur, niſi dicta clauſula verificaretur, vt fuit dictum in cauſa Taracon. penſ. 29. Aprilis 1596 coram Seraphino.

Stante hac clauſula non eſt locus arbitrio, ad retardandam ſolutionem penſionis in cauſa appellationis, licet fuerit pronunciatum in plenario poſſeſſorio, vt fuit reſolutum in cauſa Romana penſ. 13. Iunii 1597. coram Pamphilio.

Nec in caſu vbi penſionarius, † qui 9
tranſtulerat penſionem in alium ſub conditione, & non aliàs &c. fuit reſtitutus ad penſionem, pro qua antiquitus erat in quaſi poſſeſſione exigen. vt fuit reſolutum in Brixien. penſionis 15. Martii & 26. Nouembr. 1599. coram Pegna.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ſine vitio ſpolij, quando operetur, vt eiectus non poſſit agere ſpolio.*

2 *Non excuſat à vitio attentatorum.*

3 *Spolij actio competit, ſi Breue non eſt iuſtificatum.*

CLAVSVLA 167.

*Sine vitio ſpolij.*

1 HÆc Clauſula poſita † in Breui Apoſtolico operatur, quod eiectus à poſſeſſione vigore Breuis non poſſit agere ſpol. Caputaq. dec. 180.par.3.latè Lan.de attent lit.pend. in præfat.num. 394. cum ſeqq. & fuit reſolutum in cauſa Tuden. parochialis, 4. Nou. 1592. coram Pamphilio.

2 Non tamen excuſat † à vitio attentatorum, quando poſſeſſio eſt capta lite pendente, niſi etiam adſit clauſula, Et ſine vitio attentatorum, Caputaq. deciſione 151. num.... parte 3. & vide in d. Tuden. parochialis coram Pamphilio.

Adde tamen, quod intelligitur quatenus Breue ſit iuſtificatũ, aliàs competit † actio ſpolii, vt fuit reſolutum
3 in Corduben. penſionis 1575. coram Rubeo, & in cauſa Vicen. beneficii 21. Febr. 1600. coram Pamphil.

CLAVSVLA 168.

*Si Preces veritate nitantur.*

HÆc clauſula, gratiam, ſeu reſcriptum non reddit cõditionale, vbicumque tacitè ſubintelligitur, ad text. in l. conditiones extrinſecus, vbi Bart. ff de cond. & demonſtr. gloſſ. in cap. ſignificaſti, verb. conditione, de elect. Bal. in rubr. C. de inſtit. & ſubſtit. numero 2. & in terminis huius clauſulæ fuit dictum in cauſa Lucana Magiſcolatus 13. Octobris 1586. coram Orano.

Et repetita inter feudales infra p. 2.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Si quid exequendum, operatur, vt ſententia mandetur exequutioni in ea parte, in qua eſt iuſta.*

2 *Et intelligitur prout de iure.*

3 *Exequutio vt detur ſententia, debet iuſtificari ex eiſdem actis.*

4 *Clauſula, Si quid exequendum, cenſetur in omnib:: commiſſionibus repetita.*

5 *Facit mixtum exequutorem.*

CLAVSVLA 169.

*Si quid exequendum.*

HÆc clauſula † operatur, quòd ſententia mandetur exequutioni 1
in ea parte, in qua eſt iuſta, vt fuit dictum in cauſa Romana pretii domus de Balellis, 26. Ianuarii, 1579. coram Aldobrandino, vt in deciſione 224. in fine, lib. 1. Quotid.

Et intelligitur prout de iure, † quatenus exequutioni locus ſit, & ex eiſdem actis, quæ ſola attenduntur, vt illi locus ſit, ad Abb. in cap. inter cetera, numero 8. vbi Felin. colum. fin. de re iudic. Franc. in cap. dilecto, quæſt. 55. de appellat. ita fuit reſolutum in cauſa Romana cenſus, 4. Decembris 1595. coram Pamphilio, & in Romana cenſus de Vellis, 21. April. 1597. coram Corduba, & in Tudertina officii Cancellariæ 19. Ianuarii 1598. coram Lancellotto.

Declara hæc procedere ad effectum, vt detur exequutio, † quia hoc
caſu debet iuſtificari ex eiſdem actis, 3
ſecus ad effectum vt non ſit locus exequutioni, quia tunc ſufficit, quod deregatur iniuſtitia ex nouiter deductis, vt fuit dictum in d. Tudertina officii, coram Lancell.

Hęc clauſula cenſetur in † omni- 4
bus Commiſſionibus repetita iuxta deciſion. Ægid. 41. & Caſſ. ad 8. num. 5. de reſcript. & fuit de hac clauſula reſolutum, in cauſa Romana Societatis, 3. Iunii 1577. coram Blanchetto, vt in deciſ. 321. numero 1. parte 1. diuerſ.

Adde quòd hæc clauſula facit de † 5
mero exequutore mixtum, quoniam dat cauſæ cognitionem, Innoc. in c. ad. reprimendum, in fine, de offic. ordinar. & ita fuit reſolutum, Rota deciſ. 487. nu. 6. par. 3. li 3. diuerſ. Et propterea exequutor poteſt cognoſcere omnes exceptiones oppoſitas ad impediẽdã exequutionem, & illis attẽtis exequutionẽ denegare, vide Honded. in

conſilio

conſilio 29. num.13. & 14. volum. ſecundo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Si quis, facit reſolui diſpoſitionem in vim citationis.*

2 *Poſſeßio quando capi non poteſt vigore monitorij in vim Breuis.*

CLAVSVLA 170.

*Si quis.*

1 HÆc clauſula facit reſolui † diſpoſitionem in vim citationis, Palæot.dec.198.aliàs 551.num. 1. libro 3. parte 3. diuerſ. & fuit dictum in cauſa Tuden.parochialis,4.Nouemb. 1592. coram Pamphilio, not. in l. de pupillo, ff. de noui oper. nunc. & fuit dictum in Tridentina Canonicatus, 5. Iunij 1593. coram Seraphino, & in Conchen. præſtimonij, prima Iulij 1594.coram eodem, & in Vercellen. Canonicatus,30.Maij 1596.coram Pegna, & in Syracuſana beneficij, 19. Martij 1597.coram Pamphilio.

Quod tamen intellige dato legitimo contradictore, aliàs ſecus, vt fuit dictum in d. Tudent. parochialis coram Pamphilio.

2 Vnde poſſeſſio † non poteſt capi vigore Monitorij in vim Breuis, cum clauſula,Si quis,emanati, & capta dicitur nulla & attentata, & ex quo in præiudicium obtinentis, per dictum monitorium dicitur introducta lis, vt fuit reſolutum in dicta Tridentina Canonicatus,5.Iulij 1593. coram Seraphino, & in Conchen. præſtimonij coram eodem,& in Vercellenſ.Canonicatus,coram Pegna, & in Syracuſana beneficij,coram Pamphilio,& vide in cauſa Tuden.parochialis,4.Nouẽb. coram eodem. & in Regien.beneficij, 16.Febr.1596.coram Litta.

CLAVSVLA 171.

*Si reperiris idoneum.*

HÆc clauſula vbi eſt directa ad ordinarium, non eſt neceſſaria citatio alicuius in examine faciẽdo,quia hoc habet locum in exequutione, Cardin. in Clementina prima, numer.17.ad fin. verſi. & procedunt prædicta, de offi.deleg.& fuit dictum in cauſa Placentina Archidiaconatus, 26.Octob.1576.coram Blanchetto, vt in dec.543.lib.2.Quotid.

Et de hac materia vide in Clauſula,Quatenus idoneus reperiatur,& vide in clauſ.Si inueneris.

SVMMARIA.

1 *Sit contentus,clauſulæ effectus duo.*

* CLAVSVLA 172.

*Sit contentus.*

INde manat quædam generalis, & incerta ſatisfactio mentalis, non tamẽ includit de neceſſitate confeſſionem ſolutionis, vel pactum de non petendo, Bald.con.220.vol.1.important quoque dicta verba mandatum. Afflict.deci.91.num.9.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula,Siue alio quouis modo,capit omnem vacandi modum.*

2 *Etiam ſi modus narratus, non eſſet verus.*

3 *Etiam in impetratione certo modo.*

4 *Capit etiam vacationem per obitum.*

5 *Et operatur etiam in gratia Ordinarii.*

6 *Capit etiam vacationem per priuationem.*

7 *Non procedit quando modus vacandi eſt datus diſpoſitiuè.*

8 *Modi vacandi plures ſi narrati ſint, vnus tantum verificari debet.*

9 *Clauſula, Siue alio quouis modo,non capit vacationes futuras.*

10 *Vacationes plures eſſe debent, vt Clauſula,quouis modo,locum habeat.*

11 *Clauſula,quouis modo,appoſita in proteſtatione Papæ de beneficio reſeruato,non operatur.*

12 *Non capit niſi perſonam illius, de quo facta eſt mentio.*

13 *Non operatur,ſi probetur de alio loco,& tempore.*

14 *Clauſula, quouis modo, quando capiat vacationem ex alterius perſona.*

15 *Narratiua ſemper eſt verificanda, vt quauis clauſula intret.*

16 *Narratiua quando dicatur verificata de facto.*

17 *Clauſula, quouis modo, operatur, vt gratia non dicatur reſtricta ad expreſſam.*

18 *Non procedit quando malitioſè narratur modus expreſſus.*

19 *Vt locum habeat, mentis expreßio requiritur.*

20 *Non procedit in beneficiis reſeruatis.*

21 *Non habet locum in præiudicium Ordinarij.*

22 *Non habet locum quando eſt facta mentio vacationis.*

23 *Non eſt locus regulæ quando menſis eſt reſeruatus ceſſante concurſu Ordinarij.*

### CLAVSVLA 150.
### *Siue alio quouis modo.*

1 HÆc clauſula capit † omnem modum vacandi, cap. ſuſceptum, vbi Doct. de reſcript in 6. Rota deciſ. vbi Papazzon. num. 5 & ſeqq. & deciſ. 17. eodem tit. in nouiſſ. & deciſ. 52. de conceſſ. præbẽd. in antiq. Lapus alleg. 6. nu. 5. Socin. conſ. 32. nu. 12 lib. 1. Caſſad. deciſ. 5. de præbend. Rebuff. in form. ſimpl. prouiſſ. verbo, ſiue præmiſſo, & fuit reſolutum in cauſa Hipporeg. Canonicatus 22. Octobris 1584. coram Orano, & in Burgen. Canonicatus, 21. Iunij. 1586. coram Gipſio, Felin. in c. in noſtra, n. 57. verſ fallit quarto, de reſcrip. & fuit dictum in Tiraſonen. Canonicatus, 24. Maij 1602 coram Pamphilio, & in Bononien. Canonicatus, prima Decembris 1589. & 19. Febr. 1590. coram eodem, & in Romana Clericatus, 27 Nouembr. 1602. & 21. Maij 1603 coram eodem.

Ampliatur primo vt procedat etiam
2 ſi modus † narratus non eſſet verus, quia nihilominus gratia propter hanc clauſulam non dicitur ſubreptitia, Graſſ. deciſ. 14. num. 7. de præbend. & fuit reſolutum in cauſa Hipporegien. Canonicatus, coram Orano, Rota dec. 194 in manuſcript. diuerſ. Simonet. de reſeruat. quæſt. 61. num. 3. in fine, & numero 4.

Ampliatur ſecundo vt procedat etiam in impetratione † certo modo. 3
Caſſad. dec. 5. n. 1. & de pręben. Graſſ. dec. 14 n. 7. eod. tit.

Ampliatur tertio, vt procedat etiam in prouiſione per reſignationem. Put. dec. 25. in fi. lib. 3 & fuit dictum in cauſa Placentina Canonicatus, 1559. coram Chiſanen. & in Virdunen. Canonicatus, 15. Martij, & 13. Maij 1596. coram Pamph.

Ampliatur quarto, vt etiam capiat
vacationem † per obitum, cap. ſuſceptum, & ibi Doct. de reſcript. in ſexto, 4
Mohed deciſ. 107. alias 5. de præbend. & vide in d. cauſa Hipporegiẽ Canonicatus 4. Februarij 1585. coram Orano.

Ampliatur quinto, vt operetur, etiam
† in gratia Ordinarij, & poſt Ioã. Andr. 5
& Imol. in c. ex parte Aſtenſ. de conceſſ. præbend. tradit Franc. in c. ſuſceptum, n 10. verſ. ideo dicit de reſcript. in 6. Papazzon ad deciſ. primam, n 14. eod. tit. in nouiſ. & fuit dictum in cauſa Aretina Commendę, 15. Ianuarij 1595. coram Pamphilio, & in Giennen. præſtimonij, 7. Febr. 1594. coram Blãchetto, & in Virdunen. Canonicatus, coram Pamphilio, 15. Martij 1596.

Ampliatur ſexto, vt capiat etiam va-
cationem † per priuationem, Lap. Al- 6
leg. 78. n. 14. in fine, Mohed. d. 333 alias 2. de ſequeſt. poſſ. & fruct. vbi in priuatione ob violationem ſequeſtri, & fuit dictũ in cauſa Burgẽ. Canonicatus 27. Iunij 1586. coram Gipſio, vbi in priuatione ob ſimoniam, & in cauſa Virdunenſ. Canonicatus, 15. Mart. & 13. Maij 1596. coram Pamph. vbi in priuatione ob ho-

ob homicidium.

Declaratur primo, vt hæc clauſula
7 non † procedat, quando modus vacandi eſt datus diſpoſitiuè, quia tunc non ſuffragatur hæc clauſ. Caſſador. dec. 5. num. 3. de præb. Mohed. dec. 210. alias 17. eod. tit. Graſſ. dec. 14. num 4. eod. tit. & fuit dictum in cauſa Bononien. Canonicatus 1. Decemb. 1598. coram Pamph. & in Romana Clericatus, 27. Nouemb. 1602. coram eodem.

Dic verum quando modus narratus non iuſtificatur, ſecus ſi iuſtificaretur, & ſufficit, quod de facto verificetur. Add. ad deciſ 1. n. 8. de reſc. in nou. & fuit dictum in dicta Bononienſ. Canonicatus cum aliis infra in 7. declaratione.

8 Limita quando eſt narratus † alius modus alternatiuæ, nam tunc ſufficit, quod vnus tantum verificetur, nec requiritur verificatio vtriuſque, vt fuit reſolutum in cauſa Lunen. Sarzen. prioratus 9 Februarij 1590. coram Seraphino, & in Bononien. Canonicatus, 19. Febr. 1590 coram Pamphilio, & in Tiraſonen. Canonicatus, 24 Maij, 1602. coram eodem, & in Placentina Cappel. 23. Maij 1598. coram Pegna.

9 Declaratur ſecundo, † vt non capiat vacatione futuras, Felin. in c. conſtitutus, ſub nu. 22. ℣. ſed alias vigore mandati, de reſcript. Tholom. deciſ. 96. Mand. ſuper Reg. 32. queſt. 3. num. 7. & fuit dictum in cauſa Virdunen. Canonicatus, 6. Martij 1595.

Declaratur tertio, vt hæc clauſ. intelligatur reſpectu beneficij impetrati, vt fuit dictum in cauſa Mediolan. Canonicatus, 14. Octobris 1591. coram Seraphino.

Declaratur quarto, quod ad hoc vt
10 intret † hęc clauſula, & beneficium illius vigore capi poſſit, requiritur alia vacatio vltra expreſſam, vt fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. parochialis 26. Martij 1599. coram Seraphino.

Declaratur quinto, quod poſita † 11
in proteſtatione Papę, de beneficio reſeruato, non operatur, quod non data reſeruatione poſſit ex ea capi beneficium in vim præuentionis, ſed tantum operatur ex aliis præuentionibus, ſeu reſeruationibus vltra expreſſa, vt fuit dictum in cauſa Burgen. de Pacorno, 17. Aprilis 1589. coram Gipſio, & in Salamantina penſionis, 5. Decembris, 1588. coram eodem, & in Romana clericatus, 27. Nouembris 1602. coram Pamphilio.

Declaratur ſexto, quod licet hæc
clauſula capiat † omnem modum vacandi, non tamen capit, niſi ex perſona illius, de quo eſt facta mentio in litteris, Rota in deciſ. vbi add. Papazzon. nu. 7. verbo, quouis alio, de reſcript. in nouiſ. Rota dec. 14. & 43. eod. tit. in antiq. Staphil. de litt. grat. tit. quib. mod. lit. ab benef. §. ſunt & alia nu. 15. fol 82. Pract. Cancel. in not. ſuper vacant. non reſeru. ℣. clauſula, aut ex alterius, Mohed deciſ. 2. n. 1 de offic. deleg. Cap. in cap. ſuſceptum, num. 4 de reſcript in ſexto. 12

Ampliatur hæc declaratio, vt procedat, † ſi in litteris dicatur per mortem N. tali loco, & tali tempore defuncti: nam ſi probatur alio loco, vel tempore mortuus, hæc clauſula non operatur, Cap in c. ſuſceptum, n. 4 de reſcript. in ſexto, & ſeruat Rota, vt teſtatur deciſ. 1 circa medium, in fine, eodem titulo in Nou. vbi Add. verbo quouis alio modo. 13

Sublimita quando additur clauſula, † Aut ex alterius cuiuſcumque perſonæ; vel, Aut alibi, aut alias; nam tunc capit vacationem etiam ex alia perſona vltra nominatam, vel ſi alio tempore, aut loco quouis expreſſo obierit, Cap. vbi ſupra, num. 5. Rota d. deciſ. 1. vbi Addit. verbo, vt ſupra, & Papazzon. n. 7. de reſcr. in nouiſ Staphil. loco cit. n. 14. Pract. Cancell. vbi ſupra. 14

Item ſublimata, quando clauſulæ, quouis modo, additur verbum (vacat) quia tunc capit etiam modum vacandi ex alterius perſona, vt poſt Felin. & Silueſt. tradit Mohed. deciſ. 2. nu. 2. de offic. delegat.

15 Declaratur ſeptimo,† quod ad hoc vt intret hæc clauſula, prout omnes aliæ clauſulæ generales, eſt verificanda narratiua ſaltem de facto, vt fuit reſolutum in cauſa Salamantina dimidiæ portionis, 27. Martij, & 11. Decemb. 1585 & 10. Ianuarij 1586. coram Orano, & in cauſa Cluſina beneficiorum, 28. Iunij 1589. coram eodem, & in Bononien. Canonicatus, prima Decembris 1589 & 19. Martij 1590. coram Pamphilio, & in Aretina Commendę, 13. alias 15. Ianuarij 1593. coram eodem, & in Legionenſ. præſtimoniorum, 4. Ianuarij 1593. coram eodem, & in Monaſterien. Canonicatus, prima Iulij 1592. coram Blanchetto, & in Mediolanen. Præpoſituræ, 28. Iunij, & 18. Decembris 1589 coram Plato, & in Tiraſonen. Canonicatus, 24. Maij 1602. coram Pamphilio, Add. ad deciſ. primã num. de reſcript. in nouiſ. & in Virdunen, 19. Iunij 1595. & 15. Maij 1596. coram Pamphilio, & in Romana clericatus, 27 Nouembris 1602. & 21. Maij 1603. coram eodem.

16 Quando autem dicatur verificata de facto, vide in cauſa Oxomen. Cappellaniæ, 26. Iunij 1595. coram Litta, & in Tiraſonen. Canonicatus coram Pamphilio.

17 Hæc enim † clauſula operatur vt gratia non dicatur reſtricta ad vacationem expreſſam, ſed illa verificata ſaltem de facto, gratia capiat omnes modos vacandi, vt fuit reſolutum in cauſa Virdunen. Canonicatus, 15. Martij, & 13. Maij 1596. coram Pamphiloi.

Declaratur octauo, vt non proce-
18 dat, † quando malitioſè narratur modus expreſſus: qui verò non adeſt, vt capiat impetrans ex clauſulis generalibus, quia tunc non intrant. Put. deciſ. 406. lib. 1. & 268. lib. 3. & fuit concluſum in Tiraſonenſ. Canonicatus, coram Pamphilio. Quando autem hoc procedat, vide in d. Tiraſonen. Canonicatus coram Pamphilio.

Ad hoc vt quis vigore huius clauſulæ, & aliarum generalium poſſit capere beneficium, requiritur expreſſio menſis, † aliàs non intrant. Put. deciſ. 3. 19
ſuper reg. de menſ. Mohed. deciſ. 4 de conceſſ. præb. & in cauſa Tiraſonen. Canonicatus, coram Pamphilio. Cot. in Miſcellan. deciſ. 238.

Declara non procedere † in benefi- 20
ciis reſeruatis, alia reſeruatione quam vigore regulæ de menſe, nam tunc cum nullum inferatur præiudicium Ordinariis, ceſſat regula, Rota dec. 122. lib. 1. par. 3. diuerſ. Put. dicta deciſ. tertia, Peregr. deciſ. 53. lib. 2. & fuit reſolutum in Salamantina penſionis 5. Decembr. 1586. coram Gipſio, & in Toletana parochialis, 12. Maij 1589. coram Mantica, vide in cauſa Tiraconenſ. Canonicat. coram Pamphilio. Accorambon. dec. 59. lib. 2 Put. deciſ 25 lib. 5.

Item non habet † locum ex eadem 21
ratione in præiudicium Ordinarij, quando non datur concurſus Ordinarij, vt fuit reſolutum in cauſa Corduben. Cappellaniæ, 21. Octobr. 1559. coram Quiroga. & in Toletana parochialis 12. Maij 1589. coram Mantica, vide in Tiraſonen. Canonicatus corã Pamphilio.

Item non habet locum, † quando 22
eſt facta mentio vacationis ex cauſa, per quam vult capere beneficium, nam tunc non requiritur expreſſio menſis, quæ ſolum requiritur, quando quis vult capere ex cauſa non expreſſa, vigore clauſularum generaliũ, vt colligitur ex deciſ. in cauſa Cordubẽ. beneficij

ficij S. Michaelis, 21. April. 1561. coram Caputaq. vt in Miſcellan. Cottæ, n. 238. & fuit dictum in cauſa Toletana parochialis, coram Mantica, & Tiraſon. coram Pamphilio.

23 Item limita, quando menſis † eſt ſemper reſeruatus, quia tunc ceſſante concurſu Ordinarij, non eſt locus regulæ, quæ loquitur de his tantum beneficiis, de quibus poſſunt prouidere Ordinarij, non autem de reſeruatis, in quibus non conſideratur præiudicium Ordinariorum, Put. deciſ. 3. ſuper Reg. de menſ. & deciſ. 53. lib. 2. & dec. 25. lib. 3. Peregrin. deciſ. 53. lib. 2. Accorambon. deciſ. 59. lib. 2.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſtatum, & merita, dicitur ſufficienter litis mentio facta.*
2 *Et operatur, vt Papa intellexerit litem eo modo quo pendebat.*
3 *Operatur expreſſionem litis ad validitatem gratiæ.*
4 *Operatur vt non dicatur ſubreptum, etiam ſi non ſit expreſſum.*
5 *An poſſit apponi in litteris, cum non eſt appoſita in ſupplicatione.*

CLAVSVLA 174.

*Statum, & merita.*

1 PEr hanc clauſulam dicitur † facta ſufficiens mentio litis, quia operatur ac ſi indiuiduo, & nominatim eſſet facta mentio litis. Rota deciſ. 20. de reſcript. in nouiſ. & deciſ. 11. eod. tit. in antiquis. Gemin. conſ. 120. num. 6 & 7. Felin. in cap. Ceterum, ſub num. 2. col. 3 in 7. limit. verſ. intellige primo, de reſcript. & in c. ex litteris, num. 2 de offic. delegat. Rebuff in 3. par. Sign. verbo, quatenus litigioſum, num. 4. Veſtrius in praxi, lib. 3 cap. 9. num. 3. Sarnenſ. de Trien. quæſt. 14. num. 7. Put. dec. 2. de reſcript. Achil. deciſ. 9. eod. tit. & fuit dictum in cauſa Aquilana Cappellaniæ, 1. Iulij 1585. coram Orano, & in Parmenſ. prioratus, 23. Iunij 1589. coram Mantica, & in Militen. portionis, 31 Ianuarij 1596. coram Seraphino, &c. vide in cauſa Carthaginen. decimarum, 17. Maij 1593. coram Orano, & in cauſa Tuden. beneficij 16. Ianuarij 1600. coram Seraphino, & in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram Pamph.

Et ideo operatur, † vt Papa intellexerit litem eo modo, quo pendebat, vt fuit dictum in Mediolanen. Cappellaniæ de Valdarno, 3. Iulij 1595. coram Pamphilio, & in Colonien. Canonicatus, coram eodem. 2

Et facit etiam, vt Papa cenſeatur præuidiſſe eam, vti de litigioſo. Rota deciſ. 20. de reſcript. in nouiſ. Achil. deciſ. 9. eodem tit. & fuit dictum in cauſa Virdunen. Epiſcopatus, 15. Octobris 1593. coram Pamph.

Item operatur expreſſionem † litis ad validitatem gratiæ, quæ non poteſt impetrari lite pendente, niſi facta mentione litis. Caſſ. deciſion. 18. numero ſexto de præbend. cum ſimil. ſecus ad effectum euitandi attentata, vt fuit dictum in cauſa Aquilana Cappellaniæ, coram Orano, & in Peruſina hæreditatis, 26. Octobris 1601. coram Pamph. 3

Item operatur, vt non dicatur † ſubreptum, etiam quod non ſit expreſſum, quod lis erat inſtructa. Achil. deciſ. 9. de reſcrip. & fuit dictum in cauſa Romana domorum, 23. Octobris 1585. vt in deciſ 346. lib. 2. Quotid. 4

Prædicta declara procedere, quando in gratia eſt facta mentio litis, nam tunc perinde eſt, ac ſi fuiſſet expreſſa in eo ſtatu, & terminis, quo reperitur, ſecus ſi nulla eſt facta mentio litis, nam tunc clauſula, Statum, & merita, &c. nihil operatur. Achil. d. dec. 9. de reſcript. & in d. Peruſina hæreditatis, coram Pamphilio.

Hæc clauſula ſi non ſit appoſita † in ſupplicatione, in qua ſit mentio litis, an poſſit apponi in litteris, vide in 5

cauſa Tuden. beneficij, 19. Ianuarij 1600. coram Seraphino.

Per hanc clauſulam non cenſetur facta mentio rei iudicatæ, vt fuit dictum in Abulen. Cappellaniæ, prima Iulij 1602. coram Lancellotto.

SVMMARIA.

1 *Hypothecariæ actionis natura quenã ſit: & num. 4. ac 5.*

2 *Tertius quis dici debeat.*

3 *Saluianum interdictum, nec appellationis nec excuſſionis permiſſiuum.*

6 *Hypothecaria percutit poſſeſſores in ſolidum.*

7 *Hypotheca ius indiuiduum.*

8 *Hypotheca non impedit alienationem rei obnoxiæ, nec ſola tribuit ius capiendi poſſeſſiones propria authoritate.*

9 *Hypotheca ſpecialis efficacior longe generali.*

10 *Hypotheca ſpecialis quid præſtet ſtante clauſula, ita quod ſpecialitas non deroget generalitati.*

CLAVSVLA 167.

*Sub obligatione bonorum.*

HInc corriuat hypothecaria, quæ
1 præ ceteris finit † poſſe conueniri etiam tertium poſſeſſorem accedente conſtituto ſine preambula excuſſione,
2 intelligendo tertium pro quocunque non habente cauſam, à contrahẽte l. ſi ſuperatus. ff. de pignor. Alex cõſ. 185. num. 3. vol. 6. Capyc. deciſ. 54. nu. 2. Surd. deciſ. 133. num. 27. & 29. non tamen excludit appellationem ſententia lata in hypothecaria, niſi ſimul cumulatum ſit remedium Saluiani in-
3 terdicti prout poteſt, † quod nec admittit appellationem, nec flagitat excuſſionem quamuis oppoſitum tueatur. Fachyn. lib. 8 contr. iur. cap. 93. quo ad excuſſionem, non tamen ſuffraga-
4 tur † hypothecaria creditori ad auocandam pecuniam ſolutam per debitorem poſteriori creditori. Afflict. deciſ. 190. Surd. dec. 60. in fin. cum adductis per nos tract. de remed. ſubſid. ſub remed 37. Illarion. 2. niſi pecuniæ eſſent ſoluendę anterioribus iuxta decretum iudicis Stephan. Gratian. Rom. diſcept. Forenſ. cap. 37. numero 41. Declarando præterea cum Guttierez pract. queſt. cap. 100. parat quoque & munit viam actio hypothecaria † 5
ad futura bona. Natta conſ 474. numero 34. Crauet. conſ. 845. num. 11. cõperit etiam pro intereſſe cum iure prelationis l. Lucius Titius ff. qui poteſt in pign. hab. Rip. in l. priuilegia num. 9. cum ſeq. ff. de priuil. cred. Surd. deciſ. 240. n. 16. & deciſ. 271. n. 2. Rot. Auen. deciſ. 146. num. 8. Barz. dec. Bon. 108. Oſaſch. deciſ. 129. n. 11. Burſ. conſ. 32. & 103. lib. 1. Alb. conſ. 215 Vinc. Franc deciſ. 374. numer. 5. par. 2. Burſat. d. conſ. 103. num. 22. cum ſeqq. Afflict. præterea † quemlibet ex poſſeſſoribus in- 6
ſolidum, etiam ob puſillum crediti l. moſchis ff. de iur. fiſ. l. creditoris, ff. de diſt. pig. Fachin. lib. 2. contro. iur. cap. 46 Fab. de Anna conſ. 76. lib 1. non vt poſſeſſor ſatisfaciat, ſed vt relaxet bona in vim pignoris, & hypothecæ. Viu. deciſ. 451. num 37. lib 3. quam ob cauſam hypothecæ ius † reputatur indi- 7
uiduum, vnde in actione hypothecaria maioribus quoque prodeſt reſtitutio in integrum conceſſa minori, qui cum maiore litem communem ventilauit in iudicio hypothecario, & ſuccubuit, Afflict. deciſ. 213. ad fi. Odd. de in integr. reſtit. queſt. 46. num. 20. artic. 5 Cæual. cum op. contr. com. par. 2. quæſt. 784. n. 11. cum ſeq.

Extant, & alij notiſſimi equidem effectus hypothecariæ, quos non refero, ne me merum tranſcriptorem agere videar, & quidem effectus omnes † procedunt ſine Domini trans- 8
latione ſine iure capiendi propria authoritate, Corn. conſilio 218. vol. 3. Gabr. conſilio 34. ad fin. vol. 1. Boer. deciſ. 212. & Morot. conſilio 95. niſi con-

conſtet eſſe prorſus excluſiuam ſpem luitionis, quia dicitur alienatio vnde creditor facit fructus ſuos ab initio, cum plenariè poſſideat, Bart.in l.qui habebat.ff.de leg.3. cumulate Pacian. conſ. 147. numero 44. cum ſeqq. & abſque impedimento alienationis bonorum ſic obligatorum, ex quo res tranſit cum ſua clauſa l.alienatio ff. de
9 contrah. empt. niſi ſit ſpecialis hypotheca l.ſi creditor §.fin. ff. de diſtract. pign. Iaſ.conſ 211. numero 24. vol. 2. Anton Gabr. ſuis communibus tit. de pignor.concl.pri.cuius ſpecialis hypothecæ ſex vtilitates notantur vltra Neguſantium per Surd.cóſ. 495 n 11.nec confunditur virtus huius hypothecæ
10 per clauſulam vſitatam opponi † ita quod ſpecialitas non deroget generalitati,ne inducta in augmentum operentur diminutionem, niſi ſibi præiudicaſſet creditor eligendo generalem ſine proteſtatione apud nos remed. 11.tract.de rem. ſubſid.nu 5. *Io.Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Sublata, tollit iuriſdictionem iudici, & facultatem opponendi parti.*
2 *Et reddit proceſſum, & ſententias nullas.*
3 *An de d.clauſula opponi debeat.*
4 *Non operatur ante productionem gratiæ.*
5 *Et procedit nedum in petitorio,ſed etiam in poſſeſſorio.*
6 *Manutentio dari non poteſt, obſtante clauſula,ſublata.*
7 *Clauſula clauait os, vt non poſſit opponi de def... intentionis.*
8 *Appoſita in breui,operatur,vt non poſſit dici de nullitate reſignationis.*
9 *Appoſita in breui,de capienda poſſeſſione, quid operetur.*
10 *Appoſita in breui, operatur vt non poſſit dari de iure quaſito non tollendo.*
11 *Obſtat etiam iudici confidentiarum.*
12 *Operatur etiam reſpectu tertij.*
13 *Operatur,vt non obſtante petitorij ſuſpenſione ſententia ſuper eo lata valeat.*
14 *Conſenſus quando cenſeatur datus ſub conditione vigore clauſulæ, ſublata.*
15 *Clauſula,ſublata, poſita in ſupplicatione,operatur, etiamſi in Bullis non ſit poſita.*
16 *Et quando cenſeatur reſtricta.*
17 *Et acceſſoria ideo non ſe extendit vltra principalem diſpoſitionem.*
18 *Appoſita in breui conditionali eſt conditionalis.*
19 *Non obſtat,ſi poſtea facto Papæ recedatur à tranſactione.*
20 *Poſita in gratia ad poſtulationem partis,intelligitur veris exiſtentibus prænarratis.*
21 *Et operatur effectum, quando non conſtat de falſitate narratorum.*
22 *Et obſtat,quando agitur de gratia exequenda*
23 *Huic clauſulæ poteſt renunciari, ſi toti gratiæ renuncietur.*
24 *Poſita in commiſſione habente clauſulam, Vocatis vocandis, non operatur effectum ſuum, & numero 33.*
25 *Non operatur, quo minus Ordinarius poſſit reuidere vniones factas.*
26 *An poſſit obſtare ſententiæ.*
27 *Poſita in gratia cum clauſula ſi ita eſt, non operatur effectum ſuum.*
28 *Poſita in litteris in forma commiſſaria non ſuffragatur.*
29 *Item, ſi eſt poſita cum clauſula, vocatis vocandis.*
30 *Poſita in motu proprio ſuper confirmatione ſtatutorum,quid operetur.*
31 *Clauſulæ,ſublata, quando cenſeatur renunciatum.*

32 *Compromiſſo renunciatur clauſula, ſublata.*
34 *Clauſula, ſublata, per quos actus non cenſeatur renunciatum.*
35 *Conſenſus non egreditur naturam actus.*
36 *Oris apertio tollit effectum clauſulæ, ſublata.*
37 *Ore aperto, mandatum de manutentione an poſsit dari.*
38 *Commiſsio apertionis oris ſapit iuſtitiam.*
39 *Præfectus ſignaturæ iuſtitiæ non poteſt aperire os.*
40 *Clauſulam, ſublata, non tollit ſimplex cauſæ commiſsio, niſi adſit clauſula, quorum tenores.*
41 *Abſolutus à Papa à iuramento an poſſit agere obſtante clauſula ſublata.*
42 *Clauſula, Sublata, in fine poſita reſpicit totam gratiam.*
43 *Et poteſt opponi, quandocumque etiam in ſecunda inſtantia.*
44 *Beneficiatus, qui renunciauit clauſulæ, ſublata, poteſt nomine ſuæ Eccleſiæ de ea opponere.*
45 *Princeps poteſt præcipere, vt ſubditis denegetur audientia.*
46 *Iuriſdictio iudicum extinguitur per clauſulam, Sublata. & n. 48.*
47 *Clauſula, Sublata, quandocunque opponi poteſt.*
49 *Iudicium eſt nullum, ſi obſtat clauſula, Sublata.*
50 *Clauſula, Sublata, nihil operatur in gratia nulla.*
51 *Non ampliat gratiam confirmationis, & quomodo ſit appoſita, numero 54*
52 *Non extenditur ad actum poſtea factum.*
53 *Semper intelligitur ſecundum naturam principalis diſpoſitionis.*
55 *Difficultas facti, non iuris, cenſetur ſublata per Clauſulam, Sublata.*

## CLAVSVLA 176.

### *Sublata.*

HÆc clauſula tollit † iuriſdictionem iudici, & facultatem opponendi parti, ideo vt quis audiri non poſſit, niſi habita apertione oris. Bar. in l.fi.circa fin.C.de canon fruct. Vrb Rom lib.11. Alex.in l.Gallus, § & quid ſi tantum, numero 20. & ibi Iaſ. num. 77. ff.de liberis & poſth. Card. in cap.quia diligenti, colum.2.verſic.3. quæro ibi Imola ſub numero 3.verſic. dicit tamen de elect. Ruin.conſil. 21. numero 16.lib.1.Pariſ.conſil.1 numero 38 & ſeq.& conſil. 38.num.7.lib.4. Put.deciſ.50.numero 5 libro 1. & deciſione 377. in fin. lib.3. Verall.deciſ. 134.numero 4.part.3.& fuit reſolutum in vna Romana Caſalium, 20. Octobris 1500. coram Oradino, vt in dec. Cottæ 18. & in Camerinen.beneficii, 9.Decembris 1585 coram Blanchetto, vbi de clauſula poſita in Bulla Pij Quarti, contra contumaces, & in Bononien. beneficii, de Varignano, 11. Decemb.1585. & 31.Ianuarii 1586. coram Gipſio, & in Aretina Commendæ, 19.Ianuarii 1587. coram Seraph.& in Barchinon. Vnionis, 8.Martii 1580. coram Robuſterio, vt in deciſio.Quotid.384 lib. 2.& in Tarraconen. Villæ de Reus, 8.Februarii 1591. coram Plato, & in Romana de Victoriis, 11.Martii 1591.coram Blanchetto, & in Tuden.Parochialis, 4. Nouemb.1592. coram Pamph.& in Calaguritana confidentiæ, prima Iulii 1592. coram Pegna, & in Burgen.de Helines.27.Martii 1595. coram Orano, & in Auellina vnionis, 31.Maii 1596.& 27. Iunij 1597. coram Gipſio, & 10.Decembris 1599. coram Corduba, & in Cæſarauguſtana fructuum, 31.Maii 1596.coram Pāphil. & in Oxen.Pœnitentiariæ 5.Nouembr.1597.coram eodem & in Pamphilonen. prioratus de Artaxona.10. 1

Ian.

Ianuarii,1600.coram eodem.

2 Quod dic adeo verum,† vt reddat proceſſum, & ſententias nullas, Pariſ. conſ.1.numero 38.cum pluribus ſeqq. lib.4. Rota in cauſa Burgen. decimarum de Scalante 26. Nouembr.1584. coram Blanchetto, & vide in cauſa Bononien.parrochialis de Varignano, 30.Ianuarii 1586.coram Gipſio.

Amplia,vt procedat etiam,ſi de hac
3 clauſula non opponatur, † quia ipſo iure reddit proceſſum, & ſententias nullas.Io.And.in add.ad Spec.in titulo de ſenten.§.iuxta,numero 5.verb.item eſt nulla,verſ. eſt excommunicatus,Alexan.in l.1.§.ſublata,numero 2. ff.ad Trebel.& Dec. conſilio 275 numero 2.verſic. ſed pręmiſſis minime obſtantibus,Rot.Ianuen.deciſio.190. numero 8. & fuit reſolutum in Calaguritana confidentiæ,prima Iulii 1592. coram Pegna.

In contrarium, quod de ea debeat opponi,& ſi quis patiatur diſcuti gratiam geſta ſint valida,tenet poſt Bald. Iaſon in l.patre furioſo, num.32.ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. & fuit dictum in cauſa Tiraſonen. contrauentionis 12. Febr.& 6. Aprilis 1590. coram Bubalo.

Declara tamen prædicta procedere,
4 poſtquã gratia, † in qua adeſt clauſul. Sublata, eſt producta, ſecus vero ante productionem, nam hæc clauſ. intelligitur,quatenus is in cuius fauorem eſt appoſita,ea vti velit.Rota dec. 21.de conceſſ.præben.in antiquis, Sarnen.de annal.quæſtio.4.numero 4.& fuit reſolutum in cauſa Pampilonen. matrimonii, 16. Ianuarii 1585. coram Orano.

Amplia etiam,vt procedat non ſo-
5 lum in petitorio, † ſed etiam in poſſeſſorio, quia propter hanc clauſulam quis nec etiam in poſſeſſorio poteſt audiri,gloſſ.in cap.in nomine Domini,in verbo audientia,23 diſtinctione. Pariſ. conſilio 11. numero 10.libro 4. Capic. deciſione 69. numero 13. in fine,& fuit reſolutum in cauſa Syracuſana quarta,26. Iunii 1585. corã Blanchetto,& in Aſculana penſionis,7.Februarii 1586. coram Pamphilio, & in Cæſarauguſtana fructuum, 31. Maij 1596.coram eodem.

Et ideo obſtat, vt quamuis non poſſit manuteneri,† gloſſa in d.cap.in 6
nomine Domini in verb. audientia. Capic.d.deciſione 69. & in Cęſarauguſtana fructuum, 10.Decembr. 1595. coram Iuſto,& in eadem coram Pamphilio,vt ſupra.

Dic verum ante apertionem oris: nam poſtquam apertum eſt os, interim poteſt dari mandatum de manutenendo poſſidenti aduerſus dictam clauſulam. Rota deciſione 64.parte 2. in impreſſ.diuerſ.& in Anagnina iuris paſcendi,20. Decembris, 1591. coram Seraphino.

Hæc clauſula claudit os, † vt non 7
poſſit opponi de defectu intentionis, vel ſubreptionis, Rota in cauſa Portuen.bonorum,27.Nouemb.1577.coram Seraphino,& cauſa Romana domorum, 9. Decembris, 1599..... vt in deciſione 323.libro 2.Quotid.

Præſertim, ſi gratia eſt facta motu proprio ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, vt fuit dictum in cauſa Portuen. bonorum, coram Seraphino.

Et appoſita † in Breui operatur, vt 8
quis non poſſit dicere de nullitate reſignationis ſuper qua eſt fundatum Breue. Rota in cauſa Valentina penſionis, 20.Nouembr.1585. coram Robuſterio.

Et appoſita in Breui † de capienda 9
poſſeſſione,operatur,vt non poſſit dari de nullitate Breuis, vt fuit dictum in cauſa Tudent. Parrochialis,4.Nouembr.1592.coram Pamph.

Declara procedere,dummodo Bre-

ue ſit iuſtificatum, ex quo eſt poſita ad poſtulationem partis, vt fuit dictum in cauſa Vercellenſ. Canonicatus, 30. Octobris, 1592. coram Blanchetto, & in Vicentina beneficii, 21. Febr. 1600. coram Pamph.

10 Hæc clauſula operatur, † quod nõ poſſit dari de regula de iure quęſito non tollendo, vt fuit dictum in cauſa Acheruntina fructuum, 2. Decembr. 591. coram Pamph.

11 Hęc clauſula obſtat etiam iudici † Confidentiarum, quo minus non obtenta oris apertione poſſit cognoſcere de confidentia gratiæ in qua adeſt huiuſmodi clauſula, vt fuit dictum in cauſa Calaguritana Confidentię, 5. Iunii, & 1. Iulii, 1592 coram Pegna, & vide in eadem 4. Nouembr. 1592. coram eodem, vbi hoc in dubium videtur reuocari propter ampliſsimas facultates Iudicis Confidentiarum.

12 Et quando eſt abſolutè poſita † operatur etiam reſpectu tertii, cum tollat iudici iuriſdictionem, & cuique facultatem agendi. Ruin. conſilio 21. nu. 16. libro 1. & fuit dictum in cauſa Taraconenſ. Villæ de Reus 8. Febr. 1591. coram Plato, & 2. Aprilis 1593. coram Seraph. & in Romana de Victor is, 11. Martii 1591. coram Blanchetto.

Maxime, quando adeſt decretum irritans, in quo decernitur irritum, & inane, ſecus ſi ſuper his à quoquam ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, vt fuit dictum in cauſa Taraconen. Villæ de Reus, coram Seraphino.

13 Hęc clauſula operatur, quod non † obſtante petitorii ſuſpenſione, ſententia lata ſuper petitorio valeat, cũ ſtante huiuſmodi clauſula, ſententia, & ſuſpenſio petitorii ſit calumnioſa, & nullum competat remedium poſſeſſorium, gloſſ. in c. in nomine Domini verb. audientia 23. diſt Capic. dec. citata 69. & vide in cauſa Conchen. decimarum 11. Martii 1585. coram Blanchetto.

Si in diſpoſitione habente clauſulam, Sublata, † adſit clauſula, cuius ad 14
id expreſſus accedit conſenſus non cenſetur prolatus ſub conditione, ita vt clauſula, Sublata, non operatur effectum ſuum, niſi conſtet de conſenſu, ſed ad hoc opponendum requiritur apertio oris, vt fuit dictum in cauſa Placentina penſionis, 2. Iunii 1593. coram Pegna.

Hæc clauſula poſita † in ſupplica- 15
tione operatur, etiamſi in [illegible] non ſit poſita, vt fuit reſolutum in cauſa Aretina Commẽdæ, 19. Ianuarii, 1587. coram Seraph. & in Pampil. Prioratus de Artaxona, 10. Ianuarij, 1600. coram Pamphilio.

Præſertim, quando ille, qui dat de clauſula, Sublata, eſt poſſeſſor, & non agit pro canonizatione diſpoſitionis habentis d. clauſulam: ſed dat de illam excipiendo pro obtinenda abſolutoria, quo caſu ſufficit ſola ſupplicatio, etiamſi litteræ numquam fuerint expeditæ, Caſſad. dec. 4. numero 4 de cauſ. poſſeſſ. & prop. dec. vlt. numero 7. de reſt. ſpol. & dec. 1. numero 6 ſuper regu. cum ſimilibus, vt fuit dictum in cauſa Pampil. Prioratus de Artaxona, coram Pamph.

Hęc clauſula, quando gratia eſt reſeruata † ſeu reſtricta reſpectu alicu- 16
ius, ipſa quoque illius reſpectu cenſetur reſtricta, vt fuit dictum in cauſa Calaguritana de Sancta Pia, 12. Decembr. 1562. coram Orad. vt in dec. 363. libro 1. Quotid.

Limita, niſi eſſet generaliter poſita. Rota in vna Romana de Victoriis, 15. Martii 1591. coram Blanchetto.

Hęc clauſula tamquam acceſſoria † 17
non ſe extendit vltra caſus in principali diſpoſitione comprehenſos, vt fuit dictum in cauſa Calaguritana motus proprii de Victoria, 15. Iunii, 1592.

coram

coram Pamphilio,& in Valentina decimarũ,9.Iunii 1597.coram eodem,& in Romana impoſitionis Hebręorum 4. Februarij 1600 coram eodem, & vide in Cæſarauguſtana fructuum,31. Maii,1596.coram eodem.

Et ideo hæc clauſula non obſtat dicenti gratiam non comprehendere caſum,de quo agitur, vt fuit reſolutum in cauſa Calaguritana motus proprij, coram Pãphilio,& in Placentina præeminentiarum, 10. Iunii 1587. coram Plato,& in dicta Romana Impoſitionis Hebræorum, coram Pamphilio,& in Vrgellen.ſeu nullius iuriſdictionis, 17. Nouemb. 1600.coram Millino,& vide in d. cauſa Tarraconen. Villæ de Reus,coram Plato.

Item tamquam acceſſoria recipit omnes conditiones quas recipit principalis diſpoſitio. Put.deciſ.1.libro 1.& dec.142. in fin. Rota in cauſa Auellina vnionis,28.Iunii, & 15. Decembris 1595. coram Gipſio.

18 Et ideo appoſita † in Breui conditionali recipit omnes cõditiones, quas recipit Breue, & non operatur niſi conditione verificata, vt omnes aliæ clauſulæ, vt fuit dictum in cauſa Vrgellen.Canonicatus, 30.Octobr.1592. coram Blanchetto, & in Vicen beneficii S.Martini,21.Februarii 1600. cor. Pamph.

19 Hęc clauſula non † obſtat, ſi poſtea facto Papæ recedatur à parte tranſactionis confirmatæ cum iſta clauſula, quia ceſſante diſpoſitione ceſſat d. clauſ. Gemin. in c.præſenti, ver.nota quòd eo ipſo, & ibi Franc.in 3 notab. de offic.leg. in 6.Gabr.de clauſ.concl. 3. numero 82. & fuit dictum in vna Romana pecuniaria, 23. Iunii, & 15. Decemb.1595.coram Gipſio, & in eadem coram eodem,31 Maij 1596.

20 Hæc clauſula poſita † in gratia ad poſtulationem partis,intelligitur veris exiſtentibus narratis,& non operatur, quod non detur de defectu intentionis, niſi ſit iuncta cum alia clauſula, quod de ſubreptione,&c.Dec. conſil. 142.nu.9.Pariſ.conſilio 3.numero 84. lib.4.Put.deciſion.213.libro 2. & fuit reſolutum in cauſa Calaguritana iuriſdictionis, 30.Maii 1580.coram Rubeo vt in deciſion Quotid.367.libro 1.& in Mediolanen. bonorum de Noxedo, 2.Decembris 1585. coram Seraphino, & in Eluen. minoriorum vigeſima octaua Aprilis 1586. coram Orano, & in d.Tarraconen. Villæ de Reus, coram Plato,& in Burgen. de Elines,27. Martii 1591.coram Orano,& in Nouarien. Canonicatus, 12.Februarii 1593. coram Pamphil. & in Pampilonen. Archidiaconatus,19.Martij, & 10.Decembris 1593.coram eodem, & in Oſſen. pœnitentiariæ, duodecima Iunii 1594.coram Blanchetto,& in Gerunden.Cappellaniæ,17.Aprilis,& 5 Maii 1595.coram Mantica,& in Auellina vnionis,28.Iunii, & 15.Decembr. 1595. coram Gipſio,& in *Pampilonen.Prioratus* de Artaxona, coram Pamphilio.

Adde tamen, quod licet non adſit clauſula,quod de ſubreptione,&c. ſufficiunt clauſulæ, quæ æquipollent dictæ clauſulæ, quod de ſubreptione, &c. vt de clauſula, quod non poſſit cõtrauenire,fuit dictum in cauſa Mediolan.bonorum de Noxedo, coram Seraphino Pariſ.conſ 3. numero 85. & ſeq.libro 4.

Item adde, quod hæc clauſula † poſita in gratia ad inſtantiam partis, operatur effectum ſuum,quando non conſtat de falſitate narratorum, ſecus quando eſt detecta falſitas, nam tunc tantum eius veritas tollitur, & intelligitur veris exiſtentibus narratis, vt fuit dictum in cauſa Maioricen.parochialis, 27. Iunii 1571. coram Aldobrandino,quam vide in Toletana beneficiorum,5.Aprilis 1593.cor.Orano. 21

Hæc clauſula poſita in gratia ad poſtulationem partis † obſtat, quan-
22 do agitur de gratia exequenda, ſecus ſi agatur de retractanda exequutione gratiæ, quæ ſit iam exequutioni demandata, vt fuit dictum in cauſa Maioricen. Parochialis, 27. Iunii 1572. coram Aldobrandino, vt ſupra.

Hæc clauſula non operatur reſpectu illius, † in cuius fauorem gratia
23 eſt conceſſa, nam ipſe poteſt gratię renunciare, & dicta clauſula eatenus operatur, quatenus pars ea vti velit. Put. deciſione 1. libro 1. Creſcen. deciſione 79. libro 1. & fuit reſolutum in cauſa Tiraſon. congrui ſeruitii, 29. Ianuarii 1595. coram Pamph.

Quod tamen declara procedere, ſi quis renunciaret toti gratię, ſecus ſi vellet in parte vti, & in parte illi contrauenire, vt fuit deductum in cauſa Portuen. bonorum, 26. Iunii. 1577. coram Seraphino.

Hæc clauſula poſita in diſpoſitio-
24 ne † commiſſaria habente clauſulam, Vocatis vocandis, non operatur effectum ſuum, antequam ſit ſequuta cõfirmatio cum cauſæ cognitione. Rota in cauſa Tiraſonen. decimarum Oliuarum, 8. Octobris, 1586. coram Robuſterio, vt in deciſione 102. numero 6. parte 1. & vide in cauſa Mediolanen. 10. Decembris 1586. coram Seraphino, vbi quod poteſt dari de nullitate ex defectu citationis.

Hæc clauſula poſita non operatur
25 quo minus † Ordinarius auctoritate Concilij, vti Sedis Apoſt. delegatus non poſſit reuidere vniones factas à 40. annis citra etiam quòd in illis adſit clauſula, Sublata, Put. deciſ. 217. lib. 3. & fuit deciſum in cauſa Burg. vnionis de Elines, 2. Octobris 1587. coram Orano, & 27. Martii 1591. coram eodem.

Declara hoc procedere, quando Ordinarius vult reuidere, & examinare vniones factas ex officio, ſecus tamen, quando agitur de illarum validitate in contradictorio iudicio ad inſtantiam partis, vt fuit dictum in dicta Burgen. vnionis de Elines, 27. Martii, 1591. coram Orano.

Hæc clauſula non poteſt obſtare † 26
ſententiæ, in qua nulla prorſus fit mẽtio de diſpoſitione, cui clauſula, ſublata, &c. eſt adiecta, vt fuit dictum in cauſa Auellina, ſeu nullius vnionis 15. Decembris, 1595. coram Gipſio.

Hæc clauſula poſita in gratia, † in 27
qua adeſt clauſula, ſi ita eſt, non operatur effectum ſuum, niſi verificatis narratis, vt fuit reſolutũ in cauſa Portugal. diſmembrat. fructuum 16. Iunii 1595. coram Blanchetto, & in cauſa Calagur. Canonic. 27. Iunii, & 5. Nouembris 1601. coram Sacrato.

Item poſita in litteris in forma † 28
Commiſſaria non ſuffragatur, niſi poſtquam litteræ fuerint exequutioni demandatæ. Rota deciſione 102 numero 9 parte 1. diuerſ. & fuit dictum in dicta cauſa Portugallen. diſmembrationis, coram Blanchetto, & in Calaguritana Canonicatus, coram Sacrato, & fuit reſolutum in cauſa Tiraſonen. decimarum 8. Octobris 1576 coram Robuſterio.

Item, quando eſt appoſita diſpoſitioni habenti clauſulam, † Vocatis vo- 29
candis, non operatur effectum ſuum, antequam ſit ſecuta confirmatio cum cauſæ cognitione, Rota in cauſa Tiraſon. decim. Oliuarum, coram Robuſterio vt in deciſione 149. li 1 Quotid. & vide in cauſa Mediolan. 10. Decembris, coram Seraphino, vbi quod poteſt dari de nullitate citationis.

Hæc clauſula poſita in motu proprio † ſuper cõfirmatione ſtatutorum 30
in modo procedendi circa vnionem factam, præſuppoſita eius validitate, non obſtat annullata vnione, quæ non cõtinetur in motu proprio, ſed in alia

gratia

gratia ſeparata ex reg. l.mancipia, vbi gloſſ. C.de ſeru. fugit. Rom. ſingul. 495. Felin.in cap.nonnulli,in princip. numero 34. verſic. amplia iſta, de reſcript. ita fuit dictum in cauſa Auellina vnionis.15 Decembris 1595. coram Gipſio, & in eadem,coram eodem,31. Maii 1596.& coram Corduba,10.Decembris 1599.

Huic clauſulæ cenſetur renunciatum
31 † per commiſſionem ſuper validitate, vel inualiditate diſpoſitionis habentis huiuſmodi clauſulam,vt fuit reſolutum in cauſa Pampilonen. matrimonij, 16.Ianuarii 1585.coram Orano,& in Elnen.minoriorum, 28.Aprilis 1586. coram eodem, & in Tiraſonen.congrui ſeruitii,29.Ianuarii 1593. coram Pamphilio,& in Aretina commendæ,prima Iunii 1587. coram Orano,& in Pampilonenſ. Archidiaconatus,19.Martii 1593. coram Pamphilio, & vide in cauſa Auellina vnionis, 28. Iunii, & 5 Decembris 1595.& 31.Maii 1596.coram Gipſio,& in Pampilonen. prioratus de Artaxona, coram Pamphil.

32 Item ſi prius compromittat pars, † nam per compromiſſum cenſetur illi renunciatum, nec poteſt amplius opponere,vt fuit reſolutum in cauſa Hiſpalenſ.penſionis 23. Februarii,ſeu Iunii 1572. coram Binarino, & fuit dictum in cauſa Pampilonen.matrimonii,coram Orano.

Secus tamen eſt, quando commiſ-
33 ſio † non eſt ſuper validitate, vel inualiditate diſpoſitionis,ſed ſuper exequutione illius, vt fuit dictum in cauſa Placentina penſionis,8.Martii 1593. coram Pegna, & in Pampilonen. prioratus de Artaxona, coram eodem.

Item,quando commiſſio eſt ſuper turbationibus, & moleſtationibus,vel aliis non concernentibus validitatem gratiæ, ſeu diſpoſitionis habentis dictam clauſulam, ſublata, vt in cauſa Pampilonen.Archidiaconatus, coram Pamphilio, & prioratus de Artaxona, coram eodem.

Item,huic clauſulæ non cenſetur † 34
renunciatum per Commiſſionem à Reo obtentam ſuper iniuſtitia, vel nullitate ſententiæ latæ contra d.clauſulam,vt fuit dictum in cauſa Calagurritana Confidentiæ, prima Iulij 1592. coram Pegna.

Item, non dicitur renunciatum ſi quis vigore Signaturæ iuſtitiæ proceſſit in cauſa reſpectu articuli, cui non obſtabat clauſula, licet commiſſio eſſet generalis contra diſpoſitionem habentem dictam clauſulam, vt fuit dictum in cauſa Tiraſon. congrui ſeruitii, 21. Maii 1591. coram Comitolo.

Et ratio eſt,quia conſenſus, † qui e- 35
ligitur ex actu,non ſolet vltra illius limites extendi. Dec.in cap.cum venerabilis, ſub num.26.ver.voluntas de except.

Oris aperto tollit tantũ † effectũ 36
clauſulę,Sublata,& remouet illius obſtaculum,& dat facultatem impugnãdi gratiam, non autem tollit gratiam in reliquis, nec virtutẽ clauſulæ, quod de ſubreptione,&c. nec aliarum clauſularum confirmatoriarum, & conſequenter non aſtringit partem ad verificationem narratorum, ſed onus probandi incumbit alleganti ſubreptionem, quia in hoc opus eſt reductione ad viam iuris, Afflict. dec.228.numero 13.verſic. & licet,& numero 14.& fuit reſolutum in cauſa Romana de Gabrielis,12.Nouembr.1593 coram Orano,& in Romana domorum, 29.Maii 1595.coram Litta,& in Pampil. Archidiaconatus,19.Mart.1593.coram Pamphil.& in Salamant.vnionis, 19.Martii 1593.coram Blanchetto, & in Burgen. penſionis,24.Nouembris 1595. coram eodem, & in Sutrina Monaſterii, 9.

X

Decembr. 1596. coram Orano, & vide in cauſa Romana officij Secretariatus, 20. Nouembris 1591. coram Seraphino, & in Romana reſciſſionis, 5. Maii 1593. coram Orano, & in Abulen. penſionis, 28. Ianuarii 1600. coram Litta.

In contrarium tamen, quod oris apertio tollat virtutem clauſulæ, quod de ſubreptione, & narrata ſint verificanda, fuit dictum in cauſa. Caputaq. iuris patronatus, 10 Decembris 1575. coram Aldobrandino, deciſione 224. libro 2. Quotid. & in Seguntinæ dimidię annatæ, 16. Iunii 1595. coram Litta.

Et adde, quod poſtquam eſt aper-
37 tum † os, poteſt interim dari mandatũ de manutenendo poſſidenti aduerſus dictam clauſulam, Rota deciſ. 64. par. 2. in impreſſ. diuerſ. & in Anagnina iuris paſcendi, 20. Decembris 1591. coram Seraphino.

Oris apertio non dicitur noua gratia, ſed tantum remouet obſtaculum, vt fuit dictum in cauſa Burgen. decimarum de Scalante, 13. Nouembris 1591. coram Orano, & in Romana domorum, coram Litta, & vide in cauſa Calaguritana Confidentiæ, prima Iulii, 1592. coram Pegna.

38 Commiſſio † apertionis oris ſapit iuſtitiam, & ideo non poteſt impugnari de ſubreptione, vt fuit reſolutum in Cæſaraugustana exemptionis, 29. Octobris, 1584. coram Orano, & in Romana de Gabrielis, coram eodem, & in Calaguritana confidentiæ, coram Pegna.

Commiſſio apertionis oris aduerſus clauſulam, Sublata, quando eſt reſtricta ad vnum articulum, non tollit effectum clauſulæ quoad alios articulos, vt fuit reſolutum in cauſa Tarraconen. Villæ de Reus, 2. Aprilis 1593. coram Seraphino, vbi quando refertur ad omnia.

Præfectus Signaturæ iuſtitię † non 39
poteſt os aperire. Sarnen. in compend. vtr. Sign. num. 14. Staph. de litt. gra. fol. 149. verſ. ſecundum eſt, Put. deciſ. 1. de reſcript. & fuit reſolutum in d. Tarraconen. Villę de Reus, coram Seraphino, vbi fuit reiecta deciſio Robuſterio in cauſa Peruſina della Macchia tonda, 15. Aprilis 1575. vt in deciſione 533. libro 2. Quotid. in qua contrarium fuerat reſolutum, ſcilicet, quod poſſit aperire, & vide in cauſa Mediolanen. bonorũ de Noxedo, 27. Ianuarii, 1586. & 2. Maij eiuſdem anni, coram Seraphino, & Bonon. parochialis de Varignano, 31. Ianuarii 1589. coram Gipſio.

Ad tollendam huiuſmodi clauſu-
lam † non ſufficit ſimplex cauſæ com- 40
miſſio, niſi facta ſit mentio huius clauſulæ, vel adſit clauſula, quorum tenores, &c. eius vigore poteſt inſeri totus tenor obſtantiarum etiã vigore clauſulæ, Sublata, iuxta conſil. Butr. 2. aliâs 49. numero 5 quod ſequitur Gemin. conſilio 120. numero 7. Dec. conſilio 165. numero 2. Ægid. deciſione 338. & paſſim ſeruat Rota, vt per Caſſad. deciſione 10. num. 2 ſuper reg & fuit reſolutũ in cauſa Peruſina della Macchia tonda, coram Robuſt. vt ſupra, & in Famo. matrimonii, 16. Ianuarii 1585. coram Orano, & in Mediolanen. bonorum de Noxedo corã Seraphino, 2. Decemb. 1585. & in Bononien. Parrochialis de Varignano, 31. Ianuarij 1586. coram. Gipſio, & in Hiſpalen. denegationis penſionis, 18. Aprilis 1586. coram Bub. Salamantina vnionis, 29. Aprilis 1592. coram Blanchetto.

Stante hac clauſula non impeditur † 41
agere ille, qui facta mentione de huiuſmodi clauſula obtinuit à Papa abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, vt fuit reſolutum in cauſa Vlixbonen. legitimæ, 15. Februarii, 1591. coram Pegna.

Hæc

42 Hęc clauſula in fine poſita reſpicit † totam gratiam, & refertur ad omnia præcedentia, vt fuit reſolutum in Romana Caſalium, 27. Ianuarii 1561. coram Oradino, & in Aretina Cõmendæ, 19. Iunii 1587. coram Orano, vbi etiam quòd duæ adſint gratiæ, & in Taraconen. Villæ de Reus, 8. Februar. 1591. coram Plato, & in Placẽtina penſionis, 8. Martii, 1593. coram Pegna.

Et facit regula, quòd clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, l. talis ſcriptura, §. fin. ff. de leg. 1 & ibi Bart. & alii Abb. Dec. & alii in c. ſecundo requiris, de appellat.

Præſertim quando non poteſt aſſignari diuerſa ratio, cur clauſula, Sublata, magis referatur ad vnum capitulum, quàm ad aliud. Dec. in d. c. ſecundo requiris, numero 3. & fuit dictum in illa Placentina penſionis, coram Pegna.

Et idcircò ex reg. d. l. talis ſcriptura, §. fin. & l. licet, ff. de leg. primo, l. 1. C. de lib. præter. & c. ſecundo requiris de appellat. Hęc clauſula in fine poſita iungitur cum clauſula, Quod de ſubreptione, quę eſt ſupra poſita, pluribus intermediis, ita fuit reſolutum in cauſa Aretina Commendæ, 19. & 30. Ianuarii 1587. coram Seraphino, & in Placentina penſ. coram Pegna.

43 De hac clauſula poteſt dari † quandocumque etiam in ſecunda inſtantia, Rota Ianuen. deciſione 190. numero 8. & fuit reſolutum in cauſa Calaguritana Confidentię, 1. Iulii 1592. coram Pegna. & vide in cauſa Auellin. vnionis, 31. Maii 1596. coram Gipſio.

De hac clauſula poteſt dare bene-
44 ficiatus nomine ſuæ † Eccleſię, etiamſi ipſe renunciauerit, vel aliàs iurauerit gloſſ. in c. ſi qui presbyterorũ in verb. alienator, de reb. Eccl. non alien. Aret. conſilio 114. ſub numero 2. & 3. & fuit reſolutum in cauſa Aretina Commendæ, 1 Iunii 1587 coram Orano.

Stante hac clauſula, Rota, cuius agendo, ſolet ſemper remittere partes ad Sanctiſſimum, Cotta deciſ. 18. quæ eſt Romana Caſalium, 20. Decembris, 1600. coram Oradino, & in Taracon. Villæ de Reus, 8. Februarij 1591. coram Plato. & in Romana de Victoriis, 11. Martii 1591. coram Blanchetto.

Princeps ſuis iudicibus pręcipere poteſt, vt in certis caſibus denegent audientiam, † Zabarell. & Imola in 45
c. qua diligentia, circa finem, de electione. Dec. in c. finali, numero 9. verſic. ſaluari tamen poteſt, de conſtit. Et licet ſine cauſa non poſſit tollere ius tertii, tamen præcipere poteſt, quòd non audiatur, Pariſ. in conſilio 1. num. 38. ver. dicentes, vol. 4. Socin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 16. ff. de liber. & poſth. Quo caſu moribus receptum eſt, vt reſcriptum fiat, cum clauſula, Sublata iudicibus aliter iudicandi aut interpretandi facultate, per
quam omnibus † iudicibus clauditur 46
os, vt donec & quouſque à Papa, vel Principe aperiatur, aliquid dicere non poſſunt, Zabarell. in dicto c. qua diligentia, in quæſtione 5. de election. Gundiſſalu. de Villadiego, in tractatu de Legato, queſt. 7. numero 32. Fur. deciſione 50. numero 5. parte 1. Pariſ. in conſilio 5. numero 133. & in cõſilio 38. numero 7. vol. 4. Ruin. in conſilio 21. numero 15. volum. 1. Verall. 134. numero 4. parte 3. Et ideo laudabilis ſtylus ſeruatur in Curia, vt cum primùm de clauſula, Sublata, innotuerit, iudices ad vlteriora non procedunt, Niſi per Papam os aperiatur, vt deciſ. 18. inter Miſcellaneas.

De clauſula, Sublata, † quandocum 47
que opponi poteſt, cùm ſit impedimentum reale, adimens inferiori iuriſdictionem, & reddens illum ad iudicandum, & procedendum inhabilem, etiam ſi non fuiſſet in proceſſu oppoſita, atque totum proceſſum nullũ red-

dit, vt fuit in Rota reſolutum, 1. Iulii, 1592. coram Pegna. Et quòd inhabili-
48 tetur † perſona iudicis, abſq; eo quòd opponatur, atque proceſſus ſit nullus. Io. Andr. in Additionibus ad Specul. in titulo de probatione ſententiæ, §. iuxtà, verſ. Item eſt nulla ratione litigatorum, verſ. eſt excommunicatus, Iacob. de Aretina, in Diſputatione incipiente: Quæſtio eſt, quam ſequitur Dec in conſilio 275. numero 2. ver. ſed præmiſſis. Et quidquid alij ſentiant in contrarium, Ioan. Andreę opinio eſt magis communis, Alex. in l. 1. §. ſublata, numero 22 ff. ad Trebel. Rota Genuę in deciſione 180. num. 8. Et ideo
49 iudicium agitatum † coram iudice, cui obſtabat clauſula, Sublata, eſt nullum, quia deficit perſona iudicis, quę eſt vna de requiſitis in iudicio, c. forus, de verb. ſignif.

Addo, quòd hæc clauſula non habet locum quando quis vult oſtende-
50 re quòd Gratia, † in qua poſita eſt, in aliquo caſu non habet locum, vt fuit reſolutum in Vercellen. ſeu nullius iuriſdictionis, 17. Nouemb. 1600. coram Millino, tamquam clauſula acceſſoria ad gratiam, Put. deciſione 1. parte 1. & fuit reſolutum in Placētina parochialis de Malpadida, 29. Nouembr. 1593. coram Litta, & ideo datur de defectu intentionis Papę, vt tenuit Rota in Romana Secretariæ, vigeſima Nouembr. 1591 coram Seraphino.

51 Ideo poſita in confirmatione † non ampliat, quia vti acceſſoria recipit eaſdem conditiones quas recipit diſpoſitio principalis, Gabriel. in titulo de Clauſulis, concl 5. numero 82. Put. d. deciſione 1. part. 1 & fuit reſolutum in Valentina decimarum, 9 Iulii, 1597.
52 coram Pamphilio. Item, † non extenditur ad actum poſtea factum, quia non egreditur terminos ſuæ diſpoſitionis in qua apponitur, Felin. in c. in corrigendis, numero 7. in fine, de offic. ordinar. Sarnen. ſuper Regul. de infirmis reſignantibus, quæſtio. 34. numero 3. Nec extenditur vltra ea, quæ ſuppoſita fuerant, vt fuit dictum in Placentina Decanatus, 6. Octobris, 1596. coram Pegna, & in Orioleńſ. decimarum, 21. Maii 1586. coram Orano, & in Vercellen. Canonicatus, 30. Octobris 1592. coram Blanchetto, & in Auellin. vnionis, 28. Iunii 15. Decembris 1595. coram Gipſio.

Item ſemper intelligitur † ſecun- 53
dum naturam principalis diſpoſitionis, & prout de iure propterea aliquando non vitiat proceſſum. Vide Rotam in deciſione 209. parte 4. in nouiter nouiſſimis.

Si eſt appoſita à Papa in † confir- 54
matione, cenſetur appoſita ad benefaciendum, & ideo ſi illam poſtea tollit, apetiendo os, non dicitur tollere ius quæſitum, cùm nemini præiudicet, Geminian. in conſilio 53. numero 3. in fine. Pariſ. conſilio 68. numero 284. vol. 4. Verall. deciſ. 31 parte 3.

Sublata † difficultate, intelligitur de 55
difficultate facti, non autem iuris, & quæ probabilem cauſam habeat. Ægid. deciſio. 598.

SVMMARIA.

1 *Fori ſubmiſſio per hanc clauſulam quid & quantum operetur.*

2 *Promiſſio non declinandi fori, ſubmiſſio, & prorogatio iuriſdictionis à pari procedunt.*

3 *Pœnitentia non datur etiam ante litem conteſtatam ſubmittenti ſe per hæc verba.*

4 *De priuatione ad habitum non datur regreſſus in ſubmiſſione fori.*

5 *Forum quis ſortitur verè, vel ficte vt per adoptionem, vel baptiſmum cum declaratione, de qua ibi.*

6 *Inſtantia perempta viuificatio per inſinuationem, an includat laicum effectum Clericum poſt interitum inſtantia.*

CLAV-

* CLAVSVLA 177.

*Submittens ſe iuriſdictioni, & foro cuiuſcumque Iudicis.*

IN perſonis, quę poſſunt prorogare iuriſdictionem, plurimum præſtat
1 fori huiuſmodi ſubmiſſio †, & vbi eſt generalis, operatur quo ad omnes caſus, etiam ſine conſenſu Iudicis, cui ſubeſt ſubmittens, idemque Iudex alioqui incompetens poteſt ſupra iuriſdictionem ſuam iudicare, ſi prima facie cauſa videtur infra ſuam iuriſdictionem, Bart. in l. fin. §. vlt. C. de appellat. Guid. Pap. q. 7. Rot. Gen. deciſ. 23. n. 3. & 5. quaſi hoc modo ſit approbatus Iudex non ſuus, & nihil intereſt inter promiſſionem de non declinan-
2 do forum, † inter ſubmiſſionem, & inter prorogationem iuriſdictionis. Guid. Pap. q. 370. Nec licita eſt pœni-
3 tentia, † etiam ante litem conteſtatã, ſi talis ſubmiſsio ſit munita iuramẽto. Rip. in cap. 1. num. 46. cum ſeq. de iudic. quicquid in oppoſitum cenſuerit gl. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. om. iud. ſic Guid. Pap. q. 77. Iaſ. in dicta l. ſi cõuenerit, & Frãch. Marcus deciſio. 276. par. 1. quoquo igitur modo quem ſortiri forum contingat, ſic ſe ſubmittens fruſtra contendit remitti ad Iudicem ſuum, ob renuntiationem fori inde ſcatentem. Reuſner. conſ. 6 n. 20. cum ſeq. lib. 2. apud nos tract. de iudic. c. 1. num. 225. cum ſeqq. cum de priua-
4 tione † ad habitum non detur regreſſus, ſiue forum quis ſortiatur verè ſiue
5 fictè, † vt per adoptionem, vel per baptiſmum, per quem dicitur renaſci, qui lauatur. Marian. Socin. ad rub. de foro compet. cum adductis per Ant. Matthæuz. trac. de prorogatione fori num. 27. verſic. & quod dictum eſt ſupra in origine, niſi iam perempta eſſet
6 inſtantia iudicij cœpti inter laicos † mox viuificata per inſuſtationem quo tempore reus ad clericatum promotus eſt, nam ceſſat effectus ſubmiſsionis, militat declinatoria. Vinc. Anna ſign. 129. quem refert Marta tract. de iuriſ. p. 4. cent. pri. caſu 32. n. 6. *Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Sub refectione &c. clauſula indoles in contractu venditionis.*

2 *Suppeditat actionem emptori pro repetitionis expenſis in iudicio euictionis ſiuè victus, ſiuè victor extiterit.*

3 *Quid in emptore aduocato aduocati operam adhibente.*

4 *Quando comprehendat intereſſe ex mora ſoluendi ob tempus præteritum?*

6 *Intereſſe, & ſortis quando idem ius ſit?*

6 *Hypothecaria actio pro alimentis in bonis mariti vxori competit ſtante hac clauſula.*

7 *Appellatio à liquidatione damnorum, & intereſſe, an tollatur per hanc clauſulam.*

8 *Quid non præuia taxatione.*

9 *Exequutio, an retardetur conceſſa reductione ad arbitrium boni viri.*

[illegible]*rum probatio qualis ſit præcipuè* [illegible] *d ſubſtantiam.*

CLAVSVLA 178. *

[illegible]*fectione quorumcumque damnorum, & intereſſe litis.*

SCribentes ex mente I. C. in l. venditores ff. de verb. oblig. miniſtrant cautelam addendi hanc clauſulam in contractu venditionis, cuius † indo- 1
les eſt, vt non ſolum actio ex promiſſione hominis detur ad intereſſe, vituras pretij, & expenſas, & ne vnquam pereant, † etiam quod principalis a- 2
ctio periret, l. 1. C. de iudic. & l. 4. C. depoſiti, verum etiam includantur in dicta promiſsione, & actione, quæ aliàs ſui natura minimè venirent.

Præterea dicta clauſula vſque adeò exerit vires ſuas, vt emptori detur actio pro repetitione expenſarum litis in iudicio euictionis, ſiue obtinuerit, ſiue ſuccubuerit. Rurſus ſi emptor † ad- 3
uocatus ſuccumbat, repetit à vẽditore iure actionis ſumptus, quos ipſe in alio

aduocato feciſſet Burſat. conſilio 184. numero 26.cum ſeq.colum.2.

Inſuper dicta clauſula poſita poſt promiſſionem dupli pretii, & liuellorum terminis ſoluendi elapſis, comprehendit † intereſſe ex mora pro-
4 pter tempus præteritum arg.l.1.in pr. & l. ſi ſterilis. §.cum per venditorem ff.de act.emp.acceſſoriéque ad ſorté ipſá pretii,& liuellorum venit,eodémque modo actione,forma, & iure de-
5 bitum erit †intereſſe,ſicuti ſors & pretium ipſum.Burſat d. conſilio nu.29. dicitur quod intereſſe,& lucrũ ceſſans in dictis verbis ſtipulatum de tenore inſtrumenti cum prærogatiua iuris executiui,prout pretium, & res principalis. Oſaſch. deciſione eod.129.num. 12.Pancirol.conſilio 147.n.8.& 9.

Ad hæc ex dicta clauſula competit
6 hypothecaria † actio pro alimentis vxori in bonis mariti,quę ſecundum aliquos citra dictam prouiſionem ceſſaret, pulchrè de hac clauſula. Burſat d.conſilio n.21.cum pluribus ſeqq.

Tandem à liquidatione damnorũ,
7 & intereſſe † in conſequentiam dictæ ſtipulationis non dari appellationem tutatur.Menoch.pleno conſilio 213.e-
8 tiã non præcedente † taxatione pract. Papienſ.in forma lib.in action.reali,℣. & in expenſis. nu.11. Rot.Gen.deciſ. 78.n.8. Rot.Auen.deciſione 59 Plot. ad l.ſi quando numero 616.& 740.C. vnde vi,benè eruditus. Ruginell. accuratè declarat in ſuis commentariis de appell.§.2 c.3.℣.iuramentum num. 512.cum ſeqq. quicquid in oppoſitum reſpectu appellationis velit Surd.dec. 27.cui occurrit Scapuccin.tract.de Saluian.interd.libro 3.quæſt.13.in fine. In
9 omnem caſum reductio † non retardat executionem. Cæuall.tract. com. contra com.p.1.quæſt.7.n.11. cum ſeq. Steph.Grat.Rom.diſcept.forenſ.c.41. num.23. vſque ad finem. Dummodo aliàs liqueat de ſubſtantia,& de quiditate damni, nec aliter intelligenda ſunt prædicta. Maſtrill.plenè deciſio. 60. parte 1. quorum damnorum probatio † fit etiam per coniecturas: im- 10
mò quoque per iuramentum ſuppletorium,etiam data ſingularitate teſtiũ. Steph.Grat.Rom.diſcep.foren.c.33.n. 53.& 56.quæ quidem liquidatio ſuper damnis & intereſſe dicitur declaratio, quæ retrotrahitur etiam in præiudicium tertii: ſic laudatiſſimus I.C.D. meus Manent.conſilio 30. num.26.& 27. *Io.Bapt.Coſta.*

## CLAVSVLA 179.

*Subminiſtratis Oratori alimentis,& ſumptibus litis.*

HÆc clauſula in commiſſione poſita ſuffragatur etiã hęredi, vt illius vigore ei debeantur alimenta, & ſumptus litis,quando cum hęrede cõtinuatur eadem lis,quæ fuit cœpta cũ defuncto, & eadem inſtantia, & ſic competunt eadem priuilegia, l. hęres abſens,ff.de iudic.& vide in cauſa Bononien.de Gargantibus,26.Nouemb. 1599.coram Millino.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, Summariè, tollit ſollemnitates iuris ciuilis.*
2 *Et obſeruationem terminorum ſubſtantialium.*
3 *Iudex datus cum clauſula, Summariè, poterit iudicare vt Princeps.*
4 *Sententia quando poſſit ferri ſuper diuerſa cauſa.*
5 *Iudicij forma nulla ſeruanda eſt, ob clauſulam, Summariè.*
6 *Clauſula, Summariè, quæ aliæ clauſulæ æquipolleant.*
7 *Clauſula, Sine figura iudicij, quid importet.*
8 *Clauſula, Sola facti veritate inſpecta, operatur plus quàm clauſula Summariè.*
9 *Idem clauſula, De Plano.*
10 *Probationes neceſſariæ non cenſentur ſublatæ per clauſulam, Summariè.*

11 Ex-

11 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem, quando poſſint remitti ad aliud iudicium.*

12 *Clauſula, Summariè, quando nihil operetur.*

13 *Nunquam cenſetur appoſita, niſi verbis expreſſa.*

14 *Non operatur ſuper diuerſa re non petit.*

15 *Statutum, quod arbitri procedant Summariè, quomodo intelligitur.*

## CLAVSVLA 180.

### *Summariè.*

CLauſula, Summariè, ſola facti veritate inſpecta, & manu Regia,
1 tollit † ſollemnitates iuris ciuilis, Rom. conſil. 497. num. 9. Dec. conſilio 449. nu. 15 Grauatius ad Veſtr. in praxi lib. 5. cap. primo, num. 7. Maranta de ordin. iud. parte quarta, diſt. 9. n. 8. & vide in cauſa Romana pecuniaria, 15. Octobris 1601. coram Millino.

2 Et ideo † tollit obſeruationem terminorum ſubſtantialium, in d. Romana pecuniaria, coram Millino.

Vide ſupra in clauſula, Manu Regia.

3 Cum iſta clauſula iudex datus, ſicut Princeps † iudicare poteſt. Dec. in c. dilect., num 12. verſ. & prædicta de iudic. & in c. quoniam contra nu. 15. verſ. tertio quid ſi cauſa de probat. Cacheran. deciſ 1. n. 20. Alex. in conſilio 6. n.
4 2. vol. 3. Ideo ſuper cauſa † probata ſententiam proferre poterit, quamuis cauſa illa non eſſet in libello deducta, vt poſt alios, quos citat Alexá in l. ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus, nu 8 ff de verb. obligat. Marſil. ſingular 272. Gramatic. deciſ. 203. n. 141. Cacheran. in d. deciſ. 1. num. 21 Riminald. iun. in conſilio 186. n. 28. vol. 2 & in conſilio 261. num.
5 12. vol 3 Ergo nulla forma iudiciaria † ſeruanda eſt, ſed ſolùm ius naturale, & gentium, quo ſola veritas attenditur, Aretin. in §. in bonæ fidei, num. 33. ℣. quid ſi fiat, & ibi Iaſ. n. 45. Inſtit. de actionib. Roman. in conſilio 20. num. 8. verbo Præterea, vbi Addentes plurimos allegant. Item plurimos ad hoc allegatos vide à Caualcan. in deciſ. 19. num 33. par. 1.

Huic clauſulæ æquiparatur † clauſula, Manu Regia, quę idem importat, 6
quòd ſummariè, & ſine figura iudicij. Bartol. in Extrauaganti Ad reprimendum, verſic. & figura, in fine. vide quæ ſcripſi ſupra in clauſula, Manu Regia. Item clauſula, Simpliciter importat idem quòd ſummariè in fin. Itē clauſula Procedat prout voluerit, æquipollet clauſulę, Sũmariè, & ſine figura iudicij. Ideo cenſentur ſublata ea tantum, quę ſunt de iure ciuili, non autem quę iuris gentium ſunt, Romã. in conſ. 248. n. 3. verſ. Tertiò dicitur, vbi Addentes in v. Naturali, multos congerunt. Et hic aduerte, quòd hæc clauſula † Sine figura 7
iudicij, importat virtutē omnium clauſularum huiuſmodi ſimul, & ſemel dictarum, videlicet, Summariè, *Simpliciter*, & de Plano, *Sine ſtrepitu*, & figura iudicij, vide *Bart. in* d. *Extrauag.* ad *Reprimendum in verb. Figura*, n. 4 & *ſeq.* & *plenius in ver videbitur*, n. 8. & *ſeq.* ℣. tertio caſu, vbi Addentes in ℣. importantia, alios allegant.

Aliqui volunt, clauſulam, † Sola fa- 8
cti veritate inſpecta, æquiparari etiam clauſulę, Summariè, ſed contrarium eſt verius, quoniam illa plus operatur, quàm Summariè, Dec. in d. c. quoniam contra, n. 1. in fine, vol. 3. Imola, & Felin. in c. dilecti de iudic. Cacheran. in d. deciſ. 1. n. 20. Quoniam clauſula, Sola facti veritate inſpecta, importat idem quod manu Regia, atque relaxat omnes ſollemnitates iuris poſitiui, & iudex arctatur tantùm ad ea, quę ſunt iuris gentium, Iaſ. in cõſ. 105. col. fin. vol. 1. Alex. in conſilio 6. col. 2. in princip. volum. 2. & conſilio 84. numero 13. volum. 4. Roman. in d. conſilio 248. numero 3. verſ. tertiò dicitur. Et quòd

clauſula, Sola facti, &c. tollat omnes ſollẽnitates iudiciorum, vide Florian. in conſ.15.nu.6.& ſeq. verſ. interdum verò Roman. in conſil.20. num. 3. & num 8.vbi Addentes multos citant, ad probandum, quando plus operatur. Item clauſula, † De plano, plus opera-
9 tur quàm clauſula Summariè: quoniam per illam de plano, remouentur omnes ſollemnitates iuris ciuilis, & ſufficit appellare viua voce, etiam iudice non ſedente pro tribunali. Bal. in conſil. 271. vol.3. & vide Signorol. in conſ.15.n.3. qui plura adducit.

Sed an per huiuſmodi clauſulam
10 † Summariè, cenſeātur etiam ſublatæ probationes neceſſariæ? Aliqui volunt affirmatiuam, quia ſummariè, & de facto inquirere, & condemnare, importat ſine cauſæ cognitione, & ſine probatione, l. ictus fuſtium, & ibi gl. ff. de his qui not. infam. Bartol. in conſilio 82.n.2. parte 1. vbi Addentes, in verbo, De facto plures allegant. Sed contrarium eſt verius, vt firmauit idem Bar. in d. Extrauag. Ad reprimendum, in ver. videbitur, n.12. ver. quid ſi dicatur, Dec. in conſil 454.n.4. Caualcan. deciſ.20.n.22. par.1. In hac quæſtione reſpondeo: Aut cauſa eſt ordinaria, ſed articulus incidens, & emergens [illegible] ſummariè decidendus, & tunc clauſula, Summariè, adiecta intelligitur breuiter, & non diminutiuè, quia omnia ſubſtantialia iudicij adhibenda ſunt, ſed breuiori modo, ideo requiritur libellus, litis cõteſtatio, & ſententia diffinitiua. Item, debent aſſignari dilationes, licet breuiores. Item, probationes faciẽdæ ſunt, quia aliter tolleretur cauſæ cognitio, quæ eſt de ſubſtantia iudicij. Item, tolleretur ius partis. Aut cã, natura ſua eſt ſummaria, & tunc, aut agitur de cã præiudiciali fauorabili, vt alimentorum, & ventris, atque ſimilium, & tunc ſufficit ſemiplena probatio: vbi autem non eſt fauorabilis, plena requiritur, Bar. ind. Extrau. Ad reprimendum, nu.9. ✠. quædam ſunt, in quibus. Alex. in conſ.139. in fi. vbi Addentes alios citant, vol.7. & in conſ. 187. in fine eodem volum. 7. In caſu autem, quo caſu non eſt fauorabilis, aut præiudicium poteſt reparari per aliud iudicium, & tunc exceptiones,
† quę requirunt altiorem indaginem, 11
& in alio iudicio examinari poſſunt, amitti poſſunt, ſed in alio iudicio reſeruantur: vbi autem examinari non poſſunt, tunc in primo admittendæ ſunt, aliter enim partis ius tolleretur, Bartol. ibid. in verſ. Summariè, n.4. verſ in hoc proceſſu. Item ſi non poſſent reparari, niſi per appellationem, vel reſtitutionem in integrum, tunc clauſula, Summariè, † etiamſi adiecta eſſet al- 12
tera, De plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, non operatur, niſi quantum ad ordinem procedendi, vt proceſſus ſit verior: quo verò ad exceptiones, & probationes reſpicientes deciſionem cauſæ nihil operantur, Bart. ibid. in d. verſ. Summariè, nu.13. & ſeq. verſ. quædam ſunt, vbi limitat, quando ageretur contra abſentem.

Et aduerte, quòd clauſula, † ſiue ar- 13
ticulus incidens, nũquam cenſetur cõmiſſus Summariè, licet ita petitum fuerit, ſi Princeps reſcripſerit, quod fiat ius, quia niſi addiderit, Summariè, cenſetur denegaſse, cum de vno tantum reſpõderit. Signorol. in conſ.5 & vide Gabriel. in titulo de clauſulis, concluſ. 6.n.[illegible] qui alios refert.

Quando autem hæc clauſula † ex- 14
preſſa eſt à Principe concedente, numquam operari poteſt ſuper diuerſa re, ſed tantum operatur ſuper eodem facto deducto ex vna cauſa, & probato ex alia, puta, ſi ageretur ad decem ex mutuo, & probaretur ex cauſa depoſiti, & ita loquuntur pręfati Doctores. Nam conformitas ſententiæ in tribus conſiſtere debet, videlicet in repetita

l. fina-

ctu clauſularũ, Rubrica de clauſ. Motu proprio n.5 Petrus Duenas in Regula 131. in prima fallentia in fine. Itẽ nõ tol-
11 lit ea † quę expreſsè ſunt poſita in cõditione, puta ſi in euidẽtẽ vtilitatẽ Eccleſię nec ſubſtantia huius alienationis conditionalis Pariſ. conſ.3.n.64. vol 4. Abbas in conſ.99. in fine, parte 1. Caualcã. decil.46.n.402. parte prima, qui alios refert, quoniã pręſumitur ignorare an accedat in euidentẽ vtilitatẽ Eccleſię & ideo non ſupplentur ignorata per huiuſmodi Clauſ. Dec. in c.1. n.7. de confirmatione vtil. vel inutil. Ruin. in cõſ.71.n.3.vol.3. Caualcan. deciſ.46.
12 n.58. parte 1. Item, hęc clauſula † non operatur expreſſa obreptione, & falſitate. Abb. in c. inter dilectos, col.4. de fide inſtrumẽt. & ſolũ vbi cauſa cognita proceſſum fuit, aliàs ſecùs. Abb. in conſ.34.n.5. & 8. parte 2. Socin. in conſ. 162. col.3. ℣. ſed ad iſta vol.1. & ſolũ reſtringitur ad expreſſos, & ſpecificatos defectus Alex. in conſ 52. in fine, vol.7.
13 Ruin. in conſ.97.n.8.vol.4. Itẽ † non refertur ad ea quę ſpecialiter commiſſa fuere, quia cõtrarietas in reſcribẽte eſt euitanda. Itẽ quia clauſula ſpecialis nõ trahitur ad ſpecialiter prouiſa, l. hęredi, §. quia patrẽ, vbi Alex. in princip. & in §. diſcretas, nu.8. & ibi Iaſ. & alij, ff. de vulgar. & pupill. Decia in conſ 19 nu. 110. vol.3. Natta in conſ.403.

SVMMARIA.

1 *Clauſula hac tã in cõtractibus, quàm vltimis volũtatibus, aliquãdo demõſtratiuè, limitatiuè aliquãdo, intelligitur.*

2 *Dictiones hę ſunt notę perſonalitatis, licet adeſſet dictio (perpetuo) & propterea hęres hęredis non cõprehenditur. Limitatur num.3.*

CLAVSVLA 182. *

*Supraſcriptum, vel infraſcriptum.*

1 ETiam in conuentionalibus † nedũ in vltimis volũtatibus aliquãdo demonſtratiuè, aliquando limitatiuè intelligitur. d. Clauſula, Alexãd. conſ. 173.n.6.vol.5. Curt. Iũ. in l.2. n.13. C. de ſucceſſ. edict. Bertaz. conſ. ciuili 83. n. 67. Peregr. de fideicomm. art. 21. num.
25. ſuntque notæ † perſonalitatis veluti inſtar omnium probat Surd. cõſ.123 præcipue n.16. etiam quod adeſſet dictio (perpetuo) vt ibi habetur, & Turret. conſ.26.n. 6. prope finem lib.1 Ita quod hæres hæredis non includitur. Iſart. conſil.7. ad fin. lib.1. Iaſ. in l. qui liberis §. hæc verba ad fin. ff de vulg. & pupil. Purpur. cõſ.351.n.15. cũ ſeq. vol.1. 2
† niſi agatur de præſtationibus annuis 3
tam pro excutione contractuũ quam vltimæ volũtatis ad quas hæredes hęredum tenẽtur, maximè pietatis ergò, & fauore religionis, vel ob animæ ſalutem, vel ad exonus conſcientiæ Stephan. Gratiã. Rom. deciſ. Marchiæ 22. ſapienter Corn. conſ.69. vol 4. quem ſecutam fuiſſe Rot. Rom. teſtatur Stephan. Gratian. Rom. diſcept. Forenſ. c. 104. nu.51. cum ſeqq. & Peregr. de fideicomm. art 32. num. 70. præterquã quod veniunt omnes hæredes: quibus accommodatur Iudicium teſtãtis: Excell. D. Bim. cõſ.163 n.19.20. & 29. vol. 3 *Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Tanto al bene quanto al male, clauſula in ſocietatibus quinam ſit ſenſus.*

2 *(Firmo manẽte capitali,) clauſulis nõ operatur capitalis aſſecuratione ob ſuſpicionem vſuræ.*

3 *Quid ſi proteſtatio hæc compenſetur certitudine maioris lucri?*

4 *Quid ſi adſit clauſula indicatiua arbitrij boni viri, veluti (Prout conuenit bono, & legali ſocio.)*

5 *Apotheca, & ſocietatis in dubio præſumũtur lucrari.*

CLAVSVLA 178. *

*Tanto al bene, quanto al male &c.*

EXponit dictã clauſulã Rota Rom. deciſ.763.n.16.p.1. in nouiſſimis in materia ſociali referendo illius ſenſum † non ad capitale poſitum in 1



ERROR DE ENCUADERNACIÓN

negotiatione, ſed ad damnum, & lucrum mercimonij, non tamen inde argui poteſt quod capitale debeat eſſe ſaluum, cùm nec expreſſa conuentio cum illis verbis (firmo manente capi-
2 tali) admittetur † veluti vehementer ſuſpecta de prauitate vſuraria. præclare Natta conſ.403.404. Gaſpar. Roderic. de annuis reddit. lib. 3 quæſt.
3 quinta niſi † ſuſceptionem periculi compenſaret certitudo maioris lucri, quæ quidem inſtare compenſatio ab initio permiſſa ſuſtinet aſſecurationem capitalis ſartamq; & tectam metu huiuſmodi ſtipulationem veluti nos cõprobauimus ad mentem Nauar. Molin. Tholoſan. Greg. de Valentia, Michael. Salõ. aliorumque abſolutiſſimo rum Patrum tract. de Rata queſt. 200.
4 Venetæ editionis, eoq; magis † conticeſcit ſiniſtra ſuſpicio quando eſſet adiecta clauſula indicatiua arbitrij boni viri (prout conuenit bono, & legali ſocio) Natta conſ.404.n 5. In dubio nã-
5 que † apotheca, & ſocietas preſumuntur lucrum facere Magon. ſub Rot. Lucenſ. deciſ.1.n.36. *Ioan. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Toties quoties, impedit præſcriptionem obligationis.*
2 *Denotat infirmitatem.*
3 *Verba quæ intelliguntur in infinitum.*
4 *Fideiuſſor de præſentando reum toties quoties, tenetur ſemper & in infinitum, & n.6.*
5 *Clauſula, Toties quoties, an verificetur in bino actu.*
7 *Operatur, etiam ſi non fuiſſet repetita.*

CLAVSVLA 184.

*Toties quoties.*

1 HÆc clauſula non impedit † quominus obligationi in qua poſita eſt, præſcribi poſſit. Tiraquell. de retractu lignag. §. primo, gloſſa 10 n 34. & fuit dictum in Romana tutelæ de Fabiis, 18. Martij 1585. coram Seraphin.
2 Regulariter hæc clauſula † infinitatem denotat, l. fideicommiſſa §. ſi quis decem, de legatis tertio, ibi: Non enim onerandus eſt hæres, vt in infinitum, quoties perdiderit, &c. & probat Dec. in l. vnica, in prima lectura, num. 2 in fine C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. Alex. in conſ. 145 n. 3. vol. 2. Et quando verba contrahentiũ ſunt apta denotare infinitatem, † ſemper in infi- 3
nitum intelliguntur l. ſi ita ſtipulatus à Seio, & ibi Bartolus, ff. de fideiuſſor. Bart. & Alex. in l. qui bona, §. finali, ff. de damn. infecto, Dec. in d. l. vnica, n. 2. in fine.

Et propterea appoſita hæc clauſula in fideiuſſione, † vt quia fideiuſſor pro 4
miſit præſentare reum toties quoties, non liberatur, præſentando eum per aliquas vices, Gabriel in conſ. 181. in princ. vol. 1. Crot. in conſ. 411. n 45. vol. 3. Diaz. de Regulis, & fallentiis, Regula 614. ver. promittens ſimpliciter.

Et quamuis aliqui teneant hãc clauſulam in bino actu verificari, Bald. in 5
conſ. 112. n. 3. vol. 3. Iaſ. in conſ. 30. vol. 1. ita vt per binam præſentationem fideiuſſores ſint liberati, Angel. in l. ſi finita, n. 1. ff. de damno infecto, in l. oratione ff. de ſent. in l. 2. §. exhibendi, ff. de cuſtod. reorũ. Roman. in conſ. 15. in 4. dubio, Decian. conſ. 87 n. 2. vol. 2. Mãtua Singulari 534. Nellus in tractatu de Bannitis, in prima parte ſecundi temporis. n. 14 Incertus author inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ. 37 n. 5. & ſeq. vol. 1. Afflict. in dec. 130. Nihilominus † in contrarium eſt magis cõ- 6
munis opinio, & quod per binam præſentationem fideiuſſores non liberentur, de qua atteſtãtur Vrſill. & alij Addentes ad d. deciſionem 130. Afflicti, & hanc tenent Roman. Imol. & Alexan. in d. l. ſi finita, Alexan. in l. qui bona, §. finali, ff. de damn. infect. Roland. in conſ. 21. n. 11. vol. 2 & in cõſ. 58. n. 4. vol. 1. Marſil. in Rubrica de fideiuſſoribus, quæſtione nona, & quæſt. 15. Alexand. in

ERROR DE ENCUADERNACIÓN

l.finali,C.de fideicommiſſ.libert.l.hæreditas materterę.C. de petit.hæredit. Item,in cauſa, l.qui habebat ,ff.de inſtit.action.Item, in actione l. edita,C. de edendo:ita declarat Bal.in l.1.quæſt. C.ſi plures vna ſent.& in conſilio 270. vol.1.quamobrem clauſula , Sũmariè, tollit ineptitudinẽ cauſæ , non autem tollit rem,vel actionem:Ideo ſi actum ſit ad equum,non poteſt ſequi ſententia ſuper boue non petito,Bald.in l.edita,nu 30 in 6.quęſt.C.de edendo,& in additionib. ad Specul. in titulo de appellat. in addit. quæ incipit confeſſus in tormentis, ℣.petit à te bouem, Pariſ.in tractatu de Sindicatu ,in cap. vtrum iudex & in cap.ſeq. Crot in l.1. §.ſi quis ita,num.11.ff.de verbor.obligat.Coraſ.in cõſ. 138.volum.1.Felin.in c.1.num. 2.de probat.Iaſ.in conſ. 158. verſ.præterea,& tertio,vol.5. Alex. in conſ.121.vol.1.Ruin.in cõſ. 36 n.7.vol. 3.Goz.in conſ.39.

15 Quid autẽ importet hæc clauſula,† Stante ſtatuto quòd arbitri procedant ſummariè,&c.vide Decian.in reſponſo 51 n.89. & plur.ſeq.vol.2.vide Caualcan.in deciſione 10.num.35.& deciſ.12.n.56 & ſeq.& dec 16.num.33. & ſeq.p 1.qui diffuſè ſcribũt,& plurimos allegant.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Supplentes, in confirmatione quid operetur.*
2 *Tollit ſolos defectus iuris poſitiui.*
3 *Defectus debent eſſe ſpecificati, vt tollantur per clauſulam, Supplentes.*
4 *Clauſula, Supplentes, operatur in his de quibus Papa eſt informatus.*
5 *Sanat defectum ſollemnitatis etiam ſubſtantialis.*
6 *Statutum laicorum circa res Eccleſiaſticas confirmatum à Papa cum clauſula, Supplentes, eſt validum.*
7 *Clauſula, Supplentes, quos defectus non tollat.*
8 *Citationis defectus eſt inſanabilis, aliquando tamen ſanari poteſt per aliam clauſulam ſuperadditam clauſ. Supplentes.*
9 *Clauſula, Supplentes, non operatur contra ius tertij.*
10 *Nec tollit defectus, qui cõcernũt perſonã.*
11 *Nec tollit ea, quæ ſũt poſita in cõditione.*
12 *Non operatur expreſſa obreptione, & falſitate.*
13 *Non refertur ad ea quæ ſpecialiter commiſſa ſunt.*

CLAVSVLA 181.

*Supplentes.*

HÆc clauſula† poſita in cõfirmatione , non tollit defectum poteſtatis facientis actum confirmatum. Rota dec.2.de confirm. vtil.vel inutil. in nou Gemin.& Præpoſ.in c.Cœnomanenſem prior,nu.2.& poſterior.nu. 1.verſ.propterea , 56 diſt Abb.in c.inter dilectos, ſub nu.8.vbi Add.verbo, priuilegiũ,de fide inſtrum.Iaſ.in l.more,nu.37.de iuriſd.omn.iud. 1

Dic verum, quando Papa ignorauit, ſecùs ſi ſciuit,ſaltem in genere, Geminian.in dicta Cænomanẽſi, nu.2.Præpoſitus,nu.1.verſ.& propter, Rota diuerſ.deciſ.455.nu.4.parte prima.

Addo quod hęc clauſula tollit † ſolos defectus iuris poſitiui,& ita latè cõſulendo in crimine leſę maieſtatis,tradit Dec. in conſilio 410. col.pen.Ferrett.in conſ.32.nu.48.vol.1 Gomeſ.in compendio ſignaturæ iuſtitię, fol.mihi 90.col. prima , & ſeq. vbi probat quòd de iure communi tollit omnes defectus iuris poſitiui, ſed per regulas Cancellariæ eoſdem non tollit,† niſi fuerint ſpecificati, aut ſupplicatio fuerit ſignata per verbum (fiat vt petitur) vt dicit Alexand. poſt alios per eum allegatos,in conſilio 195.col.3.verſ.dicit tamen , vol.2.Item,quòd defectus debeant eſſe ſpecificati , ad hoc vt per d.clauſulam tollantur,firmarunt Dec. in conſ.606.col.4.& finali, & in conſ. 5.col.fi.& in cõſ.8.vol.4. cum aliis ad 2 3

hoc allegatis à Ferret. in conſilio 31.n. 33.vol.1.Imò,huiuſmodi defectus debēt eſſe ſpecificati in litter. vti dicunt, Io.Andr.Clem.Paſtor.de re iudic.Butr.& Immola,in cap.1. de tranſact. Alex.in conſilio 29.num.10.& ſeq.& in conſilio 195.col.3.& 4.vol.2. Soc.conſil.164 col finali,vol.2.quoniam generalitas non operatur in his, quæ in facto conſiſtunt per Papam ignorato,c. 1.de conſtit.libr.6 Angel.in l. ſed & ſi quis, §.quęſitum,in fine,ff.ſi quis caut. vbi Iaſon Roman.conſilio 327. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Dec. in conſil.165. & in conſilio 198. & in

4 conſilio 373.Ideo operatur † tunc in his ſuper quibus Papa eſt informatus, qui numquam cēſetur tollere ius tertii,niſi de eo habuerit certā notitiam, Paul. de Caſtro, in conſil.159.colum. fin.Aret.in conſil.16.col.5.Soc.in conſilio 164.col.3.vol.2. Alexand.in conſilio 135.col.fin. & conſilio 410.col.4. Neque ſupplet vltra defectus narratos, Ægid. deciſione 333. cum aliis per Dec.in conſil 10.colum.4.plurima ad hoc ſcribit Pariſ.in conſil.23. num 53. & in conſilio 82. num.61.eodem vol. 1.& in conſilio 3.num.59 vol 4.

Ideo ſupplendo defectum ſollemnitatis † illam ſanare dicitur,quia ſol-

5 lemnitas eſt de iure poſitiuo,& poteſt habere leges inducentes ſollemnitates pro infectis,cap 1 & ibi gloſſ.in verbo pro infectis de immunit. Eccleſ.Abb. in conſilio 85.nu.4.volum.1.vbi quod valet donatio confirmata ab Imperatore cum ſuppletione omnium defectuum ſollemnitatum , quia cenſetur habere pro infectis omnes leges de ſollemnitate inſinuationis loquentes. Item de ſollēnitate omiſſa circa creationem Cardinalium , cum clauſula, Supplentes,ſcribit Alexan.in conſilio 111.num.3.& ſeq.volum.6 Item,tollit defectum ſubſtantialis ſollemnitatis. Ideo,ſi Papa affirmauerit ſtatutum lai-

6 corum † circa res Eccleſiaſticas , cum dicta clauſula valebit ſtatutum, quantumcumque laici non potuiſſent illud condere. Alex, in conſ.79.n.8. verſic. nam vt dicit, & ibi addentes, in verſ. ſupplentes, alios allegant,in volum.1. idem Alex.in conſilio 92.n. fi & num. ſeq.ver.modò videndum,vol.6.

Sed iſta clauſula non ſupplet † de- 7
fectus prouenientes de iure naturali. Alexand. in l.ſi filius à patre, §.finali in fine , ff.de liber. & poſthum.Iaſ.in conſil 86 col pen.vol.3.Ruin. in conſilio 36.nu.5.Ideo non ſupplebit defectum citationis quæ eſt de iure naturali,vt probat Ruin.in cōſilio 229.nu. 11 vol.1. &in conſil.79. num.11 vol.3. Et ideo Sarnenſ.in dicto Compendio ſignaturæ in d ſ.90.col 1 probat quod defectus citationis † eſt inſanabilis per 8
dictam clauſulam, Supplentes, ſecus eſt,quādo citatio non fuit debito modo exequuta, quia nō fuit ſeruata forma,quia tunc per Signaturam Papę ſanatur cū clauſula,Supplentes, ſed additur altera clauſula , Dummodo ad notitiam citati peruenerit,& tunc ſufficit probari, de tali citatione notitiam habuiſſe,vt probat tex. in Clem. cauſam,in fine, de elect. & probat. Rom. in conſilio 410. cum aliis per Sarnenſ. ibid.& in Digeſtis Nouiſſimis,tomo 1. titulo citato, diffusè probatur, quibus modis probetur citationem perueniſſe ad notitiam citati.

Item hæc clauſula non operatur, † 9
cum læditur ius tertii,vt probat Ruin. in conſilio 35.n.35.vol.1 & dixi ſupra. Item,non tollit defectum ſubſtantiæ. Pariſ.in conſ.11.n 88.& ſeq.vol.1 & in conſ.45.n.42.vol.3.ergo non intelligitur remiſſa fidelitas,quæ eſt ſubſtantia feudi; item, † non tollit defectus,qui 10
concernunt perſonā ſupplicantis , vel contrahentis, Spec.in tit.de legato §. nunc oſtendendū ℣.18 Arch.in c.Cænomanenſem diſt.56.Roman. in Singular. 424.incip. An verbo.Staphil. de litteris gratię in titulo de vi,& effe-

ERR
ENCUA

*in alternatiua ſecuritatum, & cautionum.*

3 *Creditor in alternatiua dandi pignus, vel ſoluendi infra certum tempus poteſt poſt electionem mutare conſilium, & agere executionem, quando per primum non eſt ei ſatisfactum.*

## CLAVSVLA 188.

*Vel ſoluere, vel intra menſem redire ad carceres.*

1 CONuentio ſic inita, dum † debitor fideiuſſori relaxatur ex carcere, cui ob molem æris alieni erat mancipatus, tribuat ne optionem debitori, vel creditori: vocatur in diſquiſitionem, cum pro debitore vrgeat regula c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. Multimode exornata, ac diſcuſſa per Felin. in cap. inter ceteras. num. 16. extra de reſcript. pro creditore autem conſide-
2 ratur: quod in † alternatiua ſecuritatum, & cautionum, qualis hæc eſt, perdit officium ſuum d. regula, ex quo ad fauorem, & cautelam creditoris poſita reputatur, ita vt vtrumque ſit in obligatione Bart. Albert. Fulgoſ. & Caſtr. in l. quamuis ff. de pigno. act. idem Caſtr. & Iaſ. in l. cum proponas. C. de tranſact. Dec. conſil. 12 Rip. de pactis reſponſ. 4 par. 2. Nuncupatim Bellon. conſilio 45. & hoc verius eſſe dixerim. Viuius deciſione 485 ad fin. libro 3 vſ-
3 que adeo: vt † in alternatiua dandi pignus, vel ſoluendi infra certum tempus poſſit creditori poſt electionem mutare conſilium: & agere executiue: quando per primum non eſt ei ſatiſfactum: ſic ex Bald. & Collat. tradit Steph. Gratian. Rom. diſcept. Foren. cap. 164 num. 16. & ſeq.

*Io Bapt. Coſta.*

### SVMMARIA.

1 *Venditio quando habet verba vendidit, dedit, tradidit, ceſſit, &c. cenſetur dare licentiam ingrediendi propria authoritate.*

2 *Traditio actualis rei non probatur per verba vendidit, dedit, tradidit, niſi res ſit in conſpectu tempore quo huiuſmodi verba proferuntur.*

3 *Conſtituto transfertur poſſeſſio naturalis, & ciuilis, nec requiritur alia apprehenſio.*

4 *Exceptio rei non traditæ quando poſſit opponi quando addita ſunt in venditione huiuſmodi verba vendidit, dedit, &c.*

5 *Conſtitutum non liberat conſtitutionem ab actualis tenuta relaxatione.*

## CLAVSVLA 189.

*Vendidit, dedit, tradidit, ceſſit, tranſtulit, & vendit, dat, tradit, &c.*

OMnibus perſpicua eſt Theorica Bart. in l. prædia, ff. de acquiren. poſſeſſ. concludentis per hanc clauſulam † cenſeri datam licentiam ingrediendi propriis authoritate, non etiam 1
liberari promiſſorem ab actuali traditione rei, quæ per dicta verba † non 2
probatur, niſi res, quo tempore prolata ſunt hæc verba, eſſet in conſpectu: aut in præſentia partium Rom. conſil. 509 numero 23. Alex. conſ. 28. volum. 2. Natta conſilio 360. pract. Papienſ. in for. lib. in cau. vend. verſ. vendidit numero 4 Bertaz. clauſula 16 gloſſ. 3. Craſſ. except 13 numero 9 & 10. tract. de except. Enriquez conſilio 16. num. 113 Maſcard de probat. concl. 1184. nu. 12. cum ſeqq. Cornaz. dec. 169 Quibus derogatur per clauſulam conſtituti: dummodo liqueat de poſſeſſione cõſtituentis, ſeu vendentis tempore conſtituti, † tunc per tale conſtitutũ trãſ- 3
fertur poſſeſſio naturalis, & ciuilis, nec requiritur alia apprehenſio, Bart. in l. quædam mulier ff. de rei vend. Angel. in l. 2. C. de acquir. poſſ. Fel. ſic declarat conſil. 50. num. 2. cum ſeq.

ROR DE
ADERNACIÓN

Eſt tamen verum † quod ſi tractetur de re mobili, quæ fuerit in præſentia partium, dum hæc conficerentur, exceptio, rei non traditæ detegitur calumnioſa: ideoque reiicienda, ſecus in re mobili extra conſpectum partium tunc exiſtente, & multo minus in re immobili non obſtante clauſula conſtituti: vtrobi enim militat exceptio rei non traditæ: quia per clauſulam conſtituti non liberatur conſtituens
5 ab † actualis tenutæ relaxatione, Oſaſch. deciſ. 36. Plo. in l. ſi quando num. 172. C. vnde vi. & Magon. ſub Rot. Luc. dec. 77. numero 3.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, verificato, facit gratiam conditionalem.*

2 *Et debet plene, ac concludenter iuſtificari.*

CLAVSVLA 190.

*Verificato.*

1 HÆc clauſula facit gratiam † cõditionalem, ad text. in l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr. cum ſimil. & fuit dictum in cauſa Lucana Magiſtratus, 7. Iunii & 1. Iulii 1585. coram Orano, & in Salernitana Rectoriæ, 22. Maii 1591. coram Pamphilio. & vide in cauſa Vercellen. beneficii, 16. Nouembris 1601. coram Litta.

Et ideo debet verè, plenè, & con-
2 cludenter † iuſtificari ab impetrante, ad not. in cap. quia circa, de conſanguin. & affinit. Alexandr. conſilio 59. numero 8. libro 2. lib. 2. Ruin. conſilio 68. numero 18. lib. 1. & fuit dictum in d. Lucana Magiſtratus coram Orano, 4. Decembris 1587. & in dicta Salernitana Rectoriæ, coram Pamphilio.

Vnde clauſula, verificato, imprimis iure patronatus ex fundatione, vel dotatione, reddit gratiam conditionalem, vt in dicta Lucana Magiſtratus, 7. Iunii, & 1. Iulii 1585. coram Orano: Tiraſonen. Cappellaniæ, 7. Maii 1601. coram Pamphilio.

CLAVSVLA 191.

*Veris exiſtentibus præmiſſis.*

IN hac clauſula, quæ ſolet apponi in impetratione in forma iuris ob plura delicta, ſolent caſſari verba, vel altero præmiſſorum, Staph. de lit. iuſt. §. & primo ſciendum, num. 2. Sarnenſ. de ſubrog. quæſt. 7. verſ. item ſciendum, & fuit dictum in cauſa Oſcen. Archidiaconatus, 19. Octobris 1601. coram Lancellotto.

SVMMARIA.

1 *Viſis prius, &c. clauſula non importat formam, ſed effectum, concurrente ſcientia teſtamenti in ſpecie, vel præſumpta.*

2 *Iuramentum non ſupplet defectum ſcientiæ generalis ob defectum conſenſus.*

3 *Inſtrumento cui inſerta eſt dicta clauſula ſtandum eſt, niſi reſiſtat.*

4 *Conditio perſonarum, vel qualitas facti reſiſtat.*

CLAVSVLA 192.

*Viſis prius, lectis, cognitis, ac perſpectis verbis teſtamenti.*

SVmpta eſt, à lege de his ff. de tranſact. quæ † non importat formam, 1
ſed effectu eſt contenta, dummodo adſit ſcientia in ſpecie vel præſumpta contentorum in teſtamento vel dependentium ab vltima voluntate, ſiue agatur de diuiſione, ſiue de tranſactione, ſiue de alia conuentione, cum d. verba referãtur ad oculos intellectus. Oſaſch. deciſione 112 numero 20. cum relatis, à Peregr. de fideicommiſſ. artic. 52. numero 20. vſque ad numerū 24. Becc. conſil. 111. lib. 1. Anchar. Iunii 9. 44. num. 19. libro 3. Seraſin. de iuram. priuil.

ERR
ENCUAD

in conſilio 145. numero 3 vol.2.

Et hæc concluſio procedit, etiam ſi
7 clauſula non fuiſſet repetita,† ſed tantummodo dictum eſſet, quoties opus fuerit, vel quoties requiſitus fuerit, Alex. in dicto conſ.145. num.2. vol.2. vbi Apoſtilla in verbo, quoties, allegat alios. Menoch. in conſilio 815. numero 101.

Et propterea in aliquibus locis per legem municipalem ſancitum eſt, vt fideiuſſor de præſentando reum toties quoties, liberetur præſentando per duas, vel tres vices, vt eſt Ritus Magnę Curiæ Regni Siciliæ, c.70. ſuper quo Ioſeph. Cumia multa ſcribit, quę huic clauſulæ applicari poſſunt.

SVMMARIA.

1 *Fraternitas iurata an ſit permiſſa.*
2 *Fraternitatis iuratæ effectus qui.*

CLAVSVLA 185.

*Tractari debeant inuicem tanquam fratres, & de promittente tractare aliquem, vt filium.*

1 PArtes ſic validè conuenire poſſe † probat Alexand. in l.ſi pater numero 5. C. de hæred. inſtit. Iaſon in l. quidam cum filium, numero 5. ff. de verbor. oblig. quos cum aliis adducit Theſaur. deciſione 113. addo ego Stephan. Gratian. Roman. diſcept. forenſ. cap.135. numero 3. in 1. volum. & in additionibus ad dec. Marchię. 216. quæ
2 quidem fraternitas iurata † reputatur, quaſi adoptio potens ad multa, præſertim verò ad agendum querela inofficioſi teſtamenti inſtar veri fratris prǣteriti, meretrice, vel alia turpi perſona inſtituta hærede per alterum fratrem fictum, Afflict. deciſion 125. & 204. Theſaur. d. loco, dummodo probetur hæc fraternitas aliter, quam per ſimplicem nominationem, non tamē huius ordinis fratres ficti citra conſuetudinem ſuccedunt inuicem ab inteſtato, etiam ſi expreſsè conueniſſent ne inducatur per obliquum, quod hæreditas pactis detur exceptis armigeris. Ang. & Fulgoſ. Dec. conſ. 516. Theſaur. & alij ſupra citati ſicuti inde non reſultat aliquod impedimentum matrimonii. Cabal. reſolut. crim. caſu 200. numero 62. circa autem vim promiſſionis tractandi aliquem vt filium, citra medellam adoptionis, recurrendum eſt ad Doctrinam. Caſtrenſ. in l. quidam cum filium numero 7. ff. de verb. oblig. vbi infert ad communitatem promittentem tractare aliquem vt Ciuem, quia non inde is dicitur Ciuis, nec ille ſit filius.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Transferens omnia iura in contractu facit illum cenſualem.*
2 *Non importat translationem dominij de neceſſitate.*
3 *Si eſt appoſita ſuper alienatione vtilis dominij, non cenſetur tranſlatum directum.*
4 *Iſta clauſula eſt dubia, & conuenit etiam contractui emphyteutico.*

CLAVSVLA 149.

*Transferens omnia iura, &c. Nullo iure, &c.*

HÆc clauſula † appoſita in contractu facit illum cenſualem, licet partes eum emphyteuticum appellent, vt per Doctor. in cap. conſtitutis. de relig. dom. vbi gloſſ. verbo, iuxta ratam. Innoc. numero 3. Anch. numero 22. Iaſ. in l.1. nu.48. C. de iur. emphyt. Socin. conſilio 266. numero 6. libro 2. & fuit dictum in cauſa Romana retractus, 24. Ianuarii 1584. coram Blanchetto, vt in deciſione 16. libro 3. Quotid. 1

Declara primo procedere, quando ſunt tranſlata omnia iura, ſecùs ſi non ſint tranſlata, vt puta, ſi locantur om-



OR DE
DERNACION

nia iura cum huiuſmodi clauſula, quia tunc intelligitur reſpectu locationis, per quam non transfertur dominium, toto titulo, ff. & C. locati, vel aliàs appareat non eſſe tranſlatum dominium, vt fuit dictum in dicta Romana retractus, 24. Ianuarii 1584. coram Blanchetto.

Declara ſecundo, quod de neceſſi-
2 tate, † hęc clauſula non importat trãſlationem dominij directi, & intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, cùm ſit ſolita apponi, tam in contractu emphyteutico, quàm cenſuali, & quibuſcumque alienationibus, vt in fortioribus terminis in ſimili tradit Iaſ. de feud. numero 13. Curt. Iun. eodem tract. quæſt. 6 num. 8. parte 1. verſic. circa verò ſecundum, Socin. Iun. conſil. 70. ſub numero 29. verſ. & ex prædictis, & fuit reſolutum in cauſa Romana domus de tribus montibus, 29. Octobris, 1582. coram Aldobrandino, vt deciſione 637. libro 2 Quotid. & in d. Romana retractus.

3 Et ideo ſi eſt appoſita ſuper alienatione vtilis dominii, ex ea non cenſetur tranſlatum directum dominium, vt fuit dictum in allegat. Romana domus, de tribus montibus, coram Aldobrandino.

Declaratur tertiò, quòd iſta clauſu-
4 la eſt dubia, † & conuenit etiam contractui emphyteutico, & locationi perpetuæ, vt fuit reſolutum in cauſa Rom. Caſalis, 23. Ianuarii, 1581. coram Aldobrandino, vt deciſione 703. parte 1. diuerſ. & fuit dictum in dicta Romana retractus coram Blanchetto, vt in deciſione 16. libro 3. Quotid. vbi quòd hæc clauſula recipit interpretationem ab obſeruantia.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Tunc, & eo caſu, limitat diſpoſitionem ad caſum expreſſum.*

2 *Reſtrictio non impedit extenſio fit ex voluntate teſtatoris.*

## CLAVSVLA 187.

*Tunc, & eo caſu.*

HÆc clauſula limitat † diſpoſitio- 1
nem ad caſum expreſſum, ita vt vltra illum non extendatur Anchar. conſilio 356. ſub num. 5. verſ. hoc probatur. Rom. conſilio 131 num. 1. verſic. ſecundo iſtud, Dec. conſilio 89 num. 3. Pariſ. conſilio 108. nu. 26. libro 3. cum aliis allegatis in Romana de Aquilanis, 18. Iunii 1600. coram Corduba.

Iſta tamen reſtrictio † non impe- 2
dit extenſionem, quę fit ex voluntate teſtatoris coniecturata ad cauſam ſimilem expreſſo, l. Titius, §. Lucius, vbi Bart. & alii præſertim Iaſon in primo notab. plura adducens ſimilia. ff. de liber. & poſthum. Bartol. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, numero 3 ff. eod. Pariſ. conſilio 66. numero 4. libro 3. Surd. conſilio 336. num. 46. vbi plura in propoſito. & fuit dictum in cauſa Romana de Aquilanis, coram Corduba, & vid. 14. Nouembr. 1603. coram Ludouiſio.

Maximè fauore piæ cauſæ, Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 62. Curt. iun. conſilio 35. numero 6. & 7. Mantica libro ſexto, tit. 3. numero 3. & in dicta Roman. de Aquil. coram Corduba.

Hæc clauſula eſt repetita in parte 3. inter clauſulas vltimarum voluntatum.

SVMMARIA.

1 *Debitor relaxatus ex carcere cui ob æs alienum erat mancipatus ea conditione, vt vel ſoluat, vel intra menſem redeat ad carcerem, an poſſit duorum alterum eligere, an vero electio pertineat ad creditorem.*

2 *Reg. C. in alternatiuis, an habeat locum*

in

ERROR DE ENCUADERNACIÓN

priuil.100.nu.9. Steph.Gratian.Rom.
2 deciſione Marchię 3.nu.14. Nil † ſupplente iuramento, quia ceſſante ſcientia quam non ſufficit eſſe generalem, deficit conſenſus, ſine quo nil operatur iuramentum. Surd.conſil 395. numero 22. cum ſeqq. vol.3. optime Pariſ. conſilio 95. numero 24. cum ſeq.
3 vol.3. interim tamen † ſtandum eſt inſtrumento, in quo continetur d.clau-
4 ſula, niſi † conditio perſonarum aliud efflagitaret, aut qualitas facti repugnaret. Serafin.d.loco ad fi. Anchar.d.loco num.20.

*Io.Bapt.coſta.*

SVMMARIA.

1 *Remedium l.2. C.de reſcind. vend. non tollitur per hanc clauſulam, probata tamen læſione vltra dim.*

2 *Quid in ſaldo rationum inter mercatores, pro corrigendo exceſſum.*

CLAVSVLA 193. *

*Viſto, & reuiſto: & piacciuto.*

SIue de venditione agatur, ſiue de permutatione tractari contingat, etiam inter mercatores ad ſic proteſtādum inductos calliditate proxenetarum: nihilominus adhuc militat † re-
1
medium reſciſſorium ex l.2. C.de reſcind.venditione ſi allegetur mox probetur læſio vltra dimidiam iuſti pretii, vt in puncto obſeruauit re ad parteş penſata. & ventilata. Stracca tract. de proxenet.parte 4.verſ. ſoleat Ancho-
2 næ, quemadmodum † in ſaldo rationum cum mercatore, vel inter mercatores pro corrigendo exceſſu d. læſionis competere idem remedium affirmat Alexand.conſ.186.libro 6. relatus per Gabr.ſuis com.tit.de emptione, & vend.concl.1.nu.32.

*Io.Bapt.Coſta.*

CLAVSVLA 194.

*Vna cum toto negotio principali.*

HÆc clauſula poſita in commiſſione appellationis, facit vt cenſeatur deductum, & commiſſum totum negotium principale, Franc.in c. vt debitus honor, numero 45. de appell. Ægid.deciſion. 48. Mohed.deciſ. 162. alias 6. de appel. Caput.deciſ.152. part.1. & fuit dictum in cauſa Mediolanen. Cappellanię de Valdarno 13. Iulij & 6. Nouembris 1595 coram Pamphilio, & in Cæſarauguſtana pecuniar.15.Iunii 1561. coram eodem.

Et ideo poſita in commiſſione appellationis cauſę poſſeſſorię, operatur, vt cenſeatur commiſſum non ſolum poſſeſſorium, ſed etiam petitorium Caſſad.deciſ.9. numero 13. de cauſ. poſſ.& propriet. Caputaq. deciſ.152. parte 1. & fuit dictum in cauſa Mediolanen. Cappellanię de Valdarno, 3 Iulii. & 6. Nouembr.1595. coram Pamphilio, & in d.Cęſarauguſtana.

SVMMARIA.

1 *Litterarum exprimendarum tempus incipit à die poſſeßionis.*

2 *Impetrans qui infra ſex menſes tenetur litteras expedire, ſtante intruſo, non tenetur facere diligentias.*

3 *Breue non dicitur ſubreptitium ſi litteræ expediendæ infra ſex menſes non fuerint expeditæ.*

CLAVSVLA 195.

*Volumus quod tenearis.*

CLauſula, volumus quod tenearis expedire litteras infra † ſex menſes à data præſentium, intelligitur à 1
die habitæ poſſeſſionis pacifice, vel quod per eum ſteterit, quo minus illā adipiſcatur. Put. deciſ.51. lib.1.& 328. lib.3 Achil.deciſ.12. de priuileg. Caputaq.dec.216. par.2.& 248. part.1. & fuit dictum in cauſa Abulen. Cappellanię, 6. Nouembris 1592. coram Groppeṙio, & in Aſtoricen. Archidiaconatus, 7. Decembris 1573. & 15. Februar.1574. coram Seraphino, & in Hiſpalen. fructuum 15. Martij 1596. coram Litta, vbi

fuit receſſum à contraria reſolutione facta, in eadem cauſa, coram eod. 24. Nouembris 1595.

2 Adde tamen, quod ſtante intruſo, † non tenetur facere diligentias pro illo remouendo, Put. deciſione 22. lib. 1. & fuit reſolutum in cauſa Aſtoricen. Archidiaconatus, 15. Februarij 1574. coram Seraphino.

Hæc clauſula, volumus, quod te-
3 neatur † infra ſex menſes litteras expedire, niſi fuerint expeditæ, operatur, quod Breue non dicatur ſubreptitiũ, in quo fuit dictum litteras non eſſe ſubreptitias, etiam quod ſint expeditæ, quia potuit in genere cogitaſſe caſum, etiam quod eſſent expeditæ, & quod nihilominus voluerit concedere Breue, quod ſufficit, l. qui iure militari, ff. de milit. teſtam. Gabr. de reg. iur. concl. 4. numero 2. cum ſimil & vide in cauſa Nouarien. Canonicatus 12. Februar. 1593. coram Pamphilio.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, vocatis vocandis, facit exequutionem de mero mixtum.*

2 *Exequutor mixtus tenetur aſſumere partes iudicis.*

3 *Clauſula, vocatis, &c. poſita in gratia, ſi in euidentem quid operetur.*

4 *Et intelligitur quatenus de iure ſit vocandus.*

5 *Clauſula, Seruatis ſeruandis, æquipollet clauſulæ, vocatis vocandis.*

6 *Clauſula, vocatis vocandis, in reſcripto conditionali quid operetur.*

7 *Cauſæ præparatoriæ iuriſdictionis ſunt examinandæ ſummariæ.*

8 *Iuriſdictione conditionali non impleta, an, & quando proceſſus ſit nullus.*

9 *Clauſula, vocatis vocandis, importat formam iuris.*

10 *Item tollit ſubreptionem.*

CLAVSVLA 196.

*Vocatis vocandis.*

HÆc clauſula facit † exequutorem de mero mixtum, qui tenetur ſeruare formam reſcripti, alias nulliter agit, ca. exhibita vbi Abb. in vltimo not. & ibi Addit. de iudic. Cardinal. conſilio 63. num 1. Dec. conſil. 173. numero 2. Felin. in cap. de cætero, numero 10. de re iudic. Rot. dec. 30. eodem tit. in nouiſſ. Felin. in d. cap. exhibita, numero 4. Gomeſ. in ca. ſtatutum, 77. de reſcript. in ſexto, & fuit dictum in cauſa Mediolanenſ. Parrochialis, 16. Martii 1588. coram Plato, & vide in cauſa Legionen. prioratus, 19. Decembris 1586. coram Pamphilio, & fuit reſolutum in cauſa Tuden. parochialis, 4 Nouembris 1592. coram Pamphilio, & in Syracuſana beneficii, 19. Martii 1597. coram eodem, & vide in cauſa Toletana, 11. Februar. 1602. coram Saciato. 1

Et hoc caſu tenetur aſſumere † partes iudicis, vt per Doctor. in cap. fin. de præſumpt. Rota in cauſa Ciuitatis Caſtelli Sancti Fortunati 23. Maii 1597. coram Pegna, Dec. conſil. 173. numero 2. Card. conſ. 63. Felin. in dicto cap. finali, numero 23. cum aliis ſupra allegatis, & fuit dictum in dicta Mediolan. Parochialis, coram Plato. 2

Hæc clauſula poſita in gratia, † ſi in euidentem, operatur, quod nõ poſſit procedi extraiudicialiter, vt fuit dictum in cauſa Leodien. cenſus, 29. Ianuarii 1590. coram Corduba, & vide in cauſa Mediolanen. bonorum, 16. Febr. 1587. coram Seraphino. 3

Hęc clauſula intelligitur † quatenus de iure ſit vocandus, Abb. in cap. exhibita, numero 6. verſ. quæro qui ſint vocandi, de iudiciis, Verall. deciſ. 58 lib. 3. in manuſcript. 4

Stante hac clauſula poſſeſſio per exequutorem data, non citato illo, eſt nulla, ad tradita per Pariſ. conſilio 45. nume-

numero 5.& 6.lib.4.& fuit dictum in cauſa Farettana parrochialis, 3. Iulii 1589.coram Pamphilio.

Hęc clauſula appoſita in gratia,ſeu priuilegio, tollit vitium ſubreptionis, Card.conſ.92.in fin.& numero 3.

Stante hac clauſula poſſeſſio capta appellatione pendente, vel tempore dato ad appellandum, eſt nulla,& attentata, vt fuit reſolutum in cauſa Syracuſana beneficii,19 Martii 1597.coram Pamphilio.

Huic clauſulæ æquipollet clauſula, † ſeruatis ſeruandis,vt probat Rodoan.in tractatu de rebus Eccleſ.non alienand.in rubrica,de cauſę cognitione,numero 64. Et licet hæc latius pateat,tamen non aliud ſignificat, vt patet ad ſenſum, item, quia puritas terminorum in vtraque ſeruatur quando agitur de præiudicio tertii, ita etiam probat Caualcan.in deciſion 46. numero 415. parte 1. vbi allegat Abbatem in cap.exhibita,in vltimo notabili, iudic. Zabarell.in conſilio 63.& conſil.92. Dec. in conſil.173. volum.2. & in conſ.275. Alexandr. in conſ.217. volum.2.

6 Si hæc clauſula † eſt appoſita in reſcripto conditionali,puta,Vocatis vocandis, ſi inueneris talem eſſe filium ſacerdotis,& dat iuriſdictionem conditionalem,ideo proceſſus,& ſententia inde ſubſequuti ſine cauſæ cognitione ſunt nulli ipſo iure,Lapus Allegatione 28. in principio, & importat cognitionem conditionis, Rota deciſione 21. de reſcript. in antiq.Staphil. de litteris gratiæ, in 2.parte, 7.verſ.citatio perſonalis,numero 4. Lancellor. de Attentatis,in 2.part.cap.2. Ampliatione 11.numero 22 & vide Hieronymum de Tortis,in conſilio ſuo poſito poſt conſilium ſeptimum Antonij de Butrio, vbi, quod huiuſmodi qualitas requiſita,quæ allegatur ad præparatio-
7 nem † cauſæ, debet primo probari in præparatoriis, in l.non ignorat, & ibi Bald. C. qui accuſare non poſſunt, ideo ſicut præparatoria ſummaria, ita & probatio in præparatoria ſummaria eſſe debet, & ita ſcribit Paul. de Caſtro,in conſilio 182.numero 4.in fi. volum 1. quod quando datur iuriſdictio conditionalis cum clauſula,Conſtito,tunc iudex poteſt audire,& ſummariè cognoſcere præparatoria poſita in conditione.

Declaratur hęc concluſio, vt conditione non adimpleta circa iuriſdictionem † conditionalem, proceſſus 8
in tantum eſt nullus,in quantum proceſſum fuerit contra abſentem, ceterum contra præſentem valet, quia ſibi imputandum eſt, cur non appoſuit. Lapus in d.allegatione 28.in fine, ℣. hæc vera.

Item, hęc † clauſula operatur, vt 9
iudex teneatur ſeruare formam iuris, Rota deciſ.30.de reſcript.in nouiſſ. & deciſ.12 de legat. in nouiſſ & diffuſè ſcribit Marcheſan. de Commiſſione, par.2. cap.3.numero 21.& ſeq.

Item operatur, † quod aliqua ſur- 10
reptio allegari non poſſit,quin ex quo iudicialiter procedendum eſt, pars conqueri nō poteſt,Zabarella, in conſilio 92.Dec.in conſil 232.in princ.vbi loquitur in diſſolutione vnionis, Menoch.de arbit. caſu 201.num.140. qui alios refert.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, vt aſſerit, refertur ad impetrantem, qui tenetur teſtificare.*

2 *Impetrans narrans alternatiuè, ſufficit verificari alterum.*

3 *Clauſula, vt aſſerit, quomodo differat à Clauſula, vt aſſeritur.*

CLAVSVLA 197.

*Vt aſſerit.*

HÆc clauſula, † vt aſſerit, refer- 1
tur ad impetrantem, qui tenetur iuſtificare aſſerta, ſecus in clauſula,

vt aſſeritur. Rota dec.60.& 77.de reſcript.in antiq.Dec.in cap.iurauit, numero 1.de probat.Caſſ.deciſ.4.num.1. eodem tit. & deciſ. 7.de iure patron. Rota deciſ.445.numero 2.part.1. diu. & fuit reſolutum in cauſa Salamantina penſionis, 23. Ianuarii,1574. coram Graſſo,vt deciſion.48 aliàs 2.numero 3.& 4.de probat.Card.conſil.69. numero 6.Giſ.conſilio 48.num.40.

2 Adde tamen, quòd ſi impetrans † loquatur alternatiue,vt puta,vt aſſeris de iure patronatus laicorum,vel clericorum, ſufficit quod alterum ſit verum, vt non teneatur aliud iuſtificare, Caſſad. deciſio. 4.numero 10 de probat & deciſione 7.numero 9. de iure patronatus.

3 Adde etiam quod clauſula,† vt aſſerit,differt à clauſula,vt aſſeritur,Rota deciſione 60.de reſcrip.in antiq. & deciſione 412.nu.2.p.1.in nou.

## CLAVSVLA 198.

*Vt commodius viuere valeas.*

HÆc clauſula dicitur impulſiua, non finalis, vt fuit conſideratum in cauſa Pharen. penſionis 24.Ianuarii 1588.coram Aldobrãdino, vt deciſ.454.ad fin.p.1.diuerſ. & fuit dictum in cauſa Romana legati die 23.Octobris 1591.coram Pamphilio.

Hęc clauſula non importat alimenta.Caputaq.ſeu Caccialup. de penſ.q. 6.ad fin.verſ. ſi vero erat,diuer. & tenuit Rota in d. cauſa Pharen. penſionis, coram Aldobrandino & in Romana Legati,coram Pamph.quidquid contrarium dixerit Gig.de penſ. quæſtione 51.nu.20.

## CLAVSVLA 199.

*Vt decentius ſuſtentari valeas.*

HÆc clauſula intelligitur decentius,quam ante fieri poterat,non autem decentius, quam conueniat, vt in d. Pharen. penſionis, 24 Ianuarii 1587.vt deciſione 516. in finali, libro 2. Quotid.& eſt deciſio 454. parte 1.diuerſ.

## CLAVSVLA 200.

*Vt prætenditur.*

HÆc clauſula præſeruat impetrãtẽ vt nihil dicatur aſſertiue dixiſſe, quod ipſi præiudicet,Rot. deciſ.60. & 77. de reſcript. in antiq. Dec.c.iurauit,numero 1.de probation. Caſſad. deciſione 4.numero 1.eod.tit. & deciſione 7. de iure patron. Graſſ. dec.2.numero 3.& 4 de probation. & fuit dictum in cauſa Bononien.Canonicatus,1.Decemb.1589. coram Pamphilio.

Et ideo operatur, vt non dicatur aliquid confeſſatum,ſed tantum relata prætenſio partis aduerſæ, ex qua non inducitur confeſſio. gloſſa Angelli, & Doctor.in l.Gallus, §. idem credendum,ff.de liber.& poſthum.Alexand. conſilio 49. numero 10. libro 7. Dec. in c.iurauit, num.1 ℣.ſed tantum, de probation. Gabriel. de confeſſ.concl. 4. numero 27. & fuit reſolutum in d. Bononien.Canonicatus, 1.Decembris 1589.coram Pamphilio.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, vt ſupra facit, vt omnia ſupra narrata cenſeantur repetita.*

2 *Facit relationem omnium qualitatum.*

3 *Clauſula, Vt infra ſtat demonſtratiue.*

## CLAVSVLA 201.

*Vt ſupra,Vt infra.*

HÆc clauſula facit,† vt cenſeantur repetita omnia ſuperius narrata.Dec.conſilio 182 numero 3.& cõſilio 227.num.3.& conſilio 349. num.1. Pariſ.conſilio 48.n.14. libro 2. Crot.conſilio 13.numero 45 li.1.Odd. conſilio 57.n.3.& fuit dictum inRom. Palatii S.Mariæ Maioris, 15. Martii 1604. coram Pamphilio, Bart. in l.1.§. deinde,ff.de poſtulando. Alexand.in conſilio 59.nu.21.℣.non obſtat.vol. 5. 1

Crauet.

Crauet.in conſilio 88.n.1.

2 Et facit relationē † omnium qualitatum ſuprad: ctarū; Cacheran.qui alios refert, in deciſ.64.nu.13.cum alijs per Ruin.in conſ.183.vol.2.Gephal.in cōſ 136.nu.6.Socin.iun. in conſ.170.num. 34.vol.2.

3 Clauſula autem vt † infra, ſtat demonſtratiuè,non autem limitatiuè,& ita ſēper accipitur in dubio.Rota dec. 448.num.6.par.1.in nouiſſ.

CLAVSVLA 202.

*Vt premittitur.*

ISta clauſula eſt reſtrictiua reſpectu præcedentium Clem. Ne in agro,§ Abbate,de ſtatu monachorum, gl.in cap.cupiente §.ad hæc, vbi ſic colligit Dominic.de elect. lib. 6.idem Dominic.in cap.2.de reſcript.lib.6.

Hęc clauſula eſt repetita diffuſius in tertia parte inter clauſulas vltimarū voluntatum,vbi eſt clauſula 94.

# TRACTATVS DE CLAVSVLIS,

## DE QVIBVS HVCVSQVE IN TRIBVNALIbus diſputatum eſt.

### *PARS SECVNDA PRIMAE PARTIS PRINCIPALIS.*

SVMMARIA.

1 *Abſolutio à iuramento,an & quando peti poſſit ſtante hac clauſula.*

2 *Abſolutio à iuramento,quænam requirat ne ſit ſubreptitia?*

3 *Abſolutio à iuramento duplex requirat ne ſtante hac clauſula.*

CLAVSVLA 203.

*Abſolutionem à iuramento non petere, nec petita vti.*

1 ADhvc peti poteſt abſolutio (ante tamen † incurſum periurium) per iurantem ſub prętextu læſionis intolerabilis prætendentem reſcindere contractum iuratum aut arguere illum de nullitate, & poſtulanti annuendum eſt per iudicem Eccleſiaſticum, † narrato tamen iuramento de ſpeciali de non petendo. 2 Afflic.dec.30.& 220. Capyc.deciſ.66. n 12.& 13. Maluaſ. conſ. 65. num.6.11. 14.& 33.vſque adeo, vt non ſufficiat generalis impetratio,nec de iure relatiua ad inſtrumentum ſtylo forte in multis locis repu[...]te, ſed de omnibus iuramentis facienda eſt mentio ſpecifica, & ordinatim vt tot ſint remedia quot vulnera, alioqui abſolutio remaneret inanis, & infructuoſa tamquam ſubreptitia Socin. Sen. conſ.56.num 8.lib 3.Crau.conſ.68.n 3. conſ.79.n.2. Scholiaſt ad Rom. conſ.

vt aſſeritur. Rota dec.60.& 77.de reſcript.in antiq.Dec.in cap.iurauit, numero 1.de probat.Caſſ.deciſ.4.num.1. eodem tit. & deciſ. 7.de iure patron. Rota deciſ.445.numero 2.part.1. diu. & fuit reſolutum in cauſa Salamantina penſionis, 23. Ianuarii,1574. coram Graſſo,vt deciſion.48 aliàs 2.numero 3.& 4.de probat.Card.conſil.69.numero 6.Giſ.conſilio 48.num.40.

2 Adde tamen, quòd ſi impetrans † loquatur alternatiue,vt puta,vt aſſeris de iure patronatus laicorum,vel clericorum, ſufficit quod alterum ſit verum, vt non teneatur aliud iuſtificare, Caſſad. deciſio. 4.numero 10 de probat & deciſione 7.numero 9. de iure patronatus.

3 Adde etiam quod clauſula,† vt aſſerit,differt à clauſula,vt aſſeritur,Rota deciſione 60.de reſcrip.in antiq. & deciſione 412.nu 2.p.1.in nou.

## CLAVSVLA 198.

*Vt commodius viuere valeas.*

HÆc clauſula dicitur impulſiua, non finalis, vt fuit conſideratum in cauſa Pharen. penſionis 24.Ianuarii 1588.coram Aldobrãdino, vt deciſ.454. ad fin.p.1. diuerſ. & fuit dictum in cauſa Romana legati die 23.Octobris 1591.coram Pamphilio.

Hęc clauſula non importat alimenta.Caputaq.ſeu Caccialup. de penſ.q. 6.ad fin.verſ. ſi vero erat,diuer. & tenuit Rota in d. cauſa Pharen. penſionis , coram Aldobrandino & in Romana Legati,coram Pamph.quidquid contrarium dixerit Gig.de penſ. quæſtione 51.nu.20.

## CLAVSVLA 199.

*Vt decentius ſuſtentari valeas.*

HÆc clauſula intelligitur decentius,quam ante fieri poterat,non autem decentius, quam conueniat, vt in d. Pharen. penſionis, 24 Ianuarii 1587.vt deciſione 51.3. in finali, libro 2. Quotid.& eſt deciſio 454. parte 1.diuerſ.

## CLAVSVLA 200.

*Vt prætenditur.*

HÆc clauſula præſeruat impetrãtẽ vt nihil dicatur aſſertiue dixiſſe, quod ipſi præiudicet,Rot. d. 60. & 77. de reſcript. in antiq. Dec. c. iurauit,numero 1.de probation. Caſſ. d. deciſione 4.numero 1.eod.tit. & deciſione 7. de iure patron. Graſſ. dec.2.numero 3.& 4 de probation. & fuit dictum in cauſa Bononien.Canonicatus,1.Decemb.1589. coram Pamphilio.

Et ideo operatur, vt non dicatur aliquid confeſſatum,ſed tantum relata prætenſio partis aduerſæ , ex qua non inducitur confeſſio. gloſſa Angelli, & Doctor.in l.Gallus , §. idem credendum,ff.de liber.& poſthum.Alexand. conſilio 49. numero 10. libro 7. Dec. in c.iurauit, num.1 ℣.ſed tantum , de probation. Gabriel. de confeſſ. concl. 4. numero 27. & fuit reſolutum in d. Bononien.Canonicatus, 1.Decembris 1589.coram Pamphilio.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, vt ſupra facit, vt omnia ſupra narrata cenſeantur repetita.*

2 *Facit relationem omnium qualitatum.*

3 *Clauſula, Vt infra ſtat demonſtratiue.*

## CLAVSVLA 201.

*Vt ſupr. ,Vt infra.*

HÆc clauſula facit,† vt cenſeantur repetita omnia ſuperius narrata Dec.conſilio 182 numero 1
3.& cõſilio 227.num.3.& conſilio 349. num.1. Pariſ.conſilio 48.n.14. libro 2. Crot.conſilio 13.numero 45 li.1.Odd. conſilio 57.n.3.& fuit dictum in Rom. Palatii S.Mariæ Maioris, 15. Martii 1604. coram Pamphilio, Bart. in l.1.§. deinde,ff.de poſtulando. Alexand.in conſilio 59.nu.21.℣.non obſtat.vol. 3.

Crauet.

Crauet.in conſilio 88.n.1.

2 Et facit relationẽ † omnium qualitatum ſupradictarũ, Cacheran.qui alios refert, in deciſ.64.nu.13.cum alijs per Ruin.in conſ.183.vol.2.Gephal.in cõſ 136.nu.6.Socin.iun. in conſ.170.num. 34.vol.2.

3 Clauſula autem vt † infra, ſtat demonſtratiuè,non autem limitatiuè,& ita ſẽper accipitur in dubio.Rota dec. 448.num.6.par.1.in nouiſſ.

CLAVSVLA 202.

*Vt premittitur.*

Iſta clauſula eſt reſtrictiua reſpectu præcedentium Clem. Ne in agro,§ Abbate,de ſtatu monachorum, gl.in cap.cupiente §.ad hæc, vbi ſic colligit Dominic.de elect. lib. 6.idem Dominic.in cap.2.de reſcript.lib.6.

Hęc clauſula eſt reperta diffuſius in tertia parte inter clauſulas vltimarũ voluntatum,vbi eſt clauſula 94.

# TRACTATVS DE CLAVSVLIS,

## DE QVIBVS HVCVSQVE IN TRIBVNALIbus diſputatum eſt.

*PARS SECVNDA PRIMAE PARTIS PRINCIPALIS.*

SVMMARIA.

1 *Abſolutio à iuramento,an & quando peti poßit ſtante hac clauſula.*

2 *Abſolutio à iuramento,quanam requirat ne ſit ſubreptitia?*

3 *Abſolutio à iuramento duplex requirat ne ſtante hac clauſula.*

CLAVSVLA 203.

*Abſolutionem à iuramento non petere, nec petita vti.*

1 ADHVC peti poteſt abſolutio (ante tamen † incurſum periurium) per iurantem ſub prętextu læſionis intolerabilis prætendentem reſcindere contractum iuratum aut arguere illum de nullitate, & poſtulanti annuendum eſt per iudicem Eccleſiaſticum, † narrato tamen iuramento de ſpeciali de non petendo. 2
Afflic.dec.30.& 220. Capyc.deciſ.66. n 12.& 13. Maluaſ. conſ. 65. num.6.11. 14.& 33.vſque adeo, vt non ſufficiat generalis impetratio,nec de iure relatiua ad inſtrumentum ſtylo forte in multis locis repugnante, ſed de omnibus iuramentis facienda eſt mentio ſpecifica, & ordinatim vt tot ſint remedia quot vulnera, alioqui abſolutio remaneret inanis, & infructuoſa tamquam ſubreptitia Socin. Sen. conſ.56.num 8.lib 3.Crau.conſ 68.n 3. conſ.79.n.2. Scholiaſt.ad Rom. conſ.

326 & Gallis conſilio 63. numero 65. ac Surd. conſil. 424. num. 54. † veruntamen in primis agendum eſt, vt iurans
3 abſoluatur, & relaxetur iuramentum, quo relaxato petenda eſt abſolutio alterius iuramenti in contractu appoſiti conſilio 41. nu. 37. libro 2. quoad ſucceſſores obſeruandum eſt, an confirmetur contractus, vel iuramentum ſit ſeruandum. Fachin. libro 3. contro. iur. c. 11. & Maluaſ. conci. 13. numero 24. cum ſeqq.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Minus damnum quomodo accipiendum.*
2 *Via ſeruitus debetur ad minus damnum.*
3 *Aquas conducens debet plus vtilitatis ſentire, quam concedens tranſitum.*

* CLAVSVLA 204.

*Ad minus damnum, & incommodum partium.*

DEſumpta creditur à text. in l. ſi cui ff. de ſeruit. in l. 3. §. is qui ff. de aqua quotid. & æſtiua, & in l. Seruius. §. ſi quis nouum. ff. de riuis, in quibus legibus damnum intelligi-
1 tur, † quod eſt ab omni vtilitate remotum, & prætereà damna conſiderantur reſpectu fundorum, per quos tranſituræ ſunt aquæ ad bonorum inferiorum irrigationem deriuandæ, & vtilitas reſpectu conducentis aquas, ideoque conducens aquas non poteſt
2 tranſire per medias vineas, ſicuti nec † via debetur cuipiã, quando plus damni ſentiret dominus fundi, quàm vel
3 conducens † aquas, vel vtens ſeruitute viæ ſentiret vtilitatis, etiam ad excludendum diſcrimen liuoris, & æmulationis Caſtr. conſilio 30. volum. 2. Iuxta quem ſenſum declarantur Nouæ Conſtitut. Medionali tit. de aquis, & flumin. §. omnibus, veluti obſeruat. in ſcholiis Roueſcal. ad Bald. conſilio 24. vol. 5.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Ad partem, & vtilitatem clauſula quodnamuis acquirat perſonæ nominatæ.*
2 *Obligans ſe ſuo, & tutorio nomine poteſt conueniri, vt ſoluat de ſuo.*
3 *An finita tutella in effectu teneatur pro negotiis pupilli.*

* CLAVSVLA 205.

*Ad partem, & vtilitatem.*

INde cognoſcitur inita conuentio etiam nomine alieno, quocirca † perſonæ nominatæ, quatenus aliàs valida eſſet ſtipulatio, acquiſitum cenſetur Ius tam quoad incommoda quam quoad commoda. Alc. conſ. 107. num. 1
2. libro 8. ſicuti ille, † qui ſe obligat ſuo, & tutorio nomine, poteſt conueniri, vt de ſuo ſoluat. Aret. conſilio 29. 2
numero 3. facit l. 3. §. vlt. ff. de neg. geſt. ſed finita tutela † non tenetur in effectu pro negotiis merè pupillaribus, 3
niſi liqueat de contraria mente contrahentium, Surd. conſ. 57. Alb. conſil. 12. numero 9.

*Io. Bap. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Dictio inſtar inducit ſimilitudinem.*
2 *Clauſula. Ad inſtar, inducit veritatem in priuilegiis.*
3 *Ciues creati ad inſtar dicuntur veri ciues, & num. 11*
4 *L. Sed ſi accepto, ff. de iure fiſci, declaratur.*
5 *Scholaſtici alicuius vniuerſitatis ſunt veri ciues illius ciuitatis.*
6 *Doctores ſtipendiati ſunt ciues locorum vbi exercent officium.*
7 *Clerici beneficiati ſunt ciues locorum vbi habent beneficia.*
8 *Scholaſtici ſunt ciues in quacumque ciuitate ſtudeant.*
9 *Dictio. vt, æquipollet clauſulæ, Ad inſtar.*
10 *Pœna vbi eſt augenda, vel minuenda ciuibus per ſtatutum, an ſemper ſit idem in Scholaſticis.*

11 *Ciuis*

12 *Ciuis quis poteſt eſſe duarum ciuitatum.*
13 *Scholaris vt ſit ciuis in plurib. locis, oportet plures expupillationes ſoluere.*

CLAVSVLA 206.

*Ad inſtar.*

1 HÆc clauſula ſimilitudinem † denotat l. 2. C. de iure fiſci, lib. 10. & ibi Luc. de Pẽ. §. hæc mortis cauſa, Inſtit. de donat. cauſ. mort. Idem Luc. de Pẽ. in l. 2. C. de cõſulib. lib. 12. in princ. in ver. Inſtauratio, Archid. in c. 2. poſt prin c. in verbo ad inſtar. de officio deleg. libro ſexto, Zabarella in Clementina in 5. notab. de iudiciis, Bald. in l. 1. n. 3. C. de patrib. qui fil. diſtrax. & in cõſil. 232. nu. 2. vol. 1. Alberic. in ſuo Dictionario, in verſ. Ad inſtar.

2 Sed ſi fuerit appoſita in priuilegijs † denotat veritatem, non autem ſimilitudinẽ, prout Horatius Mãdoſius cõpoſuit tractatum copioſum De priuilegiis ad inſtar, vbi oſtendit priuilegia ordinum Mendicantium conceſſa vni religioni nouæ ad inſtar aliarum Mendicantium, creare verè illã nouam religionem Mendicantem, atq; omnia antiquarum religionum priuilegia eſſe transfuſa, & incorporata in Nouam, ipſamque Nouam dici verè Religionem Mendicantium, non autem ad ſimilitudinem.

Idem in priuilegio ciuilitatis, licet Bald. in l 1. in fin. C. de patr. qui fil. di-
3 ſtrax. dicat huiuſmodi ciues † creatos ad inſtar, non eſſe veros ciues, ſed ad ſimilitudinem verorum: Tamen tex.
4 in l. ſed ſi acceptio, † ff. de iure fiſc. à Baldo allegatus, dicit contrarium, vbi ſi obſides aſſumpſerint vſum Togæ Romanæ, eo ipſo ſunt ſeparati à conditione obſidum, & beneficio principali dicuntur veri ciues Romani: Nam eo ipſo quod dimiſerint naturalem earum conditionem obſidum, non poſſunt dici ciues facti ad ſimilitudinem, quoniam ita aliquid retinuiſſẽt de priſtina natura & qualitate: ergo ſi illa dimiſerunt, vt textus expreſſè vult; per dictionem (eo ipſo) veri dicuntur ciues, non autem ad ſimilitudinẽ, & ille textus eſt ſingularis ad hoc.

Ex quo infertur, quòd Scholaſtici † alicuius vniuerſitatis, qui ſunt ciues 5
illius ciuitatis, in qua ſtudent, ex priuilegio Principis, dicuntur veri ciues illius Ciuitatis, non autem per ſimilitudinem, Bartol. in l. municeps. § miles. ff. ad municip. & loquitur de Doctoribus † ſtipendiatis, qui dicuntur 6
ciues illius loci, vbi habẽt ſtipendiũ, Bartol. in tractatu repreſaliarum, in quinta queſt. quintæ q principalis, vbi ponit de poteſtate & de ſtipẽdiarijs Scholaſticis, & ſimilibus, & in l. 2. §. finali ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. & ibi Alexã in additionib Angel. in cõſil. 23. ℣. prædicta autem vera, Felin in rubri. de magiſtr. col. 2. Florian. in c. finali, de procurator. Idẽ in Eccleſiaſticis beneficiatis, quod etiam ratione beneficij † dicantur ciues lo- 7
corum, vbi beneficia obtinẽt, probat Paris de Puteo in tractatu de Syndicatu, verb. Poteſtas pro delicto, & in cap. Statutum ciuitatis, quod immediatè ſequitur, quam concluſionem applicat ad ciuilitatem Poteſtatis, & Scholaſticorum. Ideo Alberic. in l. 1. col. 1. in fin. verſic. vidi etiam dubitari, ff. ad municipal. vult, quòd Rector habeat ius vtendi fruendi in bonis Communitatis, ſicut alij ciues.

Item quòd Scholaſtici † gaudeant 8
priuilegiis ciuium, in quacumque ciuitate ſtudeant, diffusè ſcribit Rebuff. in tract. de priuilegiis Scholarium in priuileg. 125. & in priuileg. 126. probat, quòd ſi ſtatutum diceret, Scholaſticos haberi vt ciues, vel tractari vt ciues, illa dictio, vt, † quæ æquipol- 9
let clauſulæ, ad inſtar, non inducit ſimilitudinem in fauorabilibus, ſed tantum reſtringitur in odio-

ſis, quoniã in fauorabilibus veri ciues ſunt, atque ita appellandi ſunt, ſecus in odioſis, vnde ſi per ſtatutum pœna
10 † ciuibus pro delicto augeretur, tunc ipſi Scholaſtici non ita punirentur. At ſi per ſtatutum diminueretur, etiam Scholaſticis diminuta cenſeretur. Angel. in tract. de maleficiis, in verbo Bononia, col. fin. Et quid ſint veri ciues, vide Bart. in l. ſi is qui pro emptore, & in d. l. municeps, §. miles. ff. ad municipal. vbi dicit eſſe veros ciues, ſequitur Petrus Scraderius in tract. de oneribus Doctorum, parte 2.
11 §. 29. Et quod gaudeant † priuilegiis verorum ciuium, ita vt ſint veri ciues, licet non ſubeant onera eiuſdem ciuitatis, ſcribit Rebuff. in d. tractat. priuilegio 127. Neque inconuenire eſſe ciues
12 † duarum ciuitatum, probat Afflict. in dec. 384.

Idcirco non inconuenerit Scholaſticos
13 † eſſe ciues omnium illarum ciuitatum, in quibus ſtuduerunt. Nam conſueuerunt in Italia, binis aut ternis annis vniuerſitatem mutare, vt diuerſorum Doctorum virorum doctrinis imbuantur. Cùm primum igitur in vniuerſitate ſtudij cauſa quis comparuerit, nouus ciuis eſt, atque pupillus appellari conſueuit, certum etiam quid Conſiliario ſuæ nationis ſoluere tenetur vt illi aggregetur, quam mercedem, vulgariter, expupillationem appellant, quæ inter omnes Scholares eiuſdem nationis diuiditur.

Quare ſi ſoluitur, vt nationi aggregetur, & pupillus in nouo ſtudio prouectus euadat, atque de mercede aliorum eiuſdem nationis poſtea aduenientium participet, non poſſunt huiuſmodi noui Scholares, pupilli appellati, allegare mercedem in alia vniuerſitate ſuæ nationi exſoluiſſe, quoniam vniuerſitas ſtudij Bononienſis, non eſt vniuerſitas ſtudij Patauini, differunt numero, & habent diuerſa ciuium priuilegia, pariter numero differentia. Item natio Triuiſana in ſtudio Patauino differt numero à natione Triuiſana in ſtudio Papienſi. Nam poſſet Scholaris Tuſciæ nationis Papiæ ſtudens ciuis Patauinus appellari, nec de mercedibus participare Tuſcorum venientium ad ſtudium Patauinum. Si ciuis Patauinus eſſe vult, tamque Scholaſticus, illi ſingulari nationi de nouo aggregandus eſt, vnde originem habet, ergo non poſſunt noui Scholares allegare ſe in alia vniuerſitate prouectos exiſtere. Vniuerſitates. n. priuilegia earum. Item nationes pariter numero differunt, & à loco denominantur: ergo, vt quis in loco ciuis ſit, vt pupillus non ſit amplius, ſed prouectus, nationi ſingulari inibi exiſtenti cooptandus eſt: quam rationem vtinam nobiles Scholares aduerterent, vt tot cædes euitarentur, quę ſingulis annis in diuerſis ſtudiis pro huiuſmodi cauſa fiunt, ſed fera pœnitentia nihil iuuat.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ad Collationem non comprehendit ius patronatus laicorum.*
2 *Neque beneficia electiua.*
3 *Collatio beneficij de iure patronatus an & quando valeat facta ab ordinario, ſine patrono.*
4 *Non comprehendit præbendam fundatã de bonis Eccleſiæ.*
5 *Non comprehendit beneficia ad ſuam, & vlterius collationem pertinentia.*
6 *Collatio beneficiorum quomodo dicatur pertinere ad Epiſcopum, & capitulum.*
7 *Epiſcopus in collationem beneficij capitularis, quam vocem habeat.*
8 *Indultum quando non operatur in eo, qui non eſt in quaſi poſſeſſione conferendi.*
9 *Clauſula ad collationem Ordinariorum, intelligitur de verè ordinariis.*

10 CAR-

ERROR DE
PAGINACIÓN

10 *Cardinales quando dicantur ordinarij collatores, & quando gaudeant indultis.*

11 *Regula reſeruatiua non ſe extendit ad induita Cardinalium.*

12 *Clauſula ad collationem quomodo verificetur.*

CLAVSVLA 207.

*Ad collationem, &c.*

SI Papa conferat, vel mandet conferri beneficium ad collationem, prouiſionem, & præſentationem cuiuſcumque, non comprehenditur iuſ-
1 patronatus † Laicorum, Lupus allegatione 85.n.6.verſ.ſed numquid, vbi atteſtatur de obſeruãtia. Item non cõ-
2 prehendit beneficia electiua, † Niſi expreſsè dixerit etiam ad electionem, c.cũ illis.§.1.de prębend.lib.6.qui text. licet loquatur in perſonalibus, & dignitatibus, tamẽ habet locum in ſimplicibus electiuis, ſecundum Cõem opin.de qua per Cald in cõſ.233.in princ. aliàs eſt .2 de præben gl.in Cle. 1. de præb.in verb.de dignitate, & ibi Vitalin.vbi atteſtatur de Communi, Frãch. in c.in illis, §.illis n.2.eod.tit.lib 6.Fel. in c.in noſtra, Corellar.32.in princ. de reſcript. Ideo non veniũt ſub mandato Papę, etiam in hac clauſula, quia vbi non eſt dictum ad electionem, non venit electiuum, c.cum illis, §.illis vero, de prębend.lib 6.Fel.i c.ſedes, n.3. ꝟ.clauſul generali, col.3 verſ. & dicit Calder.de reſcript.

Hoc autem declaratur, quod quam-
3 uis patrono † ſpreto collatio nulla ſit, Ægidius deciſ. 163. Verall.deciſ. 223. par.3 tametſi patronus non preſentiat, neq; reclamet, collatio remanet firma, Verall.dec.133.p.1.Patrono autem negligente, ſiue Clericus, ſiue Laicus fuerit, Epiſcopus iure deuoluto conferre non poteſt, & collatio ita facta non valet, quoniam neq; ex poteſtate deuoluta, neq; ex iure deuoluto, quaſi in patroni negligentiam, & pęnam facta dici poteſt, ſecus ſi iure ordinario, & originali, quod iure beneficij diſpoſitionem habet, quaſi patrono complacere ſperaret, & ſub tacita conditione, ſi eidem placeret, Rota deciſ.10. de iure patronat in antiquis, Franciſc. Marc. deciſ. Delphinali 474. parte prima.

Eadem ratione † non comprehendit prębendam fundatam de bonis Eccleſię, quia tunc illarum pręſentatio ad capitulum pertineret, vide ad hoc Ægid.in deciſ.718. 4

Item non comprehendit beneficium
†ad ſuam, & alterius collationem pertinentis: Ideo ſi res videbatur, vt prouideat de beneficio ad ſuam collationem ſpectante, illud non comprehendit, quod pertinet ad ſuam, atque alterius collationem. Rota deciſ.66.de reſcript.in Antiquis, Tantoque magis, quia ſi inter illos collatores eſſet mota, vel moueretur cõtrouerſia ſuper facultate cõferẽdi, interim nullus conferre debet, quoniã lis ipſa malã fidẽ facit, quę collationẽ impedit, Frãciſc. Marc. in deciſ. Delphinali 140. parte 2. 5

Vbi collatio ad capitulum, † & Epiſ- 6
copum pertinet, collegialiter fieri non dicitur, vt in præbenda Eccleſiæ Cathedralis, Caſſad.deciſ.22.de prębend. quia tunc Epiſcopus conſideratur, vt ſingularis, & cõſiderantur vt duo corpora, quę ad inuicem non confundantur, Put.deciſ.117.p 3. Verum ſi Epiſcopis in collatione † Canonicatus, & pręn- 7
bendæ, vnam tantum vocem habeat in Capitulo illam non vt Prælatus, ſed vt Canonicus habere dicitur, & propterea, ſi eidem Epiſcopo, & Cardinali indultum conferendi conceſſum eſſet, cum clauſula, Ad tui collationem cõmuniter & diuiſim, quomodolibet ſpectantẽ, huius conferendi poteſtatẽ non comprehendit, quoniam indultũ
† tollit impedimẽta regularum, & re- 8
ſeruationũ, atq; cõſeruat quaſi poſſeſſionẽ conferẽdi, in qua quis exiſtat, ad

not. in c. cum aliquib. de reſcr. lib. 6. Caſſad. dec. 3. de priuileg. ita quod ſi collatio ad eum pertinet de iure, & cõſuetudine, & non eſſet in quaſi poſſeſſione, conferendi indultum non operaretur, Caſſad. dec. 23. de præbend. ſed quãdo Epiſcopus habens indultũ cum dicta clauſula, interuenit vt canonicus, non poteſt dici, quod ipſe ius habeat conferendi, ſed Capitulum: ergo huiuſmodi facultas conferendi ſub iſta clauſula non comprehẽditur, Rota deciſ. 783. p. 3 lib 3. in Nouiſſimis.

9 Si Papa conceſſerit gratiam † ad beneficia vacatura in vna prouincia, exceptis illis, quæ ad Cardinalium collationem pertinent, quorum ordinariæ collationi, ac diſpoſitioni, & indulto, illis Apoſtolica authoritate conceſſis, per præſentes præiudicare non intendimus, iſta clauſula de verè ordinarijs intellecta eſt, & ideo Cardinalis vigore reſignationis beneficiorum, non dicitur proprie ordinarius, ſed largè, & per accidens, Puteus dec. 164. parte 3.

10 Item Cardinalibus, † quædam competũt iure proprio, vt Ordinarijs, quædam iure alieno, tanquã indulta, quæ Papa & liberalitate ſua illis concedit, & huiuſmodi indultis non gaudent Cardinales, qui nunquam fuerunt in Curia, deciſ. 953. nu. 1. p. 3. libro 3. in Nouiſſ. & ſi iam habent, tenentur reſidere ſub pœna indultorũ, niſi abſint cum licentia Papæ, vel niſi reſideant in Eccleſiis, Verall. deciſ. 86. nu. 2. par. 2. & vide eundem Verall. deciſ. 93 nu. 3. par. 1. & ideo Regula Cancellariæ

11 de reſeruatione † omnium beneficiorum, ad quorumcumque collationem, ſeu præſentationem pertinentium, nõ ſe extendit ad indulta Cardinalium, ſed ad beneficia, quæ in diœceſibus Cardinalium ad collationem, ſeu præſentationem inferiorum pertinerent, Mohedan. deciſ. 12. de præbendis

12 Hęc clauſula probatur, † eo ipſo quod per famam, & reputationem cõmunem, atque alia adminicula probatur, quod beneficium per talem conferri conſueuerit. Itẽ per inſtrumentũ admiſſionis illius, ad cuius collationẽ ſpectare dicitur. Rota deciſ. 3. de probationibus in Nouiſ. Caſſador. dec. 1. eod. tit. Hoc autem dictum procedit, quando non directe agitur, nec pronunciandum eſt ſuper collatione, neque prouiſus ab Ordinario eſt in cauſa, Aegid. deciſ. 570. Caſſador. in d. dec. 1. nu. 1. & 2. de probationib. Nam contra ordinarium requiritur præſcriptio formata. Item titulus, & bona fides, & curſus quadraginta annorum, aut tẽpus immemorabile, Aegid. in conſ. 20. nu 5 & plur. ſeq. Crauet. in conſ. 134. n. 14. & plur. ſeq. & ratio eſt, quia Ordinarius habet fundatam intentionem de iure, cap. omnes Baſilicę, 16. q. 7. ideo iſta non ſufficiũt, Rota deciſ. 803. par. 1. Nouiſſimis, Verall. deciſ. 137. par. 1. Caſſador. in d. deciſ. 1. de probationibus.

De pertinentibus ad hanc cauſulã diffuſè ſcriptum eſt in Digeſtis Nouiſſimis, tomo 6. tit. Collatio.

SVMMARIA.

*Agnati proximiores debent adhiberi in cõtractibus minorum, & mulierum, & præſtatur iuramentum, quod qui interueniant, ſunt tales.*

*Verba ſũt ſolita apponi in reſcriptis Senatus Mediolani, dum cõcedit facultatem minoribus alienandi bona immobilia (modo conſentiant proximiores agnati ſanguine iuncti, qui iurent ſe credere ſic expedire minori) quomodo expendantur remiſſiue.*

*Minoris, vel melioris aſſertio, etiam iurata, de non exiſtentia aliorum propinquorum recipit probationem in cõtrarium, & quomodo hoc intelligatur.*

*Agnatis non exiſtentibus vel ſuſpectis, vel abſentibus, quomodo huic ſolemnitatis*

*tati ſuccurendum.*

* CLAVSVLA 208.

*Agnatos proximiores agnouit, & agnoſcit iurans alios non habere.*

CVm in contractibus mulierũ, vel
1 minorum adhibeantur agnati, † & quidem proximiores, alioquin quicquid agitur irritum manet, conſtito, quod extiterint agnati. Menoch. conſ.351. num 30. & conſ. 164. ad fin. lib.12. quare adhibita in conſilium ratione præſtatur iuramentum, quod qui interueniunt ſunt tales, & quod non adſunt alij proximiores. Cabal. conſ.166 qualem formam pręſeferunt
2 frequenter reſcripta † Excellentiſſimi Senatus Mediolani, dum diſpenſatio conceditur minoribus alienandi bona immobilia, cum illa clauſula, (modo conſentiant duo proximiores agnati ſanguine iuncti, qui iurant ſe credere ſic expedire minori) veluti ad verbum expendit ſenſum harum litterarum, quos patentes appellant. Becc. conſ.
3 147. n 16. & 37. lib.2. hæc † aſſertio Minoris, vel mulieris etiam iurata de non exiſtentia aliorum propinquorum, recipit probationem in cõtrarium, quia eadem facilitas præſumitur in venditione, & in aſſertione. Soc. conſ.23. nu. 13. vol 4. Curt. conſ.118. & 119. n. 6. Caualc. de tut. & curat. n 108. & 299. Marius Anton. var. reſolut. lib. 2. reſolut. 31. nu. 25. vbi adducitur Turret. conſ. 25. num.23. vol.1. Corn. conſ.151. num. 4. vol.4. quod intelligendum eſt procedere, quando nulli omnino interuenerunt conſanguinei, ſecus quando fuiſſent præſentes alij conſanguinei vltra præſentiam iudicis, quia contrahens adhibuiſſet alios conſanguineos, ſi exploratos adhibuiſſet, & aſſertio mulieris doloſa non debet nocere ſic contrahenti, cui tamen veriſimiliter non poterant eſſe noti alij proximiores. plene Stephan. Gratian. Rom deciſio. Marchiæ. 234. numer. 8. 9. 19. & 20. quod † ſi proximiores agnati eſſent 4
ſuſpecti, vel inhabiles, vel abſentes extra idem domicilium, vel locum contractus, in quo non poſſent reperiri ad exhibendam ſuam præſentiam, tunc aliorum minus proximiorum conſenſus adhibitus ſufficit cum iudicis præſentia ad ſupplendum omnem defectum. Bald. conſ. 488 vol.1. Carpan. ad Statut. Mediol. cap.328. n. 364. cum ſeqq. p.1. & abunde apud Granut. Theorem.25. n.43. lib.1.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Aggregatio dicitur vnio prolium.*
2 *Aggregatio familiarum quid præſtet in iure patronatus.*
3 *Aggregationis feudi, & emphyteuſis facta de licentia domini virtus, & natura quæ.*

* CLAVSVLA 209.

*Aggregarunt, & aggregant, ac aggregatos eſſe volunt.*

VNionis prolium vim habet † ag- 1
gregationis familiarum non ſimplex confœderatio, ſeu adhærentia, Gail. obſeruat 225. lib.2. inſigniter Gilken. tract. de pręſcript. p.3 c.3. nu.223. cum ſeqq. Sur. conſ.313. hæc frequentior eſt in materia iuriſpatronatus, ſi fiat cum conſenſu Diœceſani, † tribuit 2
aggregato ius pręſentãdi pro rata. Veluti ad mentem Caualc. & aliorũ probauimus tract. de rata q.97. n. 10 Cõpetitur quoque aggregatio † feudi, & 3
emphyteuſis facta de licentia domini directa quæ poteſt per aggregantem reuocari inuito aggregato, quando effectus diſpoſitionis fuit collatus poſt mortem aggregantis, vt ſcitè defendit Bardellon. conſ.69.

SVMMARIA.

1 *Peremptorium quid contineat.*
2 *Reſtitutio aduerſus peremptorium aliquando conceditur.*
3 *Citatus peremptorie quando quis dicatur, & num.6.*

4 *Clauſula, alias elapſo termino, operatur peremptorium.*

5. *Clauſula comminatoria cuius effectus ſit.*

7 *Peremptorium in quibus caſibus ſit apponendum.*

8 *Peremptorij effectus quis ſit.*

## CLAVSVLA 210.

### *Alias elapſo termino, &c.*

1 PEremptorium † termini præfixio-
nem continet, & futuram proceſ-
ſuum cõminationem, vt declarat Ol-
drad. in conſ. 3. circa finem, verſ. ad id
autem, & ideo poſt illud peremptum,
2 nemo audiendus eſt, niſi beneficio †
reſtitutionis, ſi æquitas ſubſit, c. coram
de reſtit. in integr. Oldrad. in conſ. 3.
n. 5. ℣. 5. oſtendẽdum, & latius in conſ.
167. in princ. ℣. Hinc eſt.

Vt autem quis peremptoriè citatus
3 † dicatur, tribus citationibus opus eſt.
l. nonnunquam. l. ad peremptorium.
ff. de iudic. l. contumacia, ff. de re iudi-
cata. l. conſentaneum. C. quomodo, &
quando iudex: aliquando etiam quar-
ta citatione opus eſt, ad conuincen-
dam rei abſentis malitiam. l. & poſt e-
ditum. ff. de iudic. & tunc iſta quarta
citatio peremptoria dicenda eſt, aliæ
tres citationes præcedentes huiuſmo-
di eſſe ceſſabunt. Mynſinger. obſerua-
tione 9. centuria ſexta.

Aliquando vnica citatio ſufficit, ſi in ipſa peremptorium exprimatur. Bald. in cõſ. 214. verſ. 4. quia, vol. 3. Caſtrenſ. in conſ. 369. n. 2. vol. 1.

Idem eſt ſi in citatione hæc clauſu-
4 la, † alias elapſo termino procedetur,
appoſita eſt, quæ eſt clauſula commi-
natiua; nam tunc nullum verbum
peremptorium in citatione ponẽdum
eſt, Angel. in l. fin. in princ. n. 10 ℣. ſed
antequam veniatur. C. de iure delibe-
randi. Bal. in l. ſi. finita, §. Iulianus. col.
2. ff. de damno infecto, vbi, quod ſi in
5 citatione apponatur iſta clauſula † cõ-
minatoria, alias elapſo termino pro-
cedetur expeditionem iuſtitia me-
diante, quod habet vim peremptorij,
per text. d. l. ad peremptorium. ff. de
iudic. ſecus ſi diceretur, alias elapſo
termino procedetur, prout ius poſtu-
lat, quia tunc non habet vim perem-
ptorij, cum ius velit vt iterum citetur.

Idem igitur effectus ſequitur † ſi in 6
ipſa vnica citatione dictum fuerit hac
vnica citatione dictum fuerit hac vni-
ca citatione pro omnibus, quæ habet
vim peremptorij, & æquipollet dictæ
clauſulæ comminatiuæ, Bart. in l. ad
peremptorium, Hoſtienſ. in cap. con-
ſuluit, de offic. delegati, Anton. de
Butr. in c. cauſam, de reſcript. Angel. in
d. l. ad peremptorium, & in l. hæc ſti-
pulatio. ff. ſi cui per legem Falcidiam.
Idem ſi in vnica citatione fuiſſet ex-
preſſum verbum peremptoriè. Idem
ſi in vnica citatione dicta clauſula
comminatoria appoſita eſſet, declarat
Afflict. in conſtitutione Regni, incip.
Pacis cultum, num. 40. lib. 1. ſub titulo
de cultu pacis.

Et in quibus caſibus ſit apponen-
dum † peremptorium, vel clauſula 7
communicatiua peremptorium indu-
cens, vide Cottam in ſuis Memoria-
libus, in ver. Peremptorij vim obtinet.
Vide Matheſilan. in ſingulari 130. &
ſingulari 131. & vtrobique Addentes
plura congerunt.

Effectus peremptorij, & clauſu- 8
læ comminatiuæ eſt, vt elapſo termi-
no aduerſarius excludatur ab vlterio-
ri diſputatione, & tergiuerſatione.
Oldrad. in conſilio 3. numero 5. ver-
ſiculo, Quinto attendendum. Item
terminus præfixus cum comminatio-
ne peremptorij ad dandum articulos,
excludit, ne poſtea vlterius dari poſ-
ſint, Oldrad. in conſilio 244. nume-
ro 28 verſic. circa articulos. Item
quia ſtatuto termino vel perempto-
rie expreſſo, vel cum cõminatione ad
probãdũ, & producendũ, ſi probatio,

vel

vel productio fiat poſt terminum, nihil releuat. Bald. in conſilio 67. ℣. acciam quia, volum. 3. Fulgoſ. in conſilio 162. num. 2. Gemin. in conſilio 91. num. 6. & ſeq. ℣. 3. excluditur. Item in termino præfixo à ſtatuto, quod illo elapſo exſpirat facultas. Ancharan. in conſ. 214. nu. 15. ℣. 5. in numeris ſeqq. plura ad hoc cumulat.

## SVMMARIA.

2 *Clauſula, Animo melius deliberandi, per Papam adiecta diſpoſitioni, quid operetur.*

## CLAVSVLA 211.

*Animo melius deliberandi.*

1 HÆc clauſula † ſi appoſita fuerit in reſcripto reuocatorio diſpenſationis matrimonij, non facit ſtare reuocationem in ſuſpenſo, ſi verba ſint clara, quibus declaretur diſpenſationem, & inde ſequuta nullius fore roboris, & momenti, ſed dicta clauſula ſuſpendit tantum deliberationem Papæ, an in futurum voluerit diſpenſare: ideo dicitur ſuſpendere vt deliberet, & vt poſtea deliberate reſpondeat, cap. cum veteri, de electiõ. Geminian. in conſilio 33. num. 10. verſ. Nec verba adiecta.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, anteferri, facit de poſteriore priorem.*

2 *Acceptatione quæritur ius ad rem.*

3 *Gratia alteri facta ſuſpenditur per clauſulam, anteferri, cum decreto.*

4 *Legati Papæ manus quando ligentur per clauſulam, anteferri.*

5 *Reſeruatio ſpecialis æquiparatur clauſulæ anteferri*

6 *Clauſula, anteferri, cur reſtringenda.*

7 *Poſita noua prouiſione quomodo extenditur.*

8 *Non trahitur retro in præiudicium alterius.*

9 *Gratiæ plures cum clauſula, anteferri, quando conquaſſantur.*

10 *Clauſula, anteferri, aliquando nihil operatur.*

11 *Quibus verbis deſcribitur.*

12 *De ſtylo Curiæ apponitur in omnibus gratiis ſpecialibus.*

## CLAVSVLA 212.

*Anteferri.*

HÆc clauſula † facit de poſteriore priorem, Bellam. in conſilio 33. nu. 20. in fin. verſic. tertio hoc probatur: Et ideo habens mandatum de prouidendo cum hac clauſula, præfertur exſpectanti, qui eſt prior in data, licet exſpectans, tempore datæ talis mandati iam acceptauerit illud beneficium, dummodo ſibi non adhuc obtinuerit de illo prouideri, propter dictam clauſulam, Anteferri, per quam poſterior in data præfertur priori habenti ius ad rem tantum, ſed per ſolam acceptationem † quæritur ſolum ius ad rem vt probatur in c. quoniam, de præbend. libro 6. per quem textum ita fuit reſolutum in Rota, in deciſione 8 de conceſſ. præbendæ in Antiquioribus. 1 2

Si cum clauſula, Anteferri, † eſt appoſitum decretum irritans ad omnes gratias, tam factas, quam faciendas, & tam de vacantibus, quam de vacaturis, tunc ſuſpendit gratiam alteri factam ad aliam præbendam, Zabarell. in conſil. 136. col. 3. & 4. verſ. & ex hoc infertur. Ferret. in conſilio 3. num. 12. ℣. 3. principaliter, vol. 1. 3

Item, ſi huic clauſulæ fuerit addita altera clauſula, Ex nunc, prout ex tũc, ad diem datæ, & clauſula decreti irritantis, tunc ligantur manus etiam legati † Papæ, Caſſador. deciſione 1. & 2. ſub titulo de clauſula Decreti, cum aliis ad hoc allegatis per Ferret. in conſil. 5 nu. 4. & 7. vol. 1. 4

5 Item huic clauſulæ † æquiparatur reſeruatio ſpecialis, ideo ſicut is, qui innititur gratiæ cum reſeruatione ſpeciali præfertur, ita & is qui innititur d. clauſulę, Anteferri, Calderin. in conſil. 30. alias eſt ſeptimum ſub titulo de reſcriptis, per totum, præſertim in fine.

6 Clauſula, Anteferri, eſt odioſa, & † iuri repugnans, ideo quantò magis fieri poteſt, eſt reſtringēda, & propterea, ſi poteſt referri ad gratias præteritas, & futuras, eſt reſtringenda tãtum ad pręteritas, Oldrad. in conſ. 198. numero 3. verſ. 3. clauſula, Anteferri, & numero 5. vocat hanc clauſulam iniurioſam, Bellamer. in d. conſil. 33. numer. 22 ℣. modo clauſula. Item reſtringitur, quia nihil operatur contra morem, & conſuetudinem concedentis, Oldrad. in conſil. 198. verſic. circa ſecundum. Zabarell. in conſilio 136. num. 4. Item reſtringitur tantum ad gratias ſimiles, & nihil debet operari contra diſſimiles, neque dat prærogatiuam contra diſſimiles. Oldrad. in conſilio 223. numero 6. ℣. 5. ſi quid iuris Item poſita in No-
7 ua prouiſione, † non extenditur niſi ad gratias ſibi ſimiles, non autem ad maiores, argumento eorum quæ notantur in cap. ſedes, de reſcript. & in cap. qui ad agendum, de procurator. libro 6. & ideo non extenditur de mãdato de prouidendo ad gratiam vnionis faciendæ, vt probat Staphileus in tractatu de litteris gratiæ, in titulo, de formis mandati de prouidendo, § ſecunda forma, numero 5. Et dicit Oldrad. in d. conſilio 223. in fine, quod hæc clauſula appoſita in gratia perſonæ, non habet locum contra gra-
8 tiam † dignitati conceſſam. Item, non trahitur retro in præiudicium iuris quæſiti ad rem, niſi aliter conſtet de intentione Papę, Geminian. in conſil. 138. per totum.

9 Si duo haberent gratiam † cum huiuſmodi clauſula, ipſę gratiæ conquaſſantur, & res ipſa reducitur ad naturam ſuam, ita vt ille præferatur, qui habet vel gratiam cum data anteriori, vel qui habet ſpecialem. Zabarell. in d. conſilio 136. per totum, vbi diffusè, vbi quod non valet argumentum, ſecunda clauſula facilius tollit primam, quàm prima ſecundam, quia aliàs hæc clauſula in prima nihil operaretur, & iura confunderentur.

Hæc clauſula nihil operatur, niſi † 10
is, cui conceſſa eſt, voluerit anteferri, Calderin. in conſilio 56. quod eſt primum de tranſlatione prælatorum, nu. 2. ℣. ad idem facit.

De ſtylo Curię hæc clauſula his verbis † ſcribi conſueuit, Aut ſi ali- 11
qui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus, generales, vel ſpeciales dictæ Sedis, vel Legatorum eius litteras impetrauerint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus in aſſequutione dictorum beneficiorum volumus anteferri. Et propterea ſurreptionem tollit, cap. mandatum, de reſcript. Oldr. in d conſilio 198. ℣. circa ſecundum, & de ſtylo Curiæ † conſueuit apponi in omnibus gratiis ſpecialibus, Federic. de Sen. in conſil. 197 in fin ℣. vt replico, Calder. in d. conſil. 7. de reſcriptis, in fin. in ℣ & procedit hoc maximè, & in eo, in quo Papa pręſeruat gratias quibus præiudicat, eſt abundans cautela. Bellamer. in d conſilio 33 num. 4. ℣. ſed quid operabitur.

## SVMMARIA.

1 *Hypotheca non datur ex apocha dictis verbis concepta, & quare.*

2 *Quid ſi mercatores in exordio negotiationis præfantur, quod ſtetur eorum ſcriptis, ſchedulis, epiſtolis, calculis, libro rationum, & vim habeant publica-*

blicarum ſcripturarum.

3 *Quid quando conuentum, quod ſchedula habeat vim litterarum cambij.*

4 *Quid ſi ſtatutum ſcripturæ priuatæ recognitæ tribueret exequutionem paratam? vt hic Papiæ.*

5 *Recognitio niſi ſit clara, & aperta non præiudicat recognoſcenti.*

6 *Contractus ex quibus dignoſcatur perfectus ad excludendam pœnitentiam.*

## CLAVSVLA 213.

*Quod apocha habeat vim publici & iurati Inſtrumenti: vel quod de geſtis fiat publicum inſtrumentum.*

CVm priuati non poſſint quicquã in ius publicum, nec valeant priuata auctoritate creare publicam perſonam, ſcilicet tabellionem: non vi-
1 detur † multum curandum de hypotheca contenta in huiuſmodi chirographo, quia ſit omninò priuata, & quia ceſſet via executiua alioqui conceſſa ex ſtatuto publicis documentis, vel inſtrumentis. Alciat. in l. 1 §. fin. numero 36. ff. de verb. oblig Crau. de antiq temp parte 1. ſect de verbis numero 25. cum ſeq. Rebuff. de chir. & ſched. recog. numero 40. Caualc. deciſione 27. nu. 18. parte 1. Polidor. Rip. obſer. 29. & 336. Stracca de aſſecurat. gloſſ 37. Excipiuntur tres caſus ſingulares, quorum duos excutit Vallaſc. de iur. emphyt. quæſt. 7. numero 15. &
2 ſeq. nimirum, † quãdo mercatores in exordio negotiationis præfãtur, quod eorum ſcriptis, ſchedulis, epiſtolis, calculis, ac libro rationum ſtetur, vimque habeant publicarum ſcripturarum, tunc ſchedula cenſetur approbata in
3 publico inſtrumento. Et quando † eſſet conuentum diſerte, quod ſchedula, vel chirographum habeat vim litte-
4 rarum cambij, vel quando † ſtatutum ſcripturæ priuatę recognitæ tribueret executionem paratam Barz. deciſione Bononien. 106. num. 18. cum ſeq. Stephan. Gratian. Romana diſcep forenſ. cap 183 num. 10. cum ſeq. vt apud nos viget hæc lex municipalis, † intelli- 5
genda contra confitentem, & recognoſcentem: dummodo recognitio ſit clara, & aperta: optime Petrus Auguſtinus Morla in emporio iuris, parte 1. titulo de fid. inſtrumen. quæſtio. 3. numero 7.

Atqui quando adeſt ſola clauſula, quod de geſtis fiat inſtrumentũ: † pœ- 9
nitentię locus ſit interim duobus in caſibus. Alter eſt: quando ſcriptura eſt de ſubſtantia actus: ſecundus eſt, quãdo inter partes pręciſe conuentum eſt, quod aliter non valeat actus niſi rogetur Notarius: ſecus, quando ſcriptura non eſt de ſubſtantia contractus: vel dictum eſt, quod de conuentione fiat inſtrumentum. Theſaur. deciſion. 197. nu. 7. Magon. ſub Rot. Flor. deciſ. 135. ad fin. & ſub Rot Luc. deciſ. 95. num. 19. Rot. Romana deciſ. 377. nu. 6. part. 1. & deciſ 271 num. 2 part. 2. in nouiſſ. Decian. conſilio 64. vol. 3. Notabiliter Marchiſell. q. 76. & eruditiſſimus alumnus meus Palydot. Rip. obſeru. 265. niſi liqueat partes adhuc eſſe in finibus tractatus: vt quando poſt multa verba dixerunt Notario: vt notam inſtrumenti ſcriberet: & cogitaret recte de iuribus, vel quando partes ſibi mutuas porrexiſſent manus poſt autem mox ſubiunxiſſent: vocetur Notarius: Laderch. conſilio 84 numero 9 Steph. Gratian. Roman. deciſ. Marchiæ 71. num. 61.

*Io. Bapt. coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Actiones perſonales & reales complectitur aliquando liberatio generalis.*

2 *Tranſactio, ex vi clauſularum prægnantium, ſuſtinetur interdum in*

*vim conuentionis, vel pacti, ſi non valet, vt tranſactio.*

## CLAVSVLA 124.

*Aquilanam ſtipulationem praecedentem, & acceptilationem ſubſequentem.*

PRæcedente abſolutione, quietatione, & liberatione huiuſmodi verba includunt omnes actiones, tam
1 reales, † quam perſonales l. & vno § 1. ff. de acceptil. l. vbi pactum. cum notatis ibidem. C. de tranſ. Natt. conſilio 102. numero 4. & 5. atque ita ad bona quoque quæ potuiſſent vẽdicari porrigitur conuentio, non obſtante l. Aurelius §. Meuia ff. de lib. leg. vt iam fuit animaduerſum in noſtra praxi cõuentionali. quibus addimus in puncto Honded. conſilio 49. num. 35 36. 38. & 39. volum. 1. ſubiicientem ad mentem Bartol. in l. ſi decerta. num. 2. in fin. C. de tranſact. quod ſi adiiciatur liberationi generali d. clauſula cum pacto perpetuo de non petendo quicquam vlterius, actus ſuſtinebitur in vim conuentionis, vel pacti, ſi non valeret † vt
2 tranſactio, non tamen prodeſt aliis, niſi quatenus paciſcentis intereſt, ſiue liberatio ſit gratuita, ſiue oneroſa, ſiue realis, ſiue perſonalis luculenter de more. Caſanat. conſilio 12.

*Io Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Aſsignationis ſenſum, & varias ſignificationes porrigit auctor.*

2 *Dictio (ſuper) quando importat hypothecam.*

3 *Aſsignata per patrem filio neutiquam confiſcantur ob filij delictum.*

4 *Aſsignata filio per parentes comprehenduntur in fideicommiſſo poſtea per patrem conſtituto.*

5 *Aſsignatio facta filio per patrem quando tranſeat in donationem.*

6 *Aſsignata heredi per debitores hereditarios an creditoribus dici poſſunt obligata.*

7 *Aſsignationis facta cum illa clauſula (ſi debitor delegatos non ſoluerit) interpretatio.*

## CLAVSVLA 215.

*Aſsignauit, & aſsignat.*

SOrtitur diuerſas † ſignificationes, 1
capitúrque ſecundum cauſas præcedentes, & prout iuris ratio patitur, Rebuff. in l. aſſignare: ff. de verb. ſign. Alex. conſ. 40. nu 6. & 8. vol 4. quandoquidem interdum ſignificet nudã traditionem. Pariſ. conſ. 23. num. 6. vol. 3. aliquando denotat cuſtodiam: & nudam adminiſtrationem. Bald. in l. omne verbum numero 7. C. com. de leg. nonnunquam pignus. Bart. in l. ſi conſtante num 93. ff. ſol. mat. Menoch. conſil. 201. nu. 7. Alb. conſilio 338 nu. 5. cum ſeq. vt in aſſignatione fructuũ. Bero. conſilio 127. volum. 3. & in aſſignatione bonorũ facta vxori ob vergentiam mariti ad inopiam Magon. ſub Rot. luc. deciſ. 55 vel quando fit per dictionem, ſuper † quæ ad hypo- 2
thecam pertinet, Rot. Rom. dec. 259. cum ſeq. p. 1. in nou. Pereg. conſilio 97. numero 8. vol. 1. Romana conſil. 388. numero 2. Decian. conſilio 168 num. 13. cum ſeq. volum. 3. quando agitur de reddita annuo ſuper bonis: Et fundus eſt adiectus taxatiue, aut limitatiue, non etiam demonſtratiue. Ioſeph Seſſe: dec. Aragon. 42. numero 1 aliquando importat dominij tranſlationem præſertim prolatum in contractu cum principe celebrato, Ruin. conſilio 42. num. 6. vol. 1. Cephal. conſilio 135. & fauore dotis per ſolam aſſignationem bonorum mariti ſoluto matrimonio abſque traditione transfertur dominium Guid. Pap. quæſt. 524. Additio ad dec.

dec.Marchiæ numero 15.vſque ad fin. auctore Steph.Grat.Romana vbi ſubiicit rationem delicti excluſiuam, ne contractus dicatur pignoratitius.Cioſ. conſilio 55.numero 2.par.1.vbi quando agitur de dote:Aſſignatio ſimpliciter facta dominium transferre ſolet. Interdum refertur ad vſumfructum,
3 Sim.de Prætis conſ.65. vt in bonis † à patre aſſignatis filio ſeorſim habitanti l.vlt.ff.de pec.leg.l.ſi non mortis vbi Ang.ff.de inoff.teſtam. Iaſon in l.ſi donatione C.de collat.quæ propterea non confiſcantur ob delictum filii aſſignatarii:Menoch.conſilio 451. Imò
4 bona † ſic filiis aſſignata comprehenduntur in fideicommiſſo è recto à patre aſſignante.Pariſ.conſilio 33.volum. 2.Dec. conſil 3.numero 24.cum ſeqq. volum.1. Peregr.de fideicom. artic.6. Stephan.Grat.Roman.diſcep.Forenſ. cap.82.niſi liqueat aſſignationem proceſſiſſe cum iuramento, & ſolemniter in vim donationis inter viuos Cephal. conſilio 495.col.pen. & fin.Menoch. d.conſilio 451.Pacian.conſilio 64.numero 13.14.& 15.Caball. conſilio 95.idem Menoch.præſumpt.30.lib.3. imò huiuſmodi aſſignatio bonorum facta filiis cum onere impoſito illi dãdi annuatim pecuniam, triticum,vinum,& alia atque cũ onere ſolu. debita comprehenditur in ſtatuto loquente de
5 donationibus.Sicut † in omnibus donationibus etiam impropriis, cum vigeat eadem ratio obuiandi fraudibus Tiraq. elegantiſſime de legibus connub.l.15.gloſſ.5. numero 82. Gratian. R.d.c.82.numero 28.cum ſeqq. Tan-
6 dem fungitur vice ſolutionis, vt in † fundo aſſignato hæredi per debitores hæreditatis,qui non idcirco incidit in obligationem verſus creditores,chirographarios, vel legatarios hæreditatis. Manent conſil.102.num.5. importátque delegationem nominis debitoris. Ruin. conſilio 45.numero 2.volum.5. vbi declaratur ſpecies illius aſſignationis ſuſceptæ cum clauſula,(ſi delegatus non ſoluerit temporibus præſcriptis) id eſt, ſi non fuerit in mora ſoluendi, vel ſoluere non potuerit.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

### SVMMARIA.

1 *Conductor prohibitus ex ſpeciali pacto ſublocare,poteſt aſſumere ſocium.*

2 *Societas non tranſit ad hæredes etiam ex pacto: niſi ob robur iuramenti.*

3 *Locator aliquando experiri poteſt contra ſubconductorem.*

### CLAVSVLA 216.

*Aſſociat,& aſſociat,atque in ſocium ſibi aſſumit.*

HAc arte aſſolet vti conductor prohibitus ſublocare,dum † ſibi 1
fidum, & gratum aſſumit ſocium, prout poteſt non obſtante pacto prohibitiuo ſublocationis Oſaſch. deciſion.79.Surd.conſilio 26 & Petr. de Vbald.tract.de duobus fratribus, parte 10. per totum, diſcrimen in eo potiſſimum conſiſtit,quod hæc, & omnia alia ſocietas † finitur regulari- 2
ter morte vnius ex ſociis, rametſi aliter eſſet conuentum, non etiam ſublocatio inſtar locationis l. adeo vbi Bart.ff.pro ſocio Bald.conſilio 109.volum.2.Angel.conſilio 60. Rimin.iun. conſilio 711.num.2.eſto, quod contrarium nixus ſit ſuſtinere Surd.d.conſilio 10.numero 15.& ſeq permotus auctoritate Fabr.in §.ſoluitur inſtitut.de ſociet.quem tamen in ſpecie confutatum nouimus, teſte Vallaſch. conſult. 63.num.14. proinde laudaremus Fabrum,& opus quando huiuſmodi pactum eſſet roboratum iuramento, vt defendit idem Rimin.indicato loco, numero 15. & fortiſſime tutatur hanc ſententiam Seraſin.de iuram.priuileg. 57.numero 6.Surd.d.loco nu.19. Cæ-

terum in caſu penſionis non ſolutæ, vterque poſſet à locante expelli, ſicuti
3 dicitur † de ſubconductore. Bal.conſilio 371. volum.1. Anguill.conſilio 49. num.106.& ſeq.ac Barz.deciſ.Bonon. 19. numero 7. Imo ſi primus conductor eſſet non ſoluendo, ſuccurritur locatori aduerſus hunc ſocium, ſicuti contra ſubconductorem, ad cuius manus peruenerint fructus fundi locati. Caroc.de locat.parte 1.tit. de iure ſubloc.in fin. primæ editionis.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

*Solui poteſt in moneta per eum qui promiſit ſoluere tot ſcuta auri, niſi adiectum ſit (& in auro.)*

* CLAVSVLA 217.

*Auri in auro.*

SIc promittens tenetur precise ſoluere in materia & ſpecie auri: quemadmodum, ſi dictum eſſet (tot aureos bonæ ligæ, & iuſti ponderis) ſecus in promiſſione ſolutionis tot ſcutorum auri abſque adiectione (in auro) vel verborum æquipollentium, Alc.conſ. 34.lib.8. Berret.conſilio 58. Surd.conſ. 242.nu.5. & conſilio 405. numero 32. Theſaur.deciſione 174.ad fin. Gig. de penſion.quæſt.58 Anton.ſol.tract. de moneris: caſu 37.

*Io Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, aut ex alterius cuiuſcunque perſonæ, quid operetur in beneficialibus.*

CLAVSVLA 218.

*Aut ex alterius cuiuſcunque perſona.*

1 IDeo hęc clauſula † ponitur in beneficialibus, quia ſi beneficium alias vacaret per mortem alterius perſonæ, vel aliter quomodocumque, non deberetur impetranti, quoniam mors eſt modus vacationis expreſſus, & mors vnius, non eſt mors alterius, vt ſcribũt Doct. in c.ſuſceptum, de reſcript. libro 6. Et hæc procedunt etiamſi eſſet appoſita alia clauſula, Vel alio quouis modo vacet, quia hęc reſtringitur ad modos vacationis reſpectu illius perſonæ de qua mentio facta eſt in litteris. vide Scaphil. de litteris gratiæ, tubr. de vi, & effectu clauſularum, §. quo vero ad alias clauſulas.

De hac clauſula diffuſe ſcriptum eſt in Digeſtis nouiſſimis, tomo 6. tit. Impetratio. Impetrans, per multa capitula.

SVMMARIA.

1 *Beneplaciti pro libito ſuæ voluntatis, clauſula conditionem importat, & quare.*

2 *Clauſula, ſi & quatenus conſenſus Sedis Apoſtolicæ interueniat in emphyteuſi contractu quomodo intelligatur.*

3 *Beneplaciti Apoſtolici defectus obſtat tranſactioni ſi à partibus fuit reſeruatum, pręſertim ſi adſit clauſula, nec aliter, nec alio modo.*

4 *Beneplaciti, &c. clauſula præſumitur in inſtrumento, etiam non enunciata.*

5 *Beneplacitum quando finiat?*

6 *Pro libito clauſulæ importat liberum, & abſolutum arbitrium.*

* CLAVSVLA 219.

*Beneplaciti, pro libito ſuæ voluntatis.*

PRacticabilis eſt in contractibus clauſula beneplaciti, ideo quatuor inſpectionibus illam declarabimus. Prima erit, an dicta clauſula reddat contractum conditionalem. Secunda quando præſumatur. Tertia an contractus reſcindatur ſi non ſit impetratum beneplacitum Summi Pontificis per inueſtitum de bonis Eccleſiæ. Quarto quando beneplacitum finiatur.

Quoad primam reſpondetur clauſulam reſeruationis beneplaciti appoſitam in contractu illum reddere con- 1

conditionalem. Pancirol. conſilio 33. numero 5.& Bart. in l.Si quis arbitratu,numero 3.ff.de verb.oblig. per l.fi. C.de contrahend.empt.Borell.conſil. 47.numero 17. Cæphal.conſ.118. numero 9. & propterea fructus qui percipiuntur ex re deducta in contractum (cum beneplacito alicuius) reſtituendi ſunt domino, donec conditio interim nil ponit ineſſe, nec retrotrahitur, niſi aliud actum eſſe liqueat. l.neceſſario.§.quod ſi pendente. ff.de peric.& commod.rei vend.ratio rationis eſt, quia fructus ratione dominij acquiruntur l.qui ſcit. in princ. ff. de vſur.cuius dominij tranſlatio impeditur ab appoſita conditione l.ſi ergo,§. 1.ff.de iur.dot.Pancirol.d.conſilio nu. 1.vſque ad 9.

2 Iam vero † contractus emphyteuſis ſi ineatur cum clauſula (ſi & quatenus conſenſus Sedis Apoſtolicæ interueniat) intelligitur quando conſenſus eſſet neceſſarius, cum addatur ſolum ad cautelam, & declarationem, quod contrahentes nolint facere contractum illicitum, non autem quod velint eum eſſe conditionalem, quatenus ſine conſenſu valeret,l.quæ dubitationis. ff. de regul.iur.Gabr. conſ. 82.numero 19.22.& 27.vol.2.

Beneplaciti autem Apoſtolici de-
3 fectus † obſtat tranſactioni,ſi ex conuentione partim fuerit in ea illud reſeruatum,præſertim cum clauſula (nec aliter, nec alio modo) quamuis idem beneplacitum alias non requireretur. Stephan.Gratian.Roman.diſcept.for. c.168.numero 13.

Quod attinet ad ſecundam inſpe-
4 ctionem concluditur † præſumi etiam non enuntiatum in inſtrumento poſt fluxum 30.annorum, data interim vniformi obſeruantia contractus Gabriel.d.conſilio 82. Cab. conſilio 66. 142.numero 50.cum ſeq. & conſ.174. Prax.Archiepiſ.Neap.89.num.1. cum adductis per me diſt.9. numero 4. tract.de re integra.

Tertiæ inſpectioni ſatisfacit Fa-
chin.conſ.24.& 25.lib.3.concludens † 5
quod ſi tempus præciſum eſt adiectum ad impetrandum illud, ad vnguem ſeruandum eſt, alioquin ſemper impetrari poteſt,quoniam certum eſt,quod vbi contractum celebratum conſtat cum reſeruatione alterius beneplaciti, perpetuo durat facultas vt beneplacitum accipi poſſit. Pancirol. d.conſilio 33.numero 1.& 2. poteſt tamen promiſſor compelli ad impetrandum,& ſic ad implendum quod promiſit. Fachin. præcitato conſil.24.

Circa vltimam inſpectionem ſic proceditur. Locationem factam ad certum tempus,deinde ad tãtundem, & non vltra, conductionémque factam ad beneplacitum mortem finiri. Caroc. de locat. parte 2.tit. de beneplacito, quod declara, vt ibi, alias diceretur perpetua.Sur.dec.265.numero
55. an vero latius patet clauſula † pro 6
libito ſuæ voluntatis:cum deſignet liberum, & abſolutum arbitrium non iuris regul s limitatum.Surd.conſ.357. numero 10. & deciſ.272. numero 14. cum ſeq.

Hæc breui tranſcripſi in materia frequentiſſima, ne lectores ad faſtidium inducam verborum multitudine,plura, ſi vellem,relaturus & explicaturus.

*Io.Bap.Coſta.*

## Svmmaria.

1 *Cautio bancaria quænam ſit, & quamdiu duret in materia penſionis præſtandæ ad reſignationem?*

* Clavsvla 221.

*Cautionem Bancariam conſignare debet,&c.*

ASſolet hæc cautio præſtari ad fa-
uorem penſionarii † cui ſe obli- 1

gat aliquis idoneus mercator de ſoluendo penſionem,& durat per triennium cum obligatione illam reuocandi niſi interim ſuperueniat reſignatio beneficii, quo caſu reſignans non tenetur ſtare promiſſis. Sed repente liberatur ab obligatione reſultante ex promiſſione banchariæ cautionis, vt ad mentem Mandoſij Mohedani, & aliorum firmat Flamin. Pariſ.tract. de reſignat benef.libro 6.quæſt.2. numero 149 cum ſeq. cui non diſſimile eſt quod de ſchedula banchariæ ſcribit doctus, & laborioſus Farinac. inter deciſ. ſub Rota Roman. ab eo collectas deciſione 284.& 285.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cedente, vel decedente, apponitur in vnionibus.*

2 *Et operatur effectum etiam in ceſſione nulla.*

3 *Et importat diem, non autem conditionem.*

4 *Impetrans beneficium vnitum cum clauſula, Anteferri, non præfertur vnioni factæ.*

5 *Clauſula, Anteferri, præſeruat habentes ius in re.*

CLAVSVLA 222.

*Cedente, vel decedente Rectore.*

1 HÆc clauſula ſolet apponi, † quando mandatur Epiſcopo, vt faciat vnionem beneficiorũ, videlicet cedente vel decedente Rectore,& operatur hunc effectum, vt etiam ipſo viuente vnio fieri poſſit, dummodo illi nullum præiudicium inferatur, quoniam talis clauſula reſpicit effectum, non autem vnionem, Oldradus in conſilio 257 numero 3. verſ.
2 reſtat, item, operatur effectum † ſuum etiam in ceſſione nulla, Paul. de Caſtro, in conſil.272 vol.1 Quo caſu vnio non dicitur conditionalis, ſed pura, licet effectus illius differatur poſt obitum Rectoris beneficii vniti, præſertim quando vnio facta eſt dignitati,& non perſonæ, vt per multas rationes probat Oldrad.in conſil.223. per totum. Ideo ſi vnio facta eſt Eccleſiæ, vel beneficio, & ſic perpetuo importat
diem, † & non conditionem, quaſi 3
certo extitura ſit vnio per ceſſum, vel per deceſſum. Staphil. de litteris gratiæ, tit. de mandato de prouidendo, in §. ſecunda forma, verſ. dubitatur nunquid.

Vbi Papa beneficium vniuit † cum 4
hac clauſula, ſi poſtea decedente Rectore, alius aliud beneficium impetrauit, cum clauſula, Anteferri, & cum clauſula, non obſtantiarum generali, tunc habens mandatum huius nouæ prouiſionis excluditur, non obſtantibus dictis clauſulis, quoniam clauſula,
Anteferri, † præſeruat habentes ius in 5
re, & licet vnio facta fuerit tempore, quo beneficium nondum vacaret, tamen ex illa vnione cauſatur ius in re, quoniam vnio poteſt fieri de beneficio nondum vacante, cap. temporis qualitas.16.q.1. & notatur in c.1. Nec ſede vacante & iſta clauſula importat diẽ, non autem conditionem, prout Staphileus ſcribit in d. ſecunda forma, numero 3. in tit. de formis mandati de prouidendo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cedentes, &c. quomodo extendatur.*

2 *Fideicommiſſo purificato conditionali an cenſeatur renunciatum per clauſulam, Cedentes, &c.*

3 *Fideicommiſſo quando cenſeatur eſſe renunciatum per clauſulas pregnantes.*

4 *Fideicommiſſi ſcientia requiritur, vt per clauſulas dicatur renunciatum, & num.6*

5 *L. de his, ff. de tranſactionibus, aliquando renunciare non oportet.*

CLAV-

CLAVSVLA 223.

*Cedentes,&c.*

1 CLauſula,Cedẽtes, † &c.ſolita eſt ita extendi,cedentes,dantes,mãdantes,dictæ partes, diuidentes,vt ſupra, & ad inuicem omnia iura,omneſque actiones, & quaſcumque defenſiones vtiles,& directas & perſonales, mixtas,acceſſorias, atque hypothecarias, & alias quaſcumque vndecumque,& qualitercumque modo, & iure dictis partibus competentibus, & competituris, in & ſuper dictis bonis diuiſis, & eorum cauſa, & occaſione, & hoc contra,& aduerſus datores datorum ſuorum, & contra detentores, & poſſeſſores bonorum,rerum, & iurium quæ ſunt, aut erunt. Per huiuſmodi igitur clauſulam ita extenſam importari renunciationem fideicom-
2 miſſi,† purificati,& conditionalis, cũ ſint verba ampla,& prægnantia, & futurum tempus reſpiciant &fideicommiſſum ſit reciprocum,& æquale,probat Bartol.in l.qui Romę, §.duo fratres,in q.6.nu. 19.ff. de verb. obligat. Alexand.in l.Senatus,§.finali,de legat 1 Io.Andr.in Additiõ ad Specul. in tit.de teſtamentis,§.in primis,ꝟ.Item quid ſi duobus,in additione, quæ incipit,filium naturalem, & hęc opinio eſt magis communiter recepta, vt atteſtãtur Gabriel.in tit. de fideicõmiſſ. concl.1. num. 20. & 23. & Franciſc. Marzar.in ſua formula fideicomm. q. 59. oſtendit ita Romæ, & Florentiæ fuiſſe iudicatum.

Et quod per clauſulas prægnantes cenſeatur eſſe renunciatum fideicom-
3 miſſo,† conſuluerunt infra ſcripti,videlicet Socin.iun.in conſ.116.nu.50.& ſeq. vol. 1. vbi concurrebant clauſula promiſſionis de nõ contraueniendo, & clauſula, ad habendum, & diſponendum, & fideicommiſſum erat reciprocum,& illud non ignorabant,& atteſtatur de communi. Item Pariſ.in conſ.71. per totum,vol.3. vbi quod licet per clauſulam, de non contraueniendo, non cenſeatur renunciatum, tamen ſecus eſt, quando adſunt aliæ clauſulæ prægnantes, prout & illa, quod ipſi,& hæredes perpetuo, & ex quacumque cauſa, quæ excogitari poſſit,nihil petere poſſint, & nu.3 dicit hanc eſſe communem,allegat etiã Curtium ſen.in conſ. 64. col. penult. etiam atteſtantem de communi, item Dec. in conſ. 495.dicit doctores, qui atteſtantur de communi in contrarium erraſſe.IdemDec.in conſ.286.n. 16. & ſeq. tenet, quod concurrente ſcientia fideicommiſſi † reciproci ſi 4
facta eſt ceſſio vniuerſalis iurium competentium,& competiturorum in futurum, viciſſim per verba prægnantia cenſeatur renunciatum fideicommiſſo.Item Menoch. in conſ. 87.n.15. & ſeq.dicit, quod ſi eſt data licentia alienandi,& adſunt aliæ clauſulæ, ad habendum, &c.cum plena ceſſione iurium præſentium,& futurorum,cẽſetur omnino renunciatum, & ibi multos allegat, & num.29. dicit eſſe communem opinionem.

Item Cacheran.in deciſ.Pedem. 112. vbi allegat plurimos pro vtraque parte,tandem num. 17. dicit magis communem, quando contrahentes ſciunt,& extant clauſulæ de futuro iure, cui late renunciatur: Quo caſu probat non requiri expreſſam renunciationem legi † de his, ff.de tranſaction. 5
Hanc etiam probat Menoc præſump. 115.per totam,lib.3.

Quare hæc ſententia † ſemper re- 6
cepta eſt in omni foro,data ſcientia fideicomm. Rot.in dec. 105 p.3. lib.3.in nouiſ.Hiero. Magon. in dec.Florẽtin. 92.Cæſar.Barz.in dec.Bonon.96. Borgnin.Caual.in dec. 36.p. 1. Caccher.in dec. 112. Ego etiam oſtendo ita fuiſſe indicatum in collegioPiſano,vt in Voto meo 191.& de hac materia plurima

ſcripta ſunt in ff.nouiſ.to.5.tit.de fideicomm.c.38.& ſeqq.

SVMMARIA.

1 *Moram non dicitur incurrere qui poteſt excuſari.*
4 *Lex non vſu recepta non obligat.*
3 *Decretum irritans in lege non afficit ignorantes,ſi non fuit vſu recepta.*
4 *Lex vt dicatur non vſu recepta,an requiratur ſcientia Principis, & curſus decennij.*
5 *Lex correctoria iuris communis non vſu recepta, non obligat, etiamſi decennium lapſum non fuerit.*
6 *A mora quis excuſari poteſt.*

CLAVSVLA 224.

*Ceſſante Mora.*

1 IS qui legitima excuſatione ſe tueri poteſt in mora † eſſe non dicitur,c. non eſt in mora, de reg. iur. lib. 6.l. ſciendum, in princ. ff. de vſu, & propterea iſta clauſula,mora ceſſante, intelligitur, niſi rationabiliter mora committenda eſſet.

2 Si quid igitur per legem † præcipitur, cum hac clauſula, & illa lex non fuit vſu recepta,non obligat, Bald.in Auth.omnes peregrini, num. 7.C cōmun.de ſucceſſ. Mohed. dec.1.de Cōſtitutionib. Verall.dec.203.p.3.Alexan. in conſ.232.num.2. vol.1. cum alijs ad hoc allegatis per Roland. in conſ. 99. num.5. & plur. ſeq. vol.2. & per Cephal.in conſ. 136.nu. 18.& ſeq. ergo & clauſula, Mora ceſſante, rationabiliter excuſabilis eſt, quoniam tanquam acceſſoria corruit.

Et propterea dicebat Afflict. ſuper Conſtitutione Regni,incipiente,Cordi nobis eſt, quæ eſt ſol. tit.de notificādis bannitis, quod cum Rex recipiat omnib. Iuſtitiariis Regni,vt bannitos, & foriudicatos, quos per ſententiam ita condemnauerit, per litteras omni mora ceſſante,debeant Magnæ Curiæ Vicariæ notificare ſub pœna priuationis gratię Regiæ, quod cum iſta lex non fuiſſet vſu recepta,Iuſtitiarij excuſantur à culpa, & dolo, quoniam licet lex inducat neceſſitatem obſeruantiæ, tamen ſi non fuit vſu recepta,& ſuperior ſcit,& tolerat,non punitur.

Et in tantum vſus receptio legis † 3 eſt acceſſoria, vt neque per decretum irritans,ignorantes afficiantur, niſi cōſtitutio vſu recepta probetur, Put.dec. 281.℣.& quis tenetur, par.1. Ita quod continuatio actuum præcedentium pluribus vicibus facta,etiam citra ſciētiam † legiſlatoris, & curſu decennij, 4 ſufficiat ad auferendam vim à noua lege,Felin. in cap.1.num. 13. de tregua & pace, ℣. ſufficiat generalis inobſeruātia per aliquos actus, poſt Calderin. Dominic.& alios,quos allegat.Et quāuis contraria opinio allegetur cōmunior, videlicet, abſque ſcientia Regis legiſlatoris, decem annorum curſum requiri, Alexand.ind.conſ.132. Aretin. in conſ.11.num.5.℣.quando ſtatutum, Socin.iun.in conſ.32.num.46.vol.3.tamen Doctores circa iſtam communē non loquūtur, quando inobſeruantia nouæ legis procedit ex actibus populariter factis, vt Felin. tetigit in loco præallegato. Item dicta † Communis 5 non procedit, quando lex noua eſt correctoria iuris communis, tunc. n. etiam ſi clauſa ſit in corpore Conſtitutionū, quę conſtitutiones Regni faciūt ius commune in Regno, nullatenus ligat, ſi vſu recepta non eſt, Corn.in cōſ. 6.n.4.vol.4.Summa Armilla in verbo Locatio.n.5.Rochus de Curte, in tracta. de conſuetudine, ſect. 6.n.9.℣.Idē infertur, Burſat. in conſ. 55 nu. 20.vol. 1.Franciſcus Sarmiento, in tract.de redditibus Eccleſiaſticis,par.1.cap.2.n. 10.qui Doctores hanc firmant ſententiam, non aliter diſputando de curſu decennij.

Et quamuis in proœmio Conſtitutionum,in §.finali,tollatur omnis cōſuetudo futura in contrariū,contra dictas

ctas Regni Conſtitutiones, tamen hoc dictum intelligitur, poſtquam ipſæ Conſtitutiones inceperint eſſe vſu receptæ, quia neque decretum irritans in ipſis appoſitum, aliquid operatur, antequam vſu receptę eſſe inceperint, Puteus dicta deciſ. 281 par. prima.

Quamobrem iuſta, † & irrationabilis cauſa excuſationis à mora apparet, & quibus aliis ex cauſis à mora quis excuſari poſſit ſcriptum eſt in Digeſtis nouiſſimis, tomo 1. tit. mora, cap. 16. & plur ſeqq.

SVMMARIA.

1 *Conceßionem realem vel perſonalem quæ inducant.*

## CLAVSVLA 225.

*Che li caui ſiano communi, & che le dette parti poßino andarſi per vna parte come per l'altra.*

ILla verba (che li caui ſiano communi) ſonant in conceſſionem realem,
1 † non etiam perſonalem, & ſic tranſitoria erit talis conceſſio ad quoſcunque ſucceſſores, ſicuti ex Bart in l. cum fundo. & l. Lucius ff. de ſeruit. ruſt. pręd. & l. pater ff. de ſeruit. leg. notat Alb. conſ. 645. in princ.

Atqui è contra illa verba (che le parti poſsino andarſi per vna parte, come per l'altra) indicant potius perſonalem, quam realem conceſsionem tranſitoriam ad alios præſertim ſanguine coniunctos, dicta l. pater, ita Alb. d. loco n. ſecundo.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Citatio aliorum non requiritur in legitimatione filij per patrem procurata.*

2 *Clauſula, Citatis, & non citatis, in facultate legitimandi data Comitibus, quando nihil operetur.*

3 *Nihil operatur in diſpenſatione.*

4 *Comes Palatinus legitimando quando poßit omittere citationem.*

5 *Citandi ſunt in legitimatione alterius, qui vocantur ad feudum, vel fideicommiſſum.*

6 *Legitimatio facta à patre, aliis non citatis, non valet in illorum præiudicium.*

7 *Comes an legitimet in alieno territorio, & quare n. 12.*

8 *Imperator non legitimat in terris Eccleſiæ.*

9 *Legitimationes Imperatorum hodie non habent effectum propter leges particulariter factas à Principibus in ſuis ditionibus.*

10 *Legitimatus ab Imperatore, in quibus eſt legitimus.*

11 *Legitimationes Imperiales non valent reſpectu ſucceßionum priuilegiatarum per ſtatuta locorum.*

## CLAVSVLA 226.

*Citatis, & non citatis.*

SI legitimatio filij naturalis fiat parte inſtante, agnatorum citatio † 1
non requiritur, Bart. in l. Gallus, § & quid ſi tantum, num 14. ff. de liber. & poſthum. & ibi Iaſ. n. 130. & ſeq. plures allegat, & atteſtatur hanc eſſe Communem ſententiam. Martin. Laudenſ. in tract. de legitimatione, in ſua diſputatione, Augerius Seio, col. 18 ℣. Circa hoc. Tiraquell in l. ſi vmquam, ℣. ſuſceperit liberos, n. 65. Couar in Epitom. de Sponſalib. p. 2. c. 8. §. 9. num. 7. Anton. Ga[illegible] in ſuis Communib. Concluſionib. titulo de legitimatione, concluſ. 1 nu. 143. Ludou. Sard. in tractatu de naturalibus liberis, in Rubrica, Requiſita in legitimatione impetranda, numero octauo, cum aliis per ipſos allegatis, quoniam hęc legitimatio principaliter tangit patrem, vt dicit Bartol. in d. n. 14. qui valet de ſuo diſponere ad eius libitum, facit l. cum adoptio, ff. de adoptionib. & Bald. in procœmio Codicis, ℣. ſi dicas, per text. in l. Mæuius, ff. de conditionib. & demonſtrationib. in ℣. Quid enim intereſt, ſi quis velit ſuum in mare proiicere? ſufficit

etiam ad patris inſtantiam fieri, vt citatio nulla neceſſaria ſit etiam ſi poſt mortem ſuam ordinauerit, Socin.iun. in d.§ & quid ſi tantum, n.144. Verall.dec.146.& dec 147.p.2. Rota dec. 569.n.1. p.1. in Nou. Marzar. conſ. 9. verſ non obſtat tertia, vbi etiam atteſtatur Rotam ita iudicaſſe. Non requiritur citatio agnatorum, quia cum agitur non de iure quæſito, ſed quærendo, & in ſpe, citatio omitti poteſt. Siluan.in conſil.45.n.57. & plur. ſeq. Soc.in trac.de citat.7.principali col.fi. verſic. niſi tam ex narratione, Alex. conſ.2. numero 14. vol.1. Soc.iun. in conſ.93.nu.36.vol.3. Et,cum ipſis inuitis fieri poſſit, ſuperflua eſt citatio Lauren.de Pinu,in conſ.53.num.49. Aldobran.in conſ.112.n.31.

2 Ideo in facultate legitimandi † Comitibus Palatinis conceſſa, conſueuit apponi iſta clauſula, Citatis, vel non citatis: Quæ non habet locum niſi in illis caſibus, in quibus non eſt neceſſaria, nimirum patre inſtante, vel poſt mortem ita ordinante, ceterum fruſtratorie appoſita dicitur, cum de alterius præiudicio agitur, quoniam hæc clauſula in præiudicium agnatorum attendi non debet, Dec.in conſ 425. n.5.& in conſ 557. numero 6. Ruin.in conſ.79.nu.9.volum.3. Pariſ.in conſil.9.num 33.& conſ 12.num.158. vol. 2.Ceph.in conſ.285.num.12.vol.2.Bero.in conſ.177. numero 42.vol.5. Et

3 multo minus † hæc clauſula operatur in diſpenſatione, Soc.in d.§.& quid ſi tantum,num.3 ad fin. & inter conſilia Curt.ſen.conſ.18.num.7.Dec. in conſ. 593.num.11. Ant. Gabr.in tit. de citat. concl.1.numer.151. Mantic.de coniec. lib.11 tit.11.numero 13.

Declaratur primo hæc Concluſio, vt non procedat, quando Comes, cui facultas huiuſmodi conceſſa eſt, ha-

4 bet † plenam cognitionem iurium partis, tunc enim ipſam citationem omittere poteſt: Gratus in conſ.158.nu. 25.vol.2. Hoc intellecto, quod parti nullum ius competat, quoniam ſi agnati vocarentur ad feudum, vel ad 5 fideicommiſſum, cum aliquis à patre legitimatur, qui de talibus bonis diſponere non poteſt, tunc citatio neceſſaria eſt, & multo magis, ſi cum infante diſpenſandum eſt, Alex.in conſ. 94. num.9.vol 1. Pariſ.in conſ.2. num.29. vol.2. Martin. Laudenſ.in tract.de legitimat.numero 109.& 120.Gozad.in conſ.85.numero 6. verſic. non obſtat. Anchar. in conſilio 241 Socin. in d. tract.de citat.in d.art.1.7.col.fin.in 30. caſu.Socin.in d.§. quid ſi tantum, nu. 31.Socin.iun.ibi,num. 44. & 146. verſ. & memini. Rota deciſ.614.n.13 par.1. in Nouiſſ

Secundo declaratur, vt huiuſmodi † legitimatio facta à patre valeat in 6 præiudicium patris legitimantis, non autem in præiudicium non citatorum Maluaſia in conſ.116.num.81 Quando iſtæ perſonæ prætendunt aliud præiudicium, quàm in bonis patris legitimantis.

Tertio declaratur, vt in caſibus, in quibus † Comes per huiuſmodi fa- 7 cultatem poteſt legitimare, id quidem non poſſit facere in alieno territorio. Angel.de Gambellionib. in conſ.114. numero 10 & 13. quia Princeps † non 8 legitimat in terris Eccleſiæ, reſpectu quarum ipſe eſt ad inſtar priuati, Bald. in conſilio 37.volum.4. Iacob. Butrius in l.3.ff.de offic.præſid. Io. And. Anton.de Butr.& Abb.in cap. per venerabilem, de electione, quos refert Corn.in conſilio 1. numero 9. volum. 3.& pro hoc facit Clem. Ne Romani, de electìon. vbi Imperator iurat nullam exercere iuriſdictionem in terris Eccleſiæ, & hanc ſententiam valde comprobaui in tractat de iuriſdictione, parte 4.caſu 79. articulo primo, per totum, quibus ſcriptis addo, quod licet

9 licet legitimationes † Imperatoris olim ſortirentur effectum quo ad perſonas,& bona ſita in terminis,& ditionibus aliorum Principum, vt ſcribo ſatis in d.æſſu 79. nu.18.& ſeq. Tamen poſtquam ipſi alij Principes fecerunt ſuas leges particulares, vt legitimationes aliorum Principum vlterius non admittantur in eorum ſtatibus,illæ legitimationes remanent fruſtratoriȩ,& nullius roboris, vt probat Collegium Bononienſe inter conſilia Floriani 26. num 41.& nu 46. & ideo Imperator non poteſt legitimare ad feudum, vel emphyteuſim Eccleſiæ non conſentiente Epiſcopo.Signorol in conſ.218. num. 13. & ſeq. & de hac re ſcribo diffuſe in repetitione,cap.per venerabilem , qui filij ſint legitimi , in lectura Patauina : Et ideo dixit Angel.in conſil 350.num. 6. quod le-
10 gitimatus † ab Imperatore , erit legitimus reputandus vbique,etiam in ſtatu Eccleſiæ , & quo ad temporalia ,in quibus Imperator poteſt diſponere. Item quod extenditur ipſa legitimatio extra ſtatum legitimantis, quando prima cauſa ſucceſſionis pertinet ad ſubditos legitimantis.

11 Item quia etſi legitimationes † Imperiales quoad beneficia iuris cómunis reciperétur vbilibet, etiam in alienis ditionibus : Non tamen illæ legitimationes poſſunt habere validitaté in ſucceſſionibus priuilegiatis ex forma ſtatutorum,per quȩ maſculini excludunt fœminas , qui reſpectu ſtatutorum locorũ particularium ſeparatorum à iuriſdictione Cæſaris , non poteſt ipſe Imperator ex regula iuris communis ſe intromittere,l.fin.ff.de iuriſdict.omn.iudic.c.vt animarum.de cóſtitutionib.lib.6.& ſemper ius municipale dicitur iuri communi derogaſſe.

Huius tertiæ declarationis rationes
12 † colligi poſſunt ex Floriano in quæſt. 3.in vltimo dubio,numer.19.vſque ad finem , quia iudex etiam inter ſubditos non iudicat de bonis extra ſuam iuriſdictionem.Item ſuam ſententiam non exequitur extra ſuam iuriſdictionem. Item datio tutoris quo ad bona extra ſuam iuriſdictionem eſt nulla,& legitimatio diuiſibilis ſecundum bona,& vnicum patrimonium defuncti diuiditur ſecundum diuerſitatem ſucceſſionis.Item quia agitur de prȩiudicio tertij,ideo non poteſt citari, prout debebat extra territorium. Item diſcretio legitimorum, & illegitimorum eſt de iure canonico,& ciuili, ſed Imperator non tollit ius canonicum,prȩſertim in terris Eccleſiæ.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio ordinaria quando alteretur, ita vt tranſmutetur in delegatam, & num.3*

2 *Iuriſdictio ordinaria , & delegata in vtraque perſona concurrere poſſunt.*

4 *Verbum committimus,non importat delegatam,ſed ordinariam iuriſdictionem.*

5 *Verbum mandamus,non importat delegatum.*

6 *Iuriſdictio ordinaria excitatur per clauſulam, Committimus , & mandamus,& num.9.*

7 *Clauſula,Committimus,quod omnia poſſis,quæ nos poſſemus, quid importet.*

8 *Clauſula, Authoritate noſtra procedas, facit delegatum.*

10 *Clauſula,Alterans commiſſionem in executiuis,nihil operatur.*

11 *Proceſſus ſi aliter non poßit ſuſtineri,cenſetur factus tamquam à delegato.*

CLAVSVLA 227.

*Committimus,& Mandamus.*

SI Princeps committat alicui iudici Ordinario aliquã cauſam , quomodocumque alteret ſuam iuriſdictioné, † ſemper dicitur facere delegatum iu- 1 dicem de ordinario,argum l.ius ciuile, & ibi Iaſ.poſt alios.ff. de iuſt. & iur.l.1. §.ſi quis ſimpliciter , in verſ.cum adii-

cit &ibi Alexand.Sal.Aretin.Socin.&
Alciat. ff. de verb. obligat.c.licet in
corrigendis,de offic.ordinar.&.ibi per
Felin. latiſſime.c. cum aliquibus, de
reſcr.lib 6.& ibi Anch.& Franch.Ma-
theſ. ſing. 80.& ibi latiſſima additio,
quę ceteros refert.Si verò nihil addi-
tur, excitare iuriſdictionem ordinariã
dicitur d.c.licet in corrigendis, & d.c.
cum aliquibus,Iaſ in l.ſi prætor,n.2.
ff.de off.eius. Cũ de ordinario iudice
2 ſit delegatus, vtraque iuriſdictio † in
eiuſdem perſona concurrit, Innoc. in
cap.ex officij, de præſcript. Bal.in l.1.
ad fi.C.de fur.Ang. in l.ſi vacantia,C.
de bon.vacan.li.10 Imol.in c.niſi eſſet,
col.1.de præb Boer.dec. 151. n.8.& ad
hoc eſt tex.per quem not.Bal.in c.ſi in-
ter pares,de lege Corradi, quod dele-
gatus in quem eſt factum compromiſ-
ſum poteſt procedere ex vtraque po-
teſtate,quæ omnia. & plurima alia al-
legaui in tract.de tribunalib.vrbis,c.2.
vbi oſtendi in Dominis Rotæ Rom.
Auditoribus vtramque poteſtatem
concurrere, videlicet ordinariam &
delegatam, & quamuis Ant.de Butr.
per multas rationes teneat contra-
rium in d.c.cum ex officii, tamen ibi
Fel.n.20. oſtendit contra Butrium vi-
gere communem opinionem, atque
omnibus illius rationibus reſpondet.

3 Quibus autem modis iuriſdictio †
ordinaria alterari dicatur, late ſcribũt
Fel.in c.in corrigendis, Addentes ad
Matheſil. in d.ſing 80.& ego etiam
ſcripſi in d.c.2.Et cum eueniſſet caſus,
an per hanc clauſulam committimus,
& mandamus, ordinaria iuriſdictio i-
ta alterata dicenda eſſet, vt de ordina-
riis fieret delegatus in illa cauſa, ego
negatiue reſpondi, quoniam verbum
4 committimus, non † importat altera-
tionem ſed excitationẽ iuriſd. vt pro-
bat ipſe Matheſil.in d.ſuo ſing.80. Fe-
lin.in d.c.licet in corrigendis,n.1.verſ.
Adde etiam Bald.& in verſ.quia ſem-
per iniunctum cenſetur, vt ordinario.
Alberic.in d.l.ius ciuile circa finem, i-
bi,& ſi Princeps committat.vbi Paul.
de Caſtr.in col. fin. verſ. ſi per reſcri-
ptum ſuperioris; & ibi Iaſ.col.1 & in
l.more maiorum. col. 8.verſ.in ſecun-
do membro, ff.de iuriſd.omn.iud. I-
tem verbum mandamus † non impor- 5
tat delegatam iuriſdictionem ſecun-
dum omnes communiter in d. c.licet
in corrigendis.Et quod per hanc clau-
ſulam † committimus,& mandamus 6
non cenſeatur alterata iuriſdictio or-
dinarij, & ideo non faciat delegatum,
ſcribit Ferret.in conſ.204 à nu.19. ad
fi. vbi poſt Felin. quod iſta poteſtas
commiſſa, appellabitur excitatoria.

Declaratur hæc concluſio, vt non
procedat, ſi cum verbo committimus
additum eſſet,Committimus † quod 7
omnia poſſis,quæ nos poſſemus,quo-
niam hæc clauſula importat liberam
poteſtatem Bart. in l.creditor, §.Lu-
cius, per illum tex.ff.mandati, & la-
tius per Abb.in c.intelleximus, de iu-
dic. & in c.expoſuit de dilationib.Gẽ.
poſt Archidiac.in c. qui ad agendum,
§.ſi de procuratorib.lib. 6. & in c.1.de
reſcr.lib.6.Et ſic cenſetur alterata iuriſ-
dictio ordinaria,& facta delegata,ſicut
ſi in cõmiſſione diceretur,Authoritate
noſtra procedas,† quoniam hæc clau- 8
ſula delegatum iudicem facit, Bar.&
Alex.in d.l.more maiorum, & ſcripſi
in d.c.2.num 37. in tractatu de tribu-
nalibus vrbis. Idem ſi additum eſſet
verbum,Præcipimus,ſed ſi ſimpliciter
dictũ fuerit,Cõmittimus,&mãdamus.
† Hæc clauſula ſolùm eſt excitatoria 9
poteſtatis ordinariæ. Felin.in d.c. licet
in corrigendis,nu. 3.in princip.& in fi-
ne.Etiam eſt aduertendum, † quod ſi 10
iſta verba, & clauſulæ alterantes iuriſ-
dictionem ordinariam eſſent appoſi-
ta in verbis exequtiuis, ipſius diſpo-
ſitionis, nimirum ſi committetur iu-
riſdictio ordinaria in certo loco, &

postea

poſtea in fine reſcripti additum eſſet, Quidquid noſtra auctoritate feceris, ratum habemus, tunc iuriſdictio ordinaria non mutatur in delegatam, quoniam clauſulæ in exequutiuis poſitæ non mutant naturam principalis diſpoſitionis. Clem. 1. de prębendis, & dicam infra in par. 4. vbi de clauſulis in
11 exequutiuis tractabimus. Cum † autem processus aliter factus non valeret, niſi cenſeretur factus tamquam à delegato, tunc omnino clauſ. interpretanda eſt pro delegato, & quando alteretur ordinaria ſolùm in procedendo, ita vt ſit ordinarius in ſententiando, & delegatus in procedẽdo, & quãdo è contra, vide Addentes ad Matthesilan. in d. ſing. 80.

SVMMARIA.

1 *Communicationis bonorum onus validum ſiue proueniat ex contractu, ſiue ab vltima voluntate.*

2 *Communicare verbum, quid præſtet.*

* CLAVSVLA 228.

*Communicationem bonorum facere teneantur.*

1 VAlidum eſt hoc pactum † de cõmunicandis bonis donatis, vel aliundè obueniẽtibus. Guid. Pap. conſ. 11. relatus per Cæphal. conſ. 331. num. 46. cum ſeq. vol. 5. vbi quoque defendit illud à nota voti captandæ mortis, cum vere hoc pactum non contineat hanc deformitatem potiſſimum, quia vt cum conſenſu illius de cuius bonis agitur, atque eſt nutritiuum æqualita-
2 tis, ex quo † verbum (communicare) exponitur vt partes æquales ſint. Bart. in l. lucius ff. ad trebell. Soc. Sen. conſ. 108. n. 1. vol. 3. & Rip. in l. re coniuncti. num. 111 ff. de leg. 3. quo pariter pertinet mandatum teſtantis de communicandis bonis, de quo argumento loquitur Socin. Sen. conſ. 164. vol. 2. Corn. conſil. 285. vol. 4. Curt. Iun. conſil. 116. num. 4. & Laderch. conſilio 56. num. 5. *Io Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA

1 *Computatis computandis clauſula inducit nouationem, & ſtat incluſiuè.*

2 *Arguit calculationem inter partes & probat coacervationem ſummarum.*

3 *Statutum Mediolani prohibens mulieres ſine certa ſolemnitate contrahere declaratur.*

4 *Differentia inter hanc, & illam clauſulam (ſaldatis omnibus computis) quæ conditionem importat.*

* CLAVSVLA 229

*Computatis computandis.*

FOrtè nõ erraret, qui aſſereret indè cenſeri † inductam nouationem, 1
ſtareque dictam clauſulam incluſiuè, vt docuimus in noſtris commentariis ad l. in fideicommiſſariam nu. 9. ff. ad Trebell. ad mentem Bart. Bald. Iaſ. Surdi, ac Neuiz. Iam verò adiungimus, quod † dicta clauſula arguit cal- 2
culationem eſſe factam inter partes, & probat coacervationem ſummarum de qua loquitur Lamberteng. † 3
ſuper ſtatut. Mediol. prohibente mulieres ſine certa ſolemnitate contrahere glo. 5. nu. 10. & ſeq. aliter ſe habet, quando ageretur de clauſula illa (ſaldatis omnibus computis,) † cuius meminit Ruin. conſ. 70. n 9. vol. 2. & Rim. 4
Iun. conſ. 52. n. 6. vol. 1. vbi notant eam importare conditionem, ex natura ablatiui abſoluti, ideſt, poſtquam ſaldata fuerint computa, vt ſic loquar cum pragmaticis. *Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Verba concorditer, & vnanimiter quomodo differant à vobis collegialiter, ſeu capitulariter.*

2 *Laudum duorum ſimul concordantium non valet quoties compromiſſum initum eſt ſub ea formula vt tres arbitri concorditer pronuntient.*

3 *Vniuerſitatis actus quomodo legitime explicentur: & quid in gratiosis.*

4 *Vniuerſitas quando poſſit ſe congre-*

*gare ſine ſuperioris, vel Magiſtratus auctoritate.*

## CLAVSVLA 230.

*Concorditer, vnanimiter, collegialiter, vnanimiter, ſeu capitulariter.*

HÆc ſunt diuerſa nomine, & re: quandoquidē non poteſt quidpiam intelligi factum concorditer, vel
1 vnanimiter, † niſi quod fit nemine diſcrepante cap. 2. ibique gloſſ. de arbitr in 6. collegialiter autem, & capitulariter, quod fit cum conſenſu ſimultaneo maioris partis collegij, vel capituli c in cauſis de elect. Alexandr. conſil 124. col 1. & 2. vol. 2 vbi expli-
2 cat punctum † compromiſſi initi ſub ea formula; quod tres arbitri concorditer pronuntient, vt non ſtetur laudo duorum ſimul concordantium alio diſſentiente, vel nolente interuenire, Surd. conſil. 323. nu. 11 Indè enim definiri poteſt quæſtio compromiſſi facti in tres, quando vnus nequeat ſine altero expeditioni cauſæ incumbere per l. item ſi vnus §. item ſi plures ff. de arbitr. Viuios deciſion. 380. numero 17. Stephan. Grat. Rom. deciſ. Marchiæ 236. numero 13. ſicuti perſpicuum
3 ſit non poſſe valide explicari † actus vniuerſitatis, aut nomine communi terminari, niſi omnes ſimul legitime congregati, & qui poſſunt interuenire conſentiant, c. cum omnes vbi Bald. Abb. & alij de conſtit. Decian. conſilio 103. num. 14 vel 3. Oſaſch. conſilio 17. num. 2 5. & 6. Redoan. præclarè tract. de rebus eccl non alienā. rubr. 24. numero 15. cum ſeqq. titulo de tract. vel maior pars. Exceptis gratiosis, & confirmatio officialis: quæ non poteſt fieri vno reluctante: Vnic. Franc. deciſ. 609. Gratian. Romanus diſcept. F. conſ. c. 184. præ ceteris in actibus vniuerſitatis diſtinctio illa ſummè nobis placet inter eam, cui nulla cohæret iuriſdictio, & illam, quæ habet iuriſdictionem, vt quiſque intelligat quando liceat † vniuerſitati caſtri, vel Villæ ſe 4
congregare ſine Magiſtratu, vel ſine ſuperioris auctoritate, quatenus non agatur de recurrendo ad ſuperiorem etiam domini, vel dominus ipſe non ſit ſuſpectus, vel non repugnet, conſuetudo alioquin ſeruanda, Bart. in l. actor ff. rem rat. hab. Natta conſilio 142. nu. 71. & 18. Crau conſilio 886 numero 9. Bertaz conſil. crim 165. per tot. Surd conſilio 390. nu. 11. cum ſeqq. ſicuti aliam doctrinam inter has vniuerſitates notat Fab de Anna conſilio 94. num 28 volum. 2.

*Io. Bapt. Coſta.*

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, Coniunctim, & diuiſim ſingulariter comprehendit omnes modos.*

2 *Et nihil operetur circa exequutores plures datos.*

## CLAVSVLA 231.

*Coniunctim, & Diuiſim.*

SI hæc clauſula ponatur inter plures modos, † importat, vt vnuſquiſ- 1
que modus cenſeatur per ſe propoſitus, & ideo reus negans poſitiones coniunctim, debet ſeparatim interrogari ſuper ſingulis poſitionibus. Lapus Allegat. 50. numero 2. circa finem

Item ſi poſt dationem exequutorum † appoſita fuerit hæc clauſula, 2
tunc ſi vnus incepit procedere, alter proſequi non impeditur præſertim ſi ille fuiſſet impeditus: & dicitur impedimentum, ſi abſens, vel infirmus fuerit. Zabarell. in conſilio 54. nu. 2. verſic. ad quartum. Et ſi vnus proceſſit nulliter, alter poterit vtiliter procedere, Zabarell. ibidem per totum conſilium 54.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Conſtituit procuratorem in rem ſuam, vbi tractetur in iure.*

2 *Procurator quando, & quomodo dicatur factus in rem ſuam, & numero 4*

3 *Procurator in rem ſuam non comprehenditur ſub ſtatuto de procuratoribus.*

5 *Ceſsio iurium fit cum clauſula, conſtituit procuratorem in rem ſuam.*

6 *Ceſsionarius factus procurator in rem ſuam, quas actiones intentet.*

7 *Procuratori in rem ſuam quando obſtent exceptiones, quæ obſtabant cedenti, & conſtituenti.*

8 *Procurator in rem ſuam factus ab Epiſcopo, quos fructus Epiſcopatus exigat.*

9 *Penſionarius poteſt conſtituere laicum creditorem procuratorem in rem ſuam, ſuper penſione.*

10 *Penſio eſt quid merè temporale, & æquiparatur contractibus profanis.*

CLAVSVLA 232.

*Conſtituit procuratorem, vt in rem propriam.*

1 DE hac clauſula † eſt text. in l. illam ſubtilem, C. de donationibus quam allegat gloſſ. in c. 1. in verſic. in rem ſuam, de procur. libro 6.

Is autem in rem ſuam procurator
2 factus † dicitur, qui ex procuratione commodum ſibi applicare debet. Bal. in conſil. 186. numero 2. ꝟ. illud conſtat, vol. 2. vbi quòd non eſt procura-
3 tor, † nec veniret in ſtatuto loquente de procuratore, Bartol. poſt gloſſ. in l. 1. ff. de procurator. Iaſon in l. qui ſtipendia, C. eod. titul. Item dicitur procurator in rem ſuam, qui alienum negotium gerit pro ſua vtilitate, Fulgoſ. in conſilio 202. numero 1. verſ. ſed dato, vbi etiam quòd poteſt fieri procurator in rem ſuam tam ſub conditione, quàm ſub modo.

Huic clauſulæ æquipollet altera, † 4
ſi dicatur, Pono te in locum meum, Alexand. in l. qui quadringenta. ff. ad Trebel. Iaſon poſt Alexan. in l. ſi cum emptor, col. 2. ff. de pact. Bald. in l. 3. in fin. C. de nouation. Ferret. in conſilio 355. volum. 2.

Cum hac clauſula ſemper cenſen-
tur † ceſſa, atque tranſlata iura, etiam 5
directa, quò ad exercitium, quando ſcilicet ceduntur iura, & ceſſionarius conſtituitur procurator in rem ſuam. Caſtrenſ. in conſilio 361. colum. 2. vol. 1. per tex. in d. l. qui ſtipendia, vbi latè Iaſ. C. de procuratoribus. Aretin. conſil. 124. & ideo debitor volens ſatisfacere ſuo creditori, ſi illi cedat debitoris alterius nomen, atque procuratorem in rem ſuam faciat, etiam directas mandaſſe dicitur, ita quòd poterit exigere ab ipſo debitore debitoris, nulla diſcuſſione facta Bald. in l. 2. C. quando fiſc. vel priuat. Item † agere poterit 6
duplici actione videlicet, vtili nomine ſuo, & actione directa procuratorio nomine in rem ſuam nomine cedentis, Bart. & alij in d. l. qui ſtipendia, Ang. Aretin. in conſilio 53. n. 4. & ſeq. ꝟ. Sed tamen iis non obſtantibus, vbi oſtendit hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, Si quidem intentauit vtiles, † non obſtabit exceptio perſona- 7
lis competens contra cedentem, puta quòd ſit excommunicatus, ſecus ſi intentauit directas, c. 1 de exceptionibus libro 6 Item vbi intentantur vtiles, priuilegia competentia ex perſona cedentis non competit ceſſionario, vt ſunt priuilegia actionis dotis: ſecus ſi intentauit directas, Bart. in l. poſt dotem, in fin. ff. ſolut. matrim. Iaſ in d. l. qui ſtipendia. Bald. in l. 2 C. quando fiſc. vel priuat & in l hered. C. de hæred. action.

Interdum quis conſtituitur ab † 8
Epiſcopo procurator in rem ſuam cũ ceſſione iurium, & tunc ſi ſibi fiat ob-

ligatio de fructibus Epiſcopatus, licet Epiſcopus moriatur, tamen quoad fructus ſeparatos à ſolo viuente Epiſcopo cedente, poterit procurator in rem ſuam illos conſequi, ſi dies ſolutionis venerit poſt mortem Epiſcopi, videlicet pro fructibus ſeparatis à ſolo viuente Epiſcopo, Angel. Aret. in d. conſilio 53. numero 4. vſque ad finem.

Interdum creditor alicuius clerici
9 penſionarii † conſtituitur procurator in rem ſuam ad exigendum penſionem, cum ceſſione iurium, & tunc idem dicendum eſt reſpectu penſionis, & eius fructuum. Nec eſt facienda difficultas an hæc ceſſio, & procuratorum in rem ſuam ſuper penſione fieri poſſit, quia hoc eſt ita deciſum in Rota, deciſione 400. parte 1. in Nouiſſimis, vbi quod penſionarius poteſt cedere, & transferre in quemlibet omnes vtilitates quas percipit, per quoſcumque contractus, & alias voluntates. Neque cedẽdo ſuo creditori penſionis decurrendas, eumque faciens procuratorem in rem ſuam, dicitur committere ſimoniam, vt quidã mali Eccleſiaſtici Patauini parum eruditi credebant, & aſſeuerabant, quoniam penſio non eſt quid ſpirituale, neque
10 ſpiritualitati annexũ, † Gigas in tract. de penſionibus, quæſtio. 7. num. 2. & quæſt 16. & quæſt. 21. & ideo poteſt Laico aſſignari Zabarell. in Clement. 2. quæſt. 9. de offic. ordinar. Palæott. in tract. de Nothis, & ſpuriis, cap 59. nu. 4. Caccialup. in tract. de penſionibus, quæſt. 12. numero 2 quia de penſione iudicatur tamquam de contractibus profanis, Sarnenſ. ſuper regula de infirmis reſignantibus quæſtio. 16. col. 2 Romana in conſilio 339. colum. 4. Et ideo Rota ſæpiſſimè iudicauit, tranſlationem penſionis eſſe omninò profanam, vt atteſtatur Gambarus in tractatu de auctoritate Legati à latere, lib. 6. titulo De penſione, numero 633. multos ad hoc allegat Gigas in d. trac. de penſionib. q. 99 ſcribit Pariſ. in tractat. de Reſignation. benef. libro 6. q. 4. num 52.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, cuius tenor, &c. habet vim ſpecialis expreſſionis, & interdum derogationis actui antecedenti, & tam in conuentionalibus, quam in priuilegiis operatur, vt actus dicatur fieri in certa ſcientia nu. 2*

3 *Niſi quando pro forma requiritur ſpecialis, & indiuidualis expreſſio.*

## CLAVSVLA 235.

*Cuius tenor ponatur, vel habeatur pro expreſſo.*

Habet vim † ſpecialis, ac indiuiduæ expreſsionis, & aliquando derogationis actui antecedenti, 1 imò tam in conuentionalibus quoad dependentiam à voluntate priuatarum perſonarum, quam in priuilegiis hæc clauſula efficit, vt † actus dicatur 2 fieri ex certa ſcientia. Angel. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum. ff. ſi quis caut. & in l. omnes. C. de præſcr 30. ann. Dec. in l. certum. ff. ſi cert. pet. Gabr. ſuis cõmunibus tit. de clauſula concl. 5. Burſat. copiosè ſuper reſcriptis Pontificiis habentibus inſertam hanc clauſulam conſilio 592. nu. 17. cum ſeq. volum. 4. Cioff. conſil. 1 num. 61. & ſeq. lib 1. latè Ioſephi Seſſe deciſ. Aragon. 93 nu. 15. cum ſeqq. niſi alioqui † ſpecialis vel indiuidualis expreſsio pro forma requiratur, tunc non impletur forma per memoratam clauſulam. Felin. in cap. nonnulli in tertia declaratione de reſcript. Gabr. d. loco. num. 22.

*Io. Bapt. coſta.*

## SVMMARIA.

1 *Clauſula cum moderamine, importat monitionem.*

2 *Appoſita in priuilegiis legitimationum importat cauſæ cognitionem.*

3 *Cauſa legitimationis eſt exprimenda in priuilegio.*

## Clauſula 224.

*Cum Moderamine.*

1 HÆc clauſula importat monitionem † non autem conditionem, & ideo ſi fieret iniuſtitia, nõ ideo proceſſus vitiarentur in priuilegiis legitimationum conceſsis Comitibus Palatinis apponi conſueuit, cum moderamine cuiuſcumque actus faciendi, ratione, & honeſtate per vos habita, &
2 tunc importat, vt nullum † abſque cauſa legitimare poſſint, Socin.Iun.in conſilio 65.numero 12.& in conſ.120. num.30.verſ.in priuilegio,& in conſilio ſeq.num.31.volum.2. & in conſil. 91.numero 5.& nu.12.vol.3. Pariſ. in conſilio 9.num.55.& 59.& 61.& plur. ſeqq. volum.2. & in conſil.12. nu.159. & ſeq.volum 2.Grat. in conſil.158.numero 10.vol.2. & poſtquam Comes de cauſa cognouerit, eandem in priui-
3 legio legitimationis † exprimere debet, Anton.de Roſellis in tract. de legitimation. in Rubrica de cauſa formali legitimationis numero 27.in fine.

### Summaria.

1 *Implicationis antecedens eſt pretij oblatio.*

2 *Moroſus dicitur debitor, qui ſtatuto tempore non offert pecunias implicandas.*

3 *Obligatus ad inueſtiendas vulgo implicandas perticas quando obaudiendus.*

4 *Obligatus vt ſupra poteſt aliter quam per contractum emptionis inueſtire, dummodo cautum ſit ſtipulanti.*

5 *Promittens pro obligato inueſtire, ad quod teneatur ſi non adimpleat.*

6 *Obligatus ad inueſtiendam pecuniam quomodo liberetur in odium creditoris.*

7 *Fundi idonei appellationem quænam reputantur.*

8 *Obligatus implicare pro ſecuritate emptoris, tenetur in loco contractus.*

## Clauſula 235.

*Cum pacto inueſtiendi pretij, ſeu cum pacto implicationis in fundo idoneo.*

PRius offerendum eſt pretium qua oblatione facta † fiet implicatio l. 1
Iulianus.§ offerri.ff.de act. empt.l.ædiles,la prima §.fin.ff de ædilit. edict. in indiuiduo Burſat.conſil. 184. cum ſeqq.vol.2.alias † moram committit, 2
qui certo tempore debet pecunias inueſtiendas, Bero.conſil 136.nu.7 vol.
2. † neque exauditur obligatus ad in- 3
ueſtiendas pecunias, ſi velit inconſulto ſuperiore, & non vocatis intereſſe prætendentibus in bonis acquiſitis ſubmittere bona ſua, vt potè iam obnoxia hypothecę generali, Burſat.conſil.297.volum.3 ſicuti † neque arcta- 4
tur ad contractum ſolius emptionis forte ob commemorationem pretii: modo enim cautum ſit ſtipulanti, aliud non eſt inquirendum, Bal conſil. 456.vol 1.Burſat.conſil.149.num. 69. cum ſeq.volum.2.& † vbi promittens 5
non adimpleat tenetur ad intereſſe,& loco illius ad ſortem principalem, Rota Roman.deciſione 741.nu.1.parte 1.
in nouiſſ. ſicuti † obligatus ad inue- 6
ſtiendam pecuniam liberatur per legitimum depoſitum in odium negligẽtis parere ſecuritatẽ prædij Botta conſil.74 num 21.cum ſeqq. † Inter au- 7
tem fundos idoneos non reputantur emphyteutica cenſualia fideicommiſſaria, nec molendina, neque domus,

quia ſunt in continuo periculo, Intrigliol. de feud. q. 9. num. 68. cum ſeqq. cent. pri. Roſental. de feud. parte 4. concl. 4. Caro c. de excuſſ. bon. parte 2.
8 q. 35. Imo † obligatus implicare pecunias pro ſecuritate emptoris tenetur acquiſtum (vt ſic cum pragmaticis loquar) facere in loco contractus Alex. in l. ſi fideiuſſor. ff. ſi neceſſaria numero 3. ff. qui ſatiſd. cog. Boer. deciſione 93. numero 4. & Vinc. de Anna ſingul. 415.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Cum pacto præferendi clauſula quid importet?*
2 *Quid ſi addatur pactum leg. Commiſſoriæ, vel clauſula reſolutiua?*
3 *Pactum præferendi non ſecus, ac retroemendi, eſt ceſſibile, tam ex cauſa voluntaria, quam neceſſaria.*
4 *Pactum præferendi in emptione, vel locatione, quam pariat actionem.*

CLAVSVLA 236.

*Cum pacto præferendi.*

1 IDem eſt † ac ſi dictum eſſet, quod prædium non poſſit vendi alteri niſi ſtipulanti, ea propter non impeditur tranſlatio dominij per alienationem in alium factam, remanẽte ſola actione perſonali vel conditione ob cauſam penes eum, qui erat præferendus, aduerſus promiſſorem ad intereſſe, & ad damna l. ea leg. C. de condict. ob cauſ. l. qui abſenti § 1. ff. de acq. poſſeſ. Cagnol. in l. 2. numero 133. C. de pact. int. emp. & ven. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gl. 7. numero 12. Natt. conſilio 474. num. 9. cui concluſioni derogatur, ſi conuentio ſit conſtabilita verbis reſolutiuis, & directis, prout
2 ſit † in pacto legis commiſſoriæ. Alex. conſ. 10. colum. 2. & ſeq. vol. 1. Iaſ. conſilio 211. num. 25. & ſeq. volum. 2. Caſtr. in l. 1. ff. de donat. Natt. d. loco num. 10. & ſeq. Rol. à Val. conſ. 62. num. 17. cum ſeq. libro 2. Dec. conſilio 187. numero 4. Crau. conſil. 761. Surd. conſ. 1 331. ad fin. volum. 3. alioquin permiſſo in venditione: in tráſactione, & in datione inſolutum. Alexand. conſil. 178. num. 3. lib. 7. & à conſil. 145. num. 19. Menoch. conſilio 1111. num. 24. lib. 12. illud tamen obliuiſcendum non eſt, ius præferendi conuentionale ſicuti pactum † retroemendi eſt ceſſibile, 3
tam ex cauſa voluntaria, quam neceſſaria. Caſtr. conſil 1. & cõſilio 430. volum. 2. Rol. à Val. conſilio 28. l. 2. Boer. deciſione 139. non ita ſe habet ius præferendi ſtatutarium. Parif. conſilio 85. numero 45. volum. 3. ſed à prædictis diſcedit Menoch. conſilio 1161. libro 12. declarans d. † pactum producere 4
actionem perſonalem in rẽ ſcriptam ſaltem contra emptorem, ſed contra principalem ex dicto pacto præferendi in emptione, vel locatione oriri actionem merè perſonalem: inſuper ibidem referuntur duo ſingulares affectus, quos operatur actio perſonalis in rem ſcripta inde reſultans.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Cum hoc, clauſula, an conditionem vel modum importet, diſtinguit Author.*
2 *Clauſula prædicta, & clauſul. ea conditione, vel cum hoc pacto, & conditione idem eſt iudicium.*
3 *Et hoc clauſula importat cauſam finalem diſpoſitionis præambula vide num. 4.*
4 *Ad hoc clauſula importat motiuum finale, ſeu ſaltem impulſiuum, cum declaratione, ibid.*

CLAVSVLA 237.

*Cum hoc, vel & hoc, vel ad hoc.*

QVãdo in diſpoſitione reperiuntur dicta verba (cum hoc) † conditio-

ditionalis intelligitur iuxta aliquos diſpoſitio Cæpha.conſ.259.numero 68. volum.2.ſed aliis viſum fuit, quod importent modũ Peralta ad l.Titia cum teſtamento. § ſi ea conditione nu.11. ff.de leg.2. ſic ergo procedetur diſtinguendo cum Alex. conſilio 119.nu.1. volum.1.Ruin.conſ.70.numero 9.volum.2. Aut apparet de mente contrahentium,vt impleatur, quod iam fuit actum,priuſquam implere debẽs conſequatur, emolumentum, aut implementum ſubſequens ſit conſiderabile, & ante illud requiratur ius, primo caſu deſignatur conditio, ſecũdo modus. Menoch. conſ.131. & 262. ac de præſump.lib.4.præſumpt.175. Craue. conſilio 59. Gabr.conſilio 122.volum. 2.Magon.ſub Rot.Flor.deciſ.144.quæ diſtinctio etiam conuenit, quando di-
2 ctum eſſet † (& conditione vel cum hoc pacto,& conditione)Bart.conſ.4. numero 1.& 2.lib.1.Burſat. conſil.221. numero 28. Illam verò clauſulam (& hoc) multimodè expendit percelebris I.C.D.Manent.conſil.54.conclu-
3 dendo † quod deſignet cauſam finalem præambulæ diſpoſitionis Torniel. conſilio 4. numero 31.prout motiuum finale, ſeu ſaltem impulſiuum
4 importare † clauſulam (ad hoc) admonet Clariſſimus I.C.D.meus Bim. conſilio 303.num.25.volum.4 citrà tamen extenſionem, vel ampliationem diſpoſitionis alioqui limitatæ, veluti quando præcederet diſpoſitio Fiſci excluſiua in caſu delicti, mox adiecta deprehenditur ratio perpetuę conſeruationis bonorum in familia teſtantis per dicta verba, ſcilicet (ad hoc) vel (& hoc) nam idcirco remanet inductum fideicommiſſum generale pro omnibus de familia contemplata, ſeu vocata in dicto caſu,quicquid in contrarium reſpon.Menoch.conſilio 484. ſic nanque protulit contra illos de familia. Rim.Iun. conſilio 60.3 numero 31.& 84.cum ſeq. nouiſſimè Cagnol. deciſione 12. & prudenter Bardel. conſilio 99.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Cum iuribus,&c.operatur, quoad competentes tempore venditionis non vt noua videatur impoſita.*

2 *Semen mutuatum colono, an debeatur emptori fundi cum pertinentiis, &c.*

3 *Quid in legatario feudi.*

4 *Semen proiectum,vel paratum ad finem ſeminandi debetur emptori,vel legatario fundi.*

## CLAVSVLA 258.

### *Cum iuribus,commodis, & pertinentiis.*

DE hac clauſula,quæ† operatur,etiam quoad ſeruitutes competentes venditori tempore venditio- 1
nis,non etiam,quod noua ſeruitus videatur impoſita. Surd. conſilio 7 numero 11. loquitur. Pract. Papienſ. in form.libell.in action.Reali.verſ. cum pertinentiis. Gabr. ſuis communibus tit.de verb ſignif.concl.10.Hieronym. de Monte tract.fin. Reg. capit.80. & 90.Cran.conſilio 480. & 895.Berraz. clauſula 26.Gloſſ.13.numero 2 & ſeq. tract de clau.& vero † ſemen mutua- 2
tum colono non debetur emptori fundi, cum pertinentiis,niſi aliud nominatim actum ſit,ſicuti †, nec debe- 3
tur legatario fundi cum pertinentiis, ſecus † in ſemine iam proiecto, vel in 4
frumento ad finem ſeminandi parato, & expoſito,Natta conſilio 243.numero 1.Surd deciſ.201.quaſi d. ſemen ſit dos fuit d.l.2.§. dotes ff. de fund. inſtruct. & apud nos tract. de remed. ſubſid præſud.1.numero 7.

*Io Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *(Cum iuribus ſeu dotalibus) & ad quæ*

*iura referuntur.*

2 *Quid in ſchelpa de qua in decret.21. poſt ſtatuta Papiæ, & Stat.Med.par.1. cap.30.*

3 *Quid in iocalibus, & alijs ornamentis.*

* CLAVSVLA 239.

*Cum iuribus ſuis dotalibus.*

1 SCilicet prælationis† in quibuſdam caſibus,& retentionis, iuxtà traditionem Rip. in l.priuilegia. ff. de priuileg.cred.& prætereà ad augmentum monetæ, ſi dos eſt in pecunia, vel in ſpecie æſtimata ad tertium plus, quod conficit ſumma librarum quinquaginta imper.ex ſtatuto Papienſi ad antifatum vulgo augmentum dotis legitimè conſtitutum,& ad alimenta prędicta præmoriente viro, non etiam †

2 ad ſchelpam,cuius meminit decretum 21.poſt ſtatuta Ticinentia,& ſtatutum Med.part.1.cap.30. cum vendicentur iure dominij inſtar paraſernalium,cuiuſmodi ſunt cophani dati per patrem filiæ cum mobilibus inæſtimatis vltra dotem conſuetudine regionis, & iuxta conditionem perſonarum. Rol. à Vall.de lucr.dot.q.50. Curt.Iun.conſ. 129. Anan. conſilio 36. Ruin.conſilio

3 44.volum.2 ſic† quoad iocalia,& ornamenta, iuxta tamen diſtinctionem Clar.in §.donatio.quæſt.10.Surd. deciſione 166. & Honded. conſil.30. libro 2.

*Io.Bap Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Locator prædij cum iure,&c.non obligatur niſi ſi, & quatenus pratis debeantur aquæ.*

2 *(Cum) dictio quam ſignificationem habeat.*

3 *(Iuxta ſolitum) quid denotent.*

4 *Concedere non præſumitur quis niſi ius quod habet.*

* CLAVSVLA 240.

*Cum iure, & iuriſdictione aquarum iuxta ſolitum.*

QVandoque vtuntur huiuſmodi verbis locatores pratorum (cum iure, & iuriſdictione aquarum iuxta ſolitum) † quo caſu quæri ſolet, an 1
præcisè debeantur aquæ,an vero ſi,& quatenus pratis debeantur, quia forte per plures annos iis vti nequiuerit locator: namque viſus eſt concedere prout erat, & prout apud ipſum locatorem futura fuiſſet l.alienatio. ff. de contrahend. empt.maximè, quia illa dictio (cum)† habet ſignificationem 2
acceſſoriam,quando ipſa res ſolet eſſe acceſſoria ad aliam l.1.vbi Bartol.ff.de pecul.leg. ſenſus enim eſt, quod non ſunt promiſſæ aquæ principaliter,ſed fuerunt locata prata cum ſuo iure aquarum,ſcilicet, † ſi quod habent, vt 3
etiam denotant illa verba iuxta ſolitum. Bart.in extrauag.ad reprimen. in verbo prout. Dec.conſ.63.colum.3, & in dubio † nemo cenſetur concedere 4
niſi ius quod habet.l. qui tabernas.ff. de contrahend.empt. Dec.conſil.292. colum.2. Alb. conſilio 188.numero 19. & in conſilio 351. numero 6.cum ſeqq.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Bucchellus debet plantari ſumptu extrahentis aquam ad dictamen periti.*

2 *Ius reale non competit illi qui habet ius faciendi bucchellum.*

3 *Purgationes tenetur Dominus facere pro deriuatione aquarum ad præſcriptum bucchellum, alioquin tenetur ad omnia damna,& intereſſe.*

CLAVSVLA 241.

*Cum iure plantandi Bucchellum, & extrahendi aquas vſque ad quantitatem vnciarum quatuor.*

Hoc

1 HOc ius incipit à loco Bucchelli deſignato,cuius plantatio † fieri debet ſumptum extrahentis aquam ad dictamen periti l.ſuo victu ff.de oper.liber. Natt. conſilio 93. nu-
2 mero 3.nec indè † inferri poteſt: quod habenti ius faciẽdi Bucchellum competat ius reale in riuo,ſeu (vt aiunt) in rugia.Alciat.conſilio 27.& 60.libro 5. Menoch.de retin.poſſ.remed.7.num. 34.ac conſilio 1120. numero 16.lib.12.
3 quam ob cauſam † Dominus riui tenetur opportunas purgationes adhibere pro deriuatione aquarum ad prę-ſcriptum Bucchellum. Caualc. deciſ. 32.num.116 par.2. Botta conſil.92. ita vt ſtatis temporibus,& horis (quatenus non ſint promiſſæ perennes aquę,)inſeruiant prædio dominanti: alioqui in ea eſt naui,quam regunt non tradentes aquas permiſſas cum omnium damnorum integra refect. Bellon conſilio 21 Burſ. conſilio 194.vol. 2.& Alb.conſ.268.

*Io.Bapt.Coſta,*

SVMMARIA.

1 *Adminiſtrator,ſeu procurator conſtitutus per hæc verba poteſt ea omnia, quæ principalis.*

2 *Et cum libera,&c. transfert in procuratorem omnem principalis poteſtatem.*

3 *Procurator ad lites differt,à procuratore cum libera.*

4 *Quid ſi in mandato ad lites dicta clauſula eſſet adiecta, non ſoli inſtantiæ ſed etiam cauſæ.*

5 *Ita tamen habet vim ſpecialis mandati de per ſe, omnia illa quæ dominus præſens facere poſſet,quanam poſſit.*

6 *Procurator conſtitutus cum clauſula quod poſſit.*

7 *Ita tamen clauſulæ in mandatis plures effectus.*

8 *Mandatum in omnem caſum in primis edi debet,alias non operatur.*

9 *Mandatum cum dicta clauſula ad quæ non extendatur?*

CLAVSVLA 242.

*Cum libera poteſtate, vel generali adminiſtratione.*

CLauſula cum libera,vel à lege,vel ab homine conceſſa † dat facul- 1
tatem tranſigendi, & omnia faciendi, quæ ipſemet principalis, quaſi omnis
poteſtas † tunc fuerit tranſlata in ad- 2
miniſtratorem Steph. Grat. Roman. diſcept.foren.cap.196. num.13. quicquid aliud ſit quando dicta clauſula ponitur in † procuratore dato ad lites,
quaſi tunc reſtringatur ſolum ad ad- 3
miniſtrationem litis, & inſtantiæ, non cauſæ,quo caſu non eſſet licita tranſactio,liberatio,obligatio, remiſſio, aut quid ſimile in præiudicium mandan-
tis : vt ibi numero 14.dummodo † ex 4
verbis mandati non appareret, quod dicta clauſula eſſet poſita etiam cauſæ non ſoli inſtantiæ,vt ibi numero 15.ex Soarez Bald.&aliis.

Addo quod habet cum † ſpecialis 5
mandati de per ſe, & etiam alia clau-
ſula, † vt poſſit procurator facere o- 6
mnia illa quæ dominus præſens facere poſſet, quinimò procurator ſic conſtitutus poterit paciſci cum debitoribus, & facere quietationes, & fidem facere de debitis,vendere,alienare,& concedere rem ſub annuo redditu,Gutierez de iuram.confirmat part.1. capite 50. numero 13.

Rurſus clauſula † ſolita apponi in 7
mandatis,& quæ multum operatur etiam inquirẽtibus ſpeciale mandatum l procurator cum libera de procurat. cap.qui ad agendum in fin. eodem tit. in 6.Steph.Gratian.Roman.deciſion. Marchiæ 79.numero 1.& idem operatur, ac ſi dictum eſſet, prout ipſe conſtituens faceret. Grat. ibi numero 2.ſi forte appoſita non ſit in inſtrumentis mandatorum vniuerſitatis, quod quidem mandatum cum libera,quia non

minus operatur, quam ſpeciale mandatum, dici debet ſufficiens præceſſiſſe mandatum, ita Dec. conſil. 65. numero octauo, & numero 9. dummodo
8 tamen in omnem caſum† de mandati exiſtentia appareat, alias non entis nullæ darentur qualitates l. non omnes ff. ſi cert. pet. & dicto loco Decian. numero 54. id etiam circunfertur de
9 dicta clauſula † vt per eam non includatur facultas donãdi, prout, & quodnam poſſit operari renunciationem inſtantię, neque quod poſſit liti & cauſæ renuntiare, quod ſit conſtitutus mandatarius cum dicta clauſula. Grat. bi num. 6. & 7. imo nec etiam prælatus, qui habet adminiſtrationem cum libera, poterit renuntiare appellationi in præiudicium Eccleſiæ, & multo minus renuntiare rei iudicatę, ratio eſt, donare d. l. ſi quis delegauerit ff. de nouat. maxime quando renuntiaret ſine cauſa. Grat. ibi num. 8.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Inueſtituram ad corpus factam: vel ad menſuram vnde colligatur.*

2 *Inueſtituram ad corpus factam non recipere incrementum: nec decrementum ex maiori, vel minori numero perticatus.*

## CLAVSVLA 243.

*C[illegible] omnibus, & ſingulis, quæ contra dictos confines continentur.*

SVppeditant hæc verba inueſtituram eſſe factam † ad corpus non
1 etiam ad menſuram. Alexand. conſil. 8. numero 8. vol 4. Cabal conſilio 165. numero 7. ea propter non augetur nec minuitur canon in emphyteuſi, nec penſio in locatione, nec pretium
2 in venditione † ſi minor, vel amplior comperiatur vigario, quam ſit enuntiatum. Surd. plene decil. 64. Curt. iun. conſilio 224. Fachin. libro 2. capite 27. controuerſ. iur. & apud nos de rata quæſtio 35. Venetæ editionis: Nec locatio ante menſurationem poteſt dici conditionalis: quicquid ſit in venditione quod periculum interitus: quatenus aliud nominatim non ſit actum: Cephal. abunde conſilio 36 preſertim numero 21 & 22. vbi ſubiungit modum cognoſcendi menſuram requiri ad ſubſtantiam, vel ad declarationem.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cum primum clericali charactere, importat conditionem.*

2 *Conſenſus conditionalis cum clauſula, non aliter, ante purificationem non aufert ius à conſentiente.*

3 *Penſio non dicitur tranſlata ante conditionis euentum.*

## CLAVSVLA 244.

*Cum primum clericali charactere, &c.*

HAbentes facultatem transferendi penſionem, interdum conſueuerunt transferre in laicum qui regulariter capax illius non exiſtit, ideo hanc clauſulam vt ſoliti ſunt, quæ conditionem † importat, nam conſentit tranſ- 1
lationi penſionis, cum primum clericali charactere inſignitus fuerit, ideo conſenſus conditionalis eſt, Gabr. in conſilio 185 & in conſilio 186 num. 11. volum. 1. & ſi appoſuerit clauſulam, & non aliter, † perinde eſt, ac ſi conſen- 2
ſus datus non fuiſſet, Bald. in l. ſi quidem, C. de exceptionibus, & in Authent. ingreſſi, numero 7 C. de ſacroſanct. Eccleſiis: ideo ante conditionis euentum, † ius penſionis tranſlatum 3
dici non poteſt, §. ex conditionali, inſtit. de verb. oblig. ergo remanet penes tranſ-

transferentem, ergo ipſe interim penſionem exigere poteſt, ita vt penſiones exactę reſtitui non debeant, & hanc ſententiam probat Pariſ. in tract. de reſignat. libro 4. quæſt. 2. nu. 55.

SVMMARIA.

1 *Locatio dicitur vſuraria quando mutuum dat cauſam contractui vnde rationes pecuniæ numeratæ oritur commodum numeranti non ſolito negotiari.*

2 *Conductor præſumitur ſuſpectus de vſuraria prauitate, quando non eſt ſolitus negotiari, & percipit commodum ex anticipata ſolutione.*

3 *Contractus vt præſumatur vſurarius quænam faciant.*

4 *Vſufructuaria non tranſmittit etiam ad ſuos hæredes honorantias deductas in contractum locationis, neque etiam pro rata parte, & cur, numero 5*

6 *Appendices debentur iuxta ſolitam præſtationem aliorum conductorum, quando de iis nil fuit expreſſum.*

* CLAVSVLA 245.

*Cum appendiciis, & honorantiis.*

CAueant quæſo: iterum, caueant, locatores, & domini prædiorum ne onerare ſtudent colonos, aut conductores ad præſtationem huiuſmodi emolumentorum prætextu adiutorij dati in limine locationis vulgo, ſcorta, quia † quando mutuum dat cauſam contractui, vnde ratione pecuniæ numeratæ aſſurgit commodum numeranti non ſolito negotiari, locatio dicitur vſuraria. Curt. iun. in l. 2 § 1. numero 21 ff. ſi cert. pet. Abb. conſilio 15 vol. 1. Rom. conſil. 423. Gemin. conſilio 16. Caroc. de locat. part. 2. titul. de vſur. paruæ editionis ſicuti præſumitur † contra conductorem pariter non ſolitum negotiari, quando ſentit cōmodum ex anticipata ſolutione. Caualc. deciſione 32. num. 57 & ſeq. parte 2. niſi penſio alias foret iuſta. Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 2. Summa Armen. in verſ. vſura cap. 12. Molin. de iuſt. & iur. diſput 501. Farin. deciſ. 119. ſed concurrentibus his duobus: † nimirum, quod mutuum dederit cauſam contractui, & quod penſio ſit incongrua, ac iniuſta, contractus reputatur vſurarius, vt ex Couar. Nauar. Sot. Rebell. & aliis concludit Maſtrill. deciſione 106. part. 2. nec poſſum hinc deſcendere, quin præmonitum intelligam beneuolum lectorem de huiuſmodi honorantiis deductis in locationem factam per vſufructuariam † quæ deſierit eſſe in humanis rebus, antequam ceſſerit dies deſtinata præſtationi illarum, vt non tranſmittat earum ne quidem ratam partem ad ſuos hæredes, † cum in iſtis non ſit conſiderabilis vtilitas horatim, vel dietim vt in puncto obſeruauit. Peregr. deciſ. 40. nec reperitur forte alibi tactum. Cæterum debentur † appendices iuxta ſolitam preſtationem aliorum conductorum, quando de iis nil foret expreſſum. Bart. in l. domini prædiorum C. de Agricol. & cenſit. libro 11. Scot. conſil. 18. lib. 1 tom. 1.

*Io Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Cridarum emptionalium beneficium quale ſit.*

2 *A ſententia lata in cauſis cridarum non datur appellatio.*

3 *Cridarum in cauſis non datur reſtitutio in integrum.*

CLAVSVLA 246.

*Cum beneficio cridarum.*

DE vi pacti appoſiti in contractu ad fauorem acquiſitoris vt valeat vti beneficio proclamatum, loquitur Socin. Sen. conſilio 170. vol. 2. Iaſ. conſil. 117. vol. 1. Burſat. conſ. 66. vol. 1. Cæphal. conſil. 29. Curt. iun. conſ. 74.

quare in caſu contradictionis modo valida ſit,alias non releuat. Alb.conſ.
1 443.venditor † vel liberare debet bona à moleſtia, vel emptori ſit poteſtas ſe eximendi ſatisfaciendo contradictoribus, ſed expectata ſententia Al-
2 ciat. conſ. 12. lib. 6. à qua neutiquam appellatur. Gallia conſ. 30. apud nos conſ. 72. lib. 1. imò difficulter admo-
3 dum † conceditur reſtitutio in integrum aduerſus cridas emptionales, & Fiſcales,id eſt aduerſus omiſſam contradictionem,de quo argumento agit Odd. alias collega meus tract. de reſtit.in integ.quæſt.72.n.16.Valle conſ. 72.num.45.& ſeq.lib.3.Peregr. de iur. fiſc. lib.5.tit.1.num.201.Plot.in indice ad l.ſi quando ſuper decret. Med.de Don.ad crid. ponend. verſ. decretum inquit. Interim vero currit inter vſurariū fructuum per emptorem perceptorum recompenſatiuum veluti de iure tenetur emptor, non obſtante venditoris qui iam tradidit remin adimplemento. Gabr. in ſuis communibus.tit.de emp.& vend. concluſ. 4. n.9.& Hond.conſ.30.vol.1.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA

1 *Clauſula cum pactis vtilibus operatur, vt conſtitutū omiſſum poſſit ſuppleri maxime ſi ſolitum ſit apponi,& conſuetudo ſit vniformis.*

2 *Conſtituti Clauſulæ effectus.*

* CLAVSVLA 247.

*Cum pactis vtilibus.*

VSque adeo extenditur hæc clauſula conciſa ad fauorem emptoris ſecundum communem ſtylum no-
1 tariorum, vt † conſtitutum omiſſum poſſit ſuppleri maxime ſi ſolitum ſit apponi,quia vtile exponitur pro conſueto. Gab. ſuis communibus tit. de conſuet. concl.3.num.12. Neuiz. conſ. 28. Cioffius conſ.89.nu.3.lib.1.in puncto Papon.conſ.85.nu.47. dummodo conſuetudo ſit vniformis Gabr. conſ. 67.nu.15.vol.2. vnde manant effectus inſignes,& potiſſimum,† clauſula cō- 2
ſtituti operatur manutentionem,ſuſtinet iudicium perinde intentatum via executiua ſine preambula excuſſione, ob interuentionem poſſeſſionis factam per conſtituentem poteſt conſtitutarius veluti ſpoliatus ſua poſſeſſione agere ad recuperandam poſſeſſionem etiam remedio reintegratorio contra bonæ fidei poſſeſſorem, ac obtinere aſſociationem ob exercitium propriæ auctoritatis ſibi competentis, veluti primam Theſim. probat Dec. conſ. 400.nu.9.ac declarat Stephan. Grat. Rom.diſcept.forenſ.cap.113.nu.71. de ſecundo dicto eſt locus apud Ang. in l.exitus ff.de acquir.poſſeſſ.Steph.Gratian.Rom.diſcept.forenſ.cap.38.nu. 8. Alex. in conſ.83. & 85.lib.6. Theſaur. dec.53.& 215.De tertio agit Pacia.cōſ. 161.num.37.cum ſeq. Theſaur. dec.29. Turret.conſ.18 lib.1. Gutierez. lib.1. Canon.q. cap. 34. Vltimam poſitionem firmat Gabr. conſilio 51. num. 6.volum. 1. Viuius dec. 44. lib. 1. Aldou.conſ.56.n.23.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Pactum liberandi per contracambium æquiualens, valet & reddit inueſtituram impropriam.*

2 *Inueſtitura facta cum pacto liberandi &c. ad quos tranſeat.*

*Pactum liberandi,ſeu francandi, quando repellat emphyteutam.*

3 *Cambium æquiualens quodnam dicatur?*

4 *Pactum liberandi bona ab oneribus an adaugeat æſtimationem bonorum tali pacto venditorum?*

CLAVSVLA 248. *

*Cum pacto liberandi per contracambium æquiualens.*

VAlidum eſſe hoc pactum, quod aliquando reperitur adiectum † 1
inue-

inueſtituræ emphytheoricę bonorum Eccleſię:vel laici,probant Alciat.conſ. 3 & 34.lib.1.Burſat.conſ 253.vol.3.Cęphal.conſ.43.& nouiſſime Bardellon. conſ. 64. col.vlt. vſque adeo, vt ex vi huius pacti emphyteuſis dicatur abuſiua,degenerans & impropria, idcirco
2 tranſeat † etiam ad legitimatos,ad fœminas,& ad incapaces ſine eorum culpa. Quin amplius emphytheota allegás francationem,& liberationem,inducens ad hoc ſolutionis ceſſationem per curſum annorum triginta exauditur concurrente pacto deliberãdo,ſeu de francando,ſecus ceſſante pacto fiãcandi ob malam fidem emphytheotæ obſtantem eidem ab initio, quamuis non pauci diſſentiant, & iam quando non pręcederet huiuſmodi conuentio Teſſaur.dec.114. & 139. Fachin. lib.8. controuerſ.iur.cap.99.Peregr.conſ.81. n.5.vol 2.Trentacinq.var.reſol.de iur. emphyt.lib.3.reſol.4 n.24. Corbul.de iur.emphyt.tit.vlt.limitat.31. Porro cãbium æquiualens † intelligitur, quod
3 habet ęquales effectus. Rimin. iun. conſ.27.n.57.vol.1. & eſt eiuſdem valoris,tam ratione redditus,quam proprietatis, cuius eſt emphytheuticum tempore conuentionis, non etiam liberationis, vt probat doctus Manent. tract. de liuell. quæſtio 4. numero 18.cum ſeqq. & ampl. Menoch. conſ. 1197.vol.2.vbi impugnat dec Borgn. 37. p. 2. concludens ſufficiens aſſignationem proprietatis minoris pretij, modo ex ea percipiatur liuellus,niſi aliter ſuppeditarent, quæ diligenter ſunt conſideranda pro intellectione æquiualentiæ, & temporis quodnam ſit attendendum,ſcilicet, vel conuentionis, vel liberationis.Quod ſi agatur
4 † de pacto liberandi bona ab oneribus admonet Rot.Rom. dec 181.par. 1 in nouiſſ.tale pactum minime adaugere æſtimationem bonorum ſic venditorum. *Io.Bapt.Coſta*

SVMMARIA.

1 *Conuentio his verbis concepta ad qua cambia referatur.*

2 *Stipulator cum hac clauſula ſibi prouidens debet probare neceßitatem accipiendi cambia, & recambia, alias non conſequitur à debitore.*

* CLAVSVLA 249.

*Cum facultate, & licentia capiendi pecunias ad cambia,& recambia &c.*

DE vi huius licentiæ diximus in praxi noſtra conuentionali ſub num. 376. Addimus nunc conſilium Menoch.1181.Bottæ 59.diſputantis de valore huius pacti, & conſ. Becij. 213. nu.55. vſque ad fin. vol.2. vbi refert, coniecturas quibus detegitur cambium ſiccum,& ſimulatum,† ad quod 1
rectà tendit huiuſmodi conuentio,ibique expendit Sacroſanctam conſtitutionem Pij V.Pontificis Maximi anno 1571.quinto Calend. Februarij ſuper cambijs, & ſuper his conuentionibus 2
promulgatam vltra neceſſitatis impulſum probandæ ab habente huiuſmodi licentiam, alioqui damnum vti affectatum non eſt conſiderabile. Addo Bardellon.conſ. 86.num.3.& 4. vbi plurimos citat.& nu.6.agit de præmonitione in cambijs omnino neceſſaria. *Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula cum fideiuſſore euictionis operatur, vt preſtanda ſit huiuſmodi cautio etiam in caſibus in quibus non teneretur huiuſmodi cautionem preſtare.*

2 *Fideiuſſor euictionis quando dandus vbi non eſt addita clauſula cum fideiuſſore euictionis, & qualis ſit dandus, numero tertio.*

4 *Emptor cui tradita eſt res non facit fructus ſuos ſine recompenſa conuenti interesse, etiamſi venditor non dederit fideiuſſorem euictionis ſecun-*

*dum legem contractus.*

5 *Fideiuſſor euictionis habet electionem in rem euictam, vel intereſſe ſoluendi.*

6 *Nou.Conſtit. Mediolani in tit. de bonis ad cridas ponendis §. non præiudicant & §. habentes intellectus.*

7 *Euictioni, an, & quando locus ſit.*

CLAVSVLA 250.

*Cum fideiuſſione euictionis.*

Siue immineat periculum euictio-
nis, ſiue non præſtari oportet hanc
1 cautionem, † alioqui ſine pactione
ſpeciali non præſtandam, niſi liqueat
2 de periculo euictionis in limine con-
tractus, ſcilicet, quando pretium non
eſt ſolutum, & lis pro omni lite, etiam
ſi venditor ſit locupletiſſimus, l. ſi poſt
perfectam, vbi Glo. Bart. Alberic. O-
dof. & Salyc. C. de euict. Glo. in l. ſi
cum fundum, ff de verb. ſign. Surd.
conſ. 36. nu. 14. cum ſeq. vol. 1. & deciſ.
295. Niſi liqueat de calumnia litis ſic
more, vel forſan affectatæ, aut auctor
litis habeat ſolum ius conditionale.
Alex. conſ. 65. nu. 2. vol. 5. Surd d. nu.
14. ſicuti non iuuant ſequeſtra men-
dicata. Caroc. deciſ. 96 nu. 3. cum ſeq.
3 Porro fideiuſſor † euictionis datus
eſt idoneus ad formam l. fideiuſſor e-
uictionis, ff de dol. mal. except. expen-
dit Pariſ. conſ. 111. vol. 4. nec interim
emptor, cui tradita eſt res, facit præci-
puos fructus ſine recompenſa con-
4 uenti † intereſſe, etiam quod venditor
non impleuerit opportune contractũ
dãdo fideiuſſorem ex æquitatis dicta-
mine, de qua in l. curabit C. de act.
empt. Alex. conſ. 147. nu 3. vol. 5. Soc.
Sen. conſ. 88. lib. 4. Gabr. ſuis commu-
nibus tit. de empt. & vend. concl. 4. n.
9. Alb. conſ. 193. Surd. conſ. 101 nu. 23.
cum ſequ. Hondæd. conſ. 30. n 16. cum
ſeqq. volum. 1 Fachin. lib. 2. contro-
uerſ. iur. cap. 32. Hic præterea fideiuſſor
euictionis habet electionem in rem e-
uictam, vel intereſſe ſoluendi: veluti
ad mentem Bartoli cauit Fachin. conſ.
26. num. 2. lib 3. Et poſtquam incidit
ſermo in euictionis caſum, meminiſſe
opportet eum eſſe exceptum à Nouis
Conſtitutionibus tit. de bonis ad cri-
das ponen.

Et poſtquam incidit ſermo in eui-
ctionis caſum, meminiſſe oportet eum
eſſe exceptum, Nouiſ. Conſtitutioni-
bus † tit de bon. ad crid. ponend. § non 6
præiudicant, & §. habentes. Nimirum
proclamata emptionalia, ſiſcaliave
non nocere creditoribus habentibus
ius reale, poſtea euictis aliquibus bo-
nis ex obligatis ſibi, ſiue ſciuerit, ſiue
ignorauerit contradictiones, & præ-
tenſiones aliorum ſuper bonis etiam
ſibi prius obligatis. Cotta ſuis memo-
rabilibus, verſic. Statuto, ſeu decreto
Med. cauetur, Alciat. conſ. 7 lib. 2. &
Plot. in indice ad l ſi quando in littera
Decretum Mediol. de bon. ad crid.
ponend. verſ. Decretum excludens C.
vnde vi. Id quod nos ſi placet ſic inter-
pretaremur ſcilicet vt procedat quoad
conſecutionem pretij cum damnis in-
tereſſe, & expenſis contra poſſeſſorem
bonorum obligatorũ in quibus cridæ
non præiudicant ex vi dicti decreti, ta-
metſi Tatius, & conſultius eſſet vt fie-
ret contradictio opportune teſte Curt.
Iun in l. prima nu. 78. ff ſi cert. pet. non
autem perdurat ius quoad contractus
reſciſionem, vel quoad liberandam rẽ
emptam, quã do comparata eſt vt eſſet
libera, quia cum poſſet agi quoad hæc
capita ante euictionem habita ſcientia
iurium in bonis per alios prætenſorum.
Marz conſ 57. n. 14 Surd. deciſ. 253 n.
10. Oſaſch. deciſ. 24. Stephan Grat.
Rom. deciſ. Marchię 13. num. 18. cum
ſeqq. Et diſcept. forenſ c. 175. nu. 20. &
deinceps. Inculpandum eſt non con-
tradicenti, quę ratio non militat in
caſu recuperationis pretij Intereſſe, &
expẽſarũ, quia † euictio requirit actua- 7
lẽ rei ablationẽ, ita vt nõ ſufficiat ſen-
tentia

tentia, Beninten.deciſ.25.Caroc.deciſ. 36.num.26.Magon.ſub Rot. Florent. deciſ. 93. Theſaur. deciſ. 85. Vrſil. ad Affl.deciſ.241.& Fabius de Anna.conſil 15.l.1.Ideo nihil eſt quod imputetur non contradicenti, conſequenter inde non patitur iacturam iuris ſui per regulam vulgatam non valenti agere non currit præſcriptio, niſi ſit talis qui poſſet remouere impedimentum. l.1.§.vlt.C.de annal.except.Fel.in c.ex tranſmiſſa col 1. de reſcript. Bald.conſil.342.num.3 & ſeqq. vol. 1. Iaſ. in §. rurſus num. 24. inſtit. de actio. Surd. deciſ.151. num. 4. Peregrin. de fideicommiſſ.art.51.numero17.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Menſura quando ſit explicanda citatis conſortibus prædij.*

2 *Menſuræ tempus præfinitum quale ſit.*

3 *Menſuræ calculum quę ingrediantur.*

4 *Terrarum inutile, quando comprehendatur in venditione, vel in locatione.*

* CLAVSVLA 251.

*Cum pacto menſurationis.*

QVa ratione non ſit poteſtas venditori agendi ad pretium non probato implemento menſuræ conuentæ, quando venditio eſt facta ad menſuram, cum ex natura, & proprietate verborum menſuratio præcedat pretij ſatisfactionem: l. ſi ff. de reſcin.vendit. Dec. conſil. 452. Burſat. conſ.184.n.56.vol.2.Imo nec ſufficere menſuratio ſimpliciter facta, quando eſſet conuentum de menſura fienda citatis legitime contrahentibus,† 1 quia non eſt ſeruata lex dicata in contractu: Eadem ratione non poteſt arctari conductor ad penſionem præſtandam ante menſuram faciendam communibus expenſis, niſi aliud actum ſit.Neuiz.conſil.38.nu.8.Et quidem ſecundum lecum contractus, id eſt, vbi factam eſſe conſtat conuentionem: non etiam inſtrumentum niſi aliud iubeat conſuetudo, vel pactum. Steph.Gratian.Roman. diſcept. foreſ. cap.12.num.19.cum ſeqq. ita tamen † 2 quod ſi fluxit annus, nec locator ſit in mora, non poſſit conductor diffugere ſolutionem penſionis iuxta veriſimilem quantitatem terrarum ſibi locatarum, vt obſeruatur in contractu emptionis, in quo ſi dictum ſit, quod prędium debeat menſurari, poſt lapſum anni, emptor, niſi ſit minor non auditur: ſecus ſi locatio, aut venditio ſit facta ad menſuram iuxta diſtinctionem, Surd.deciſ. 64.& deciſione 257.Gabr.conſil. 64. vol. 2.tunc enim decurſo ſpatio 60. dierum non poteſt de rigore iuris prætendi alia menſura quam enunciata. l. quod ſi nolit.§. ſi quid ita ff.de ædili edict. Caph. conſ. 36.Surd.conſ. 366. num. 18.cum ſeqq. Bim.conſ.148.vol. 2.Plot.conſ. 55. & 56.atque Theſaur. dec. 185. vbi notat quod in venditionibus aliquando conceditur ſpatium 30. annorum ad poſtulandam menſurę explicationem, quando actum eſt, quod menſura fiat ad omnem partis requiſitionem, quandoque porrò calculum menſurationis ingrediuntur † Ripæ: foſſę fundi cau- 3 ſa factæ, haſta rugiæ, viæ vicinales.l.litterata ff.de contra.hered.accept. Barto.in l.pact.ff.de imp. in reb.dot.fact. Menoch.conſil.1191. & pręterea terræ non omninò inutiles, ſed quæ potentia ſunt in aliquo fructu. Gallia. conſ. 23. num. 20. interdum verò etiam † 4 prorſus inutiles terræ includuntur tribus concurrentibus, ſcilicet, ſcientia conductoris, quod ſit modica pars terrarum inutilium actu, & potentia, & quod in ſcriptura locationis ſit inſerta illa vulgaris clauſula (vna pertica cum alia computata, & alia aliam adiuuãte) quia intelligitur quoad fructus. Henriquez.in ſuo opuſculo ſigo.21. opuſculo 7.poſt conſilia aliàs dicta verba ſuperfluerent contra tradita cumulatè

per Surd.conſ. 34 lib. 1. Vnde lactatur prouerbium illud: cum obſonio Mantiſſa datur.

Præcipuè verò ex Alex. conſ.120. num.11.vol.2. vbi quando venditio fit ad menſuram, ita debet menſurari, malum terrenum; ſicut bonum. Addo.Burſ.conſil.11.numer.27.& 30 vbi imputandum eſt conducenti prædia ſubiecta aquis, vel aliter infertilia, ſeu ſterilia, ita vt nec audiatur prętendens remiſſionem, aut defalcationem, quaſi non ſint comprehenſæ in locatione: data tamen facultate illis vtendi, eo modo, quo poteſt. Soc. Sen.conſ.103. num.2.vol 4.& Bur.d.loco numer.14. optimę Theſ.Iun.q.47 lib.2.q.forenſ. Nec omitterem quatuor caſus qui leguntur apud Caroc.deciſ.3 num.14.in quibus contractus ad menſuram alioqui conditionalis habetur pro puro. Alioquin longè diuerſa ratio debet haberi ſi damnum eſſet irreparabile, vel quando reſpiceret ſubſtantiam rei, etiam ſi periculum potuiſſet præuideri Bald.& alij citati per Surd.conſilio 400. numero vigeſimo quinto, copioſe apud nos, conſilio trigeſimo tomo primo.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Pactum reſeruationis Dominij donec,&c. quare valeat?*

2 *Venditio cum reſeruatione Dominij, donec,&c.eſt pura.*

3 *Venditio de qua ſupra 4. operatur effectus.*

4 *Reſeruatio Dominij ad cautionem venditoris inuenta.*

5 *Reſeruatio Dominij an iuuet emphyteutam alienantem,& tradentem quominus cadat.*

* CLAVSVLA 252.

*Cum reſeruatione Dominij donec pretium ſit ſolutum.*

1 PEndet validitas huius pacti, à contextu † in l.cum manu ſata §. vltim.ff. de contrah.empt.& vendit.& in l.ſi Titius ff. de ſeruis export. quia, niſi ſub conditione & ad tempus eſſet conceptum: eſſet abſolute nullum tamquam contra ſubſtantialia contractus.Dec.conſil.440.Abb.conſil.667. lib.1. præclarè Ioſeph Seſsè deciſ. Arag.42.num.14.& num.15. Surd.deciſ. 157. caute nanque agit venditor, ſi ita conueniat cum acquiſitore, & vere † 3 pura eſt venditio, quamuis translatum non ſit Dominium, nec propterea huiuſmodi reſeruatio reddit contractum conditionalem. Didac.var. reſol.lib.3. cap.11.nu.6 Tiraq. de retract. Lignag. § 1.gl.2.num.39. Afflict.deciſ.338. Magon.ſub Rot.Florent.dec.92.num.12. cum ſeq. & ſub Rot. Lucenſ. dec. 31. Franc Marc.deciſ.452 par.2. luculenter Stephan. Gratian. Roman. deciſ. Marchiæ. 13. cum adductis per nos in commentariis ad l.filius familias § Diuinum 260 ff. de leg.primo, vbi inſuper notauimus † quadruplicem effe- 4 ctum inde reſultantem, ſcilicet, impedimentum alienationis per emptorem interdictæ, ſubiectionis hypothecæ ad fauorem creditorum ſic acquirentis, maxime ſtante conſtituto etiam quoad dotem vxoris emptoris additio: ad Alex. in l ſi cum dotem §. fin. ff.ſol.mat. Nec ſi reſeruans Dominium rei venditæ tenetur ad collectas, nec onera ſuſtinet, ſed illarum ſolutio pertinet ad poſſeſſorem. Dec. conſil.312 neque emptor, qui interim dum pretium ſoluitur, licite præſtat interuſuria recompenſatiua iuxta æquiſſimam conſtitutionem l.curabit.C.de act.empt.Soc.Sen. conſilio 130. vol.4. poteſt ob caſum fortuitum, quicunque is ſit prętendere remiſſionem pecuniariæ prętationis loco fructuum. Alexand.conſilio 121.in prin. lib. 5. Illuſtriſſimus Cardin. Tuſcus, littera C. conſilio 615.numer. 34. practicab.iuris cõcluſionib.Et in effectu hęc reſeruatio ſit

tio ſit ad cautionē venditoris, ideo nō debet in eius detrimentum reflecti, Bardell. conſil. 23. columna ſecunda, & columna tertia vbi excipit caſum, quando emphyteuta rem alienat, & tradit, reſeruato Dominio, quia contractus non tenet, & ſit locus caducitati, atque deuolutioni.

*Io. Bapt. coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula (cum reſeruatione iurium) intelligitur ſi competat ius reſeruanti.*

2 *Donatio, vel ceſſio non iuuat niſi conſtet de iure actoris.*

3 *Reſeruatio nihil de nouo dat, ſed potius id quod eſt conſeruat, quamuis actus eſſet iuratus.*

* CLAVSVLA 254.

*Cum reſeruatione iurium.*

CVm non ſit inconueniens, vt nihil facienda ſit reſeruatio, vbi ius reſeruatum non competit, poſtquam
1 habet ſubauditam conditionem, † ſi competat ius reſeruanti, Crau. conſilio 127. ad fin. & conſ. 144. num. 15. Natta conſilio 172. numero 24. quemadmo-
2 dum nec iuuat donatio, neque ceſſio † niſi conſtet de iure authoris Alexand. conſilio 56. vol. 7. Natt. conſilio 38. volum. 1. & Honded. conſilio 38. numero 56. vol 1. idcirco ante omnia reſeruans debet docere de iure ſuo: alias perperam diffugit ad reſeruationem, cuius
3 præcipuum eſt, nihil † de nouo dare, nec ampliare, ſed potius conſeruare, ſi quod eſt, rametſi actus eſſet iuratus. Crau. d. conſilio 144. numero 16. Doctus Aldouinus conſilio 110. numero 13. & 14.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Decretum irritans ligat inferiores, non Papam.*

2 *Papa poteſt præuenire Ordinario in conferendo.*

3 *Decretum irritans quando ligat manus eiuſdem Papæ.*

4 *Decretum irritans intantum irritat actus in contrarium, inquantum ille ad cuius fauorem eſt appoſitum ita velit.*

5 *Clauſula decreti irritantis renunciari poteſt.*

6 *Clauſula, decreti, annullat actum contrafactum ipſo iure.*

7 *Decreto irritanti quæ alia clauſula æquiparatur.*

8 *Decretum irritans inficit poſſeßionem, & titulum.*

9 *Priuilegia habentia decretum irritans, non tolluntur per non vſum contrarium.*

10 *Actus nullus vigore decreti irritantis, an ſuſtineatur de conſenſu partium.*

11 *Decretum irritans in quibus non operetur effectum.*

12 *Decretum irritans ligat ignorantes, ſecus ſi fuiſſet appoſitata à Legato Papæ.*

CLAVSVLA 255.

*Decretum irritans.*

DEcretum † irritans non dicitur 1
appoſitum reſpectu Papæ, ſed vel reſpectu Ordinarii, ſi ante, vel extra tempus à regula ſtatutum contuliſſet, vel verius reſpectu inferiorum, vel exequutorum, & ſimilium, ita dixit Staphil. in tractatu de Gratiis expectatiuis in principio, numero 9. dum ſcripſit, quod Papa in collatione Ordinarios præuenire poteſt, ſi ſub illorum menſibus vacant, cum ipſemet Papa manus apponat per ſignaturam, & per nouam prouiſionem conferendo, nam ipſe hoc facere poteſt: ſed illa non poſſunt acceptari, vel per exequutores, aut ſub exequutores eiſdem conferri ob clauſulam decre-

irritantis. Ex quibus apparet, Staphileum aperte ſentire hanc clauſulam non ligare Papam, ſed ſolum inferiores, & ita etiam fuit deciſum. Put. dec. 391 par. 3. vbi quod decretum in reſeruatione appoſitum, ligat manus inferioris, licet reſeruationes non acceptet, ſed non ligat manus Papæ. Cum
2 Papa † poſſit Ordinarios. Hæc clauſula illorum manus ligat, ne conferant, quod de iure communi etiam procedit, vt ſcribunt Dec. in conſ. 224. num. 6. & Franciſcus de Marchis in conſ. 199. n. 2. par. 1. quod eo ipſo quod Papa preuenit Ordinarium in collatione, ipſius manus ligatę ſunt, abſque a-
3 lia inhibitione. Interdum † ligat manus eiuſdem Papæ ſi de eius mente conſtet, quod actui à ſe geſto contrauenit prohibet, vt probat Philipp. Prob. in additionibus ad Ioan. Monach. in c. tibi qui n. 21. verſ. reliquum aliud habes, de reſcript. lib. 6. vbi inquit, quod ſi decretum reſpicit factum interponentis, tunc ſi contreueniatur ab ipſo interponente, valet indiſtincte. Lapus, & Franch. in c. ſtatutum, col. finali, ℣. & vide hic plene, de præbend. lib. 6. Dummodo Papa ex certa ſcientia contrauenіat, vt per pręcitatos Doctores. Itẽ per Gemin. in d. c. ſtatutum, col. finali, ℣. querit vltimo. Item, Socin. ſen. in conſ. 117. col. fi. v. ſed quãdo prædicta ceſſarent, vol. 2. Rebuff. ſuper concordatis Francię, in Rubrica de forma mandati Apoſtolici, effectu 21. & 25. qui idem ſcribunt eſſe, cum Papa motu proprio contrauenit. Socin. ſen. in conſ. 3. col. 4. verſ. confirmatur, vol 3.

4 Cum hæc clauſula † decreti poſita fuerit in fauorem alicuius, tunc irritare dicitur, quãdo is, in cuius fauorem poſita eſt, irritari vult, alias non, Gemin. Ioan. Andr. & Franch in cap. 3. de prębend. lib. 6. Imola, in cap. ſtatutum, de reſcrip. lib. 6. Sarnenſ. in Regula de triennali, quæſt. 29. num. 11 & quæſt. 61. num 21. Caſſad. deciſ. 2. de reſtitut. ſpoliat. Verall. deciſ. 249. parte prima, quoniam huiuſmodi clauſulę † partium conſenſu renunciari poteſt, 5
Dec. in l. pacta, quæ contra numero vndecimo declarant ſimilem gloſſ. in l. à Diuo Pio, ff. de ritu nuptiar. late ſcribit Corſett. in ſuo ſingulari, in verbo, prohibitoria conſtitutio Socin. ſen. in conſ. 87. vol. 6. ℣. confirmatur, volum. tertio, Iaſ. in l. poſthumo, numero decimo ſexto C. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas. Gozadin. in conſ. 61. numero ſeptimo, Curtius iunior, in l. penultima, numero trigeſimoquinto C. de pactis, qui probat procedere, vbi de ſolo priuatorum commodo agitur, ſecus ſi de fauore publico, ſic & Dec. in d. l. pacta conuenta, numero vndecimo.

Hæc clauſula annullat † actum ipſo iure contra factum, Menoch. in 6
conſ. 83. volum. primo, Gomeſius in in tractatu de gratijs expectatiuis, nu. 18. & nu. 19. Fel. in c. ceterum, n. 19. de reſcrip. Doct in Clem. Cum ei, de conceſſ. præbend. Crot. in conſ. 220. col. 2. & ſeq. vol. 2. Dec. in conſ. 275. n. 9. Burſat. in conſ. 82. n. 21. vol. 1. Felin in conſ. 31. n. 21. ℣. ſecunda via. Idem eſt † ſi fue- 7
rit adiecta clauſula, Aliter non valeãt, & obſeruentur, quæ æquiparat Decreto irritanti. Paul. de Caſtr. in conſil. 256. vol. 2. Item præiudicat etiam tertio per indirectum, propter reuerentiam ſuperioris illã concedentis. Ruin. in conſilio 21. numero 16. vol. 1. Caualcan. in deciſ. 21. numero 72. parte 1. Item, inficit peritorium, & poſſeſſorium cuiuſcumque alterius prouiſi, text. cum Gloſſ. in verbo, Ex nunc prout ex tunc, vbi Doct. in Clem. Cum ei, quem, §. ſecus de conceſſ. præbend. Caſſiador. deciſ. 3. numero 15. de præbend. cum alijs deciſionibus Rotæ allegatis ad hoc

per

per Ferret. in conſilio 5.numero 3.volum.1.

8 Item inficit poſſeſſionem † & titulum, Rota deciſ.2 de reſtit. ſpoliat. in antiq. & deciſ.11. & 12. de cauſa poſſeſſ. & propriet. in antiq. Ægidius deciſione 5,6. Caſſador.deciſ.1. & deciſ. 2. de reſtitution. ſpoliat. qui diffusè hoc probat Put.dec.99.parte 1 & deciſione 27.parte 2.Rota deciſione 99. parte 3.libro 1.& deciſion.122.parte 3. lib.2.in Nouiſſimis.

Et ideo dicebam in facti contingentia pro Venerabili Monaſterio Sancti Auguſtini Ciuitatis Patauij, quòd cùm eorum Religio Fratrum Prædicatorum habeat plurima priuilegia hucuſque ſemper à Pontificibus confirmata, quòd dicta Religio, Fratres, eorumque Cõuentus ſint exempti à quacumque decimarum ſolutione, cum clauſula huiuſmodi decreti irritantis vltra alias clauſulas ampliſſimas, omninò debebant conſeruari in poſſeſſione dictorum priuilegiorum, per iudicium manutenendę poſſeſſionis. Et Eccleſiaſtici illi Patauini, qui exigebant huiuſmodi decimas, non poterant ſe tueri vigore poſſeſſionis exigendi, quamuis illa poſſeſſio fuiſſet antiquiſſima, quoniam hoc Decretum irritans, irritabat quemcumque earum titulum, & poſſeſſionem, & ita conſului particulariter, diffusè in conſilio poſtea imprimendo cum aliis: Nam dicta aſſerta illorum poſſeſſio, erat potius vſurpatio, & infecta, & propterea neque manutenebilis, neque reſtituibilis. Hæc enim priuilegia Dominicana habentia Decretum † irritans, non

9 potuerunt tolli per non vſum: Imò, neque potuerunt tolli, vel abrogari per vſum contrarium prædictorum exactorũ, vt fuit deciſum in Rota Put. deciſione 1.parte 1. Vltra quod, vt abrogarentur per vſum contrarium, ſciẽtia Papę opus fuiſſet, vt per Put.ibid. in d.deciſ.1. Imò Rota diffiniuit, quod per Decretum irritans non poteſt allegari non vſus, neque vſus contrarius. Caſſador.deciſione 2.de reſeruation. & deciſ.11 num.5. ſuper Regulis Cancellariæ, Put.deciſione 50.num.5. parte 1. Veral.deciſ.134.numero 4.par. 3.Rota Gennuæ, deciſione 180.num. 8. imò etiamſi ipſi Fratres dicti Conuentus Sancti Auguſtini millies conſenſiſſent ſolutioni † dictarum deci- 10
marum, ipſa ſolutio, tanquam nulla ipſo iure, non poterat ſuſtineri. Gloſſa in l.à Diuo Pio, ff.de ritu nuptiarum, Bald. in l.non eſt dubium, C.de legib. Alexand. in l.iuris gentium, §.prætor ait, de pactis. Felin.in cap.ceterum, numero 19. de reſcript. quos ſequitur Menoch.in conſilio 348.num.48.

In multis caſibus clauſula Decreti † irritantis non operatur effectum. 11
Primò in gratia cõditionali, quoniam nihil operatur ante conditionis euentum, Clem.1.in principio, de conceſſione prębend. cap. finali de tranſlation.pręlat.c.ex tuarum, de auctoritate.& vſu pallij, c.fin.vbi Abb.& ceteri de pręſumptionibus, probat Ferret. in conſil.365. numero 13.vol.2. Item, quamuis hoc decretum, vel appoſitio manus Papæ operetur, vt nullus inferior poſſit manus apponere, & conferre, tamen hoc procedit in reſignatione, ſecus in prouiſione per obitum, Achili.de Graſſ.deciſ.14.de reſtitut.ſpoliator. Item, clauſula hæc appoſita in regreſſu, nihil operatur, niſi conſtet de expreſſa, vel tacita acceptatione, Achil.de Graſſ. in deciſione 5 de conceſſione præbend.

Hæc clauſula Decreti † ligat etiam 12
ignorantes, cap. ſi eo tempore, & ibi gloſſ.de electión. c.dudũ, & c.pen.de prębend lib.6. Sed quia Legatus de latere poteſt etiam in ſuis diſpoſitionibus, atque prouiſionibus huiuſmodi clauſulam apponere, c.præſenti, de of-

ſic.legati,in princ.c. Si Apoſtolicæ, de præbend.an hoc decretum Legati liget etiam ignorantes, magna eſt controuerſia inter Doctores, & cum diſputaretur in Rota,fuerunt opiniones pro vtraque parte, ſed tandem obtinuit pro negatiua. Vide Caſſador.in deciſ.3.De decreto in reſeruationibus, vbi quòd hæc opinio tanquam magis amica iuri, & rationi eſt amplectenda.

De huiuſmodi clauſula plurima ſcripta ſunt in Digeſt. Nouiſſ.tom.1. Titulo Decretum.

### SVMMARIA.

1 *Ius de futuro,per quam clauſulam in libello cenſeatur deductum.*

2 *Clauſula, Deducens omne ius, quomodo intelligatur.*

3 *Ius,de futuro quando competit ex cauſa de præterito, cenſetur deductum in libello.*

4 *Ius de futuro, quando fundet intentionem actoris.*

5 *Creditor in diem, ante diem agere poteſt.*

6 *Sententia quando ferri poſſit ſuper probatis non deductis ſpecificè in libello.*

7 *Clauſula, Deducens omne ius,in libello poſſeſſorij, non operatur in petitorio.*

8 *Sententia ferri non poteſt ſuper libello generali,& obſcuro.*

9 *Incertitudo libelli non ſanatur per clauſulas generales.*

### CLAVSVLA 256.

*Deducens omne ius.*

PEr hanc clauſulam cenſetur pro-
poſita non ſolum actio de præſen-
1 ti competens,† ſed etiam in futurum,
Practica Papienſ. in forma libelli pro
actione reali,in §. Deducendo, num.
6. quem citat, & ſequitur Menoch.
præſumption.28.num.3.lib 2.Gabriel.
in commun.concl.tit. de iudiciis,con-
cluſ.2.& 3.Iaſon in §.omnium, num.
66.& 69.Inſt.de action. Sed hæc clau-
ſula intelligitur † ſecundum ius com- 2
mune, ideo confirmat illud quod eſt
diſpoſitum de iure,ſed contra ius nihil
operatur,vt ſi quis egerit ex teſtamen-
to, deducens omne ius,non poteſt al-
legare hæreditatem ſibi competere ab
inteſtato, ſi appareret teſtamentum
nullum eſſe.Practica Papienſ. in d.§.
Deducendo,num.7.quod intelligitur
in eadem inſtantia, ſecùs in cauſa ap-
pellationis,l.ſi mater, ff. de inoffic.te-
ſtament. Afflict. in deciſione 53. Ma-
ranta in ſuo Speculo,actu finali, num.
152.

Declaratur vt intelligatur deductũ
ius de futuro,ſi illud competit ex cau-
ſa de præterito, † quæ confirmat ius 3
actoris,l.ſi rem,§.final.ff.de pignor. a-
ctione,l.ſi mandauero,ff.mãdati,Bart.
in l.damni, §.Sabini, col.3. in princ.ff.
de damno infecto. Alexand.conſilio
44.num.3.volum.7.Boer.deciſ.70.nu-
mero 8. Ideo, aduocatus debet eſſe
cautus in concludendo ius actori cõ-
petiſſe ante litem conteſtatam, aliàs
ſuccumbit Alexand.in conſil.39 nu.4.
volum.5. item, ius ſuperueniens † a- 4
ctori, pendente iudicio ſuper re, de
qua litem habet,ex cauſa de præterito
fundat actionem ab initio malè inſti-
tutam,Iaſ.in l.ſi Titius,col.fin.num.4.
ff.de verb.oblig.& ibi ponitur Regu-
la cum limitationibus, ideo per dictã
clauſulam illud ius ſuperueniẽs.quod
erat in potentia ſuper iure deducto,e-
tiam deductum cenſetur, ideo credi-
tor † in diem,ante diem agere poteſt, 5
Veral.dec.132.part.2. Afflict.dec 279.
Cacheran.deciſione 130.qui multa iu-
ra, & Doctores ad hoc allegat, Cap-
pella Toloſana, deciſione 30. in anti-
quis.

Licet in libello † quis intentionem
ſuam

ſuam ad certam cauſam, vel rem, aut tempus ſiue qualitatem reſtringens ſi non probet, ſuccumbat, l. habebat, in princ. ff. de inſtit. action. l. Diuus, & ibi notatur per omnes, ff. de re iudic. l. ſi mater, §. ſi quis autem fundum, & l. an eandem, §. actione, ff. de except. rei iudic. l. 1. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, c. abbate ſanè, de re iudic. libro 6. Bart. in l. 1. in princip. col. 2. verſ. veniamus ad cauſam, ff. de edendo, & in conſilio 117. colum. 1. quod reperitur in conſilio 223. tamen propter hanc clauſulam, ſuper iis, quæ ab actore probata ſunt, ſententia pro actore ferri poteſt, vt videntur velle Innoc. & Bald. in cap. 2. de ordine cognition. & probat Alex. in conſil. 121. numero 4. volum. 1.

7 Si in libello ſuper poſſeſſorio † fuiſſet adiecta iſta clauſula, Deducendo omne ius ſibi competens, & competiturum, non prodeſt quoad petitorium, ſi fuiſſet oppoſitum de nimia generalitate, ex Regula l. fin. C de annali exception. & probat Ruin. in conſilio 32. nu. 11. volum. 1. qui ceteros re-

8 fert. Et ſententia † ferri non poteſt ſuper libello generali, & obſcuro: quia ineptus eſt, gloſſ. & Doct. in l. 1. ff. de edendo gloſſ. in l. edita, C. eodem tit. gloſſ. magna, & ibi Doct. in d. l. finali, C. de annali except. Et hoc eſt verũ etiam in cauſis ſummariis, & in quibus procedi poteſt ſine figura iudicij quãdo tãta eſt incertitudo, vt aduerſarius deliberare non poſſit an debeat cedere, vel contendere, Bartol. in Extrauaganti ad reprimendum, in verſic. & figura verſic. ſemper tamen intellige, n. 8. Alex. in conſ. 32. nu. 9. vol. 4. Ruin. in conſilio 167. volum. 5. Dec. in cap. conſuluit, in 2. colum. 2. de appellat. & in c. ſignificantibus eodem tit. Felin. in cap. 2. num. 10. de lit. conteſtat. Incerti-

9 tudo † enim intolerabilis ſanari non poteſt per clauſulas generales, & ſalutares, Socin. in conſil. 96. numero 16. vol. 3. Et quando dicatur talis, vide Afflictum in Conſtitutionibus Regni, titulo de dilationibus, numero 2. Marant parte 4. diſt. 9. nu. 13. Cagnol. in l. edita, numero 30. C de edendo. Vide quæ ſcripſi in repetitione Rubricæ, ff. ſolut. matrimonio, in quæſt. 15. eſt impreſſa inter Repetentes ciuiliter.

SVMMARIA.

1 *Clauſula de iure, & de facto, in compromiſſo quid importet, & numero 3.*

2 *Arbitrator cur poſſit laudum ferre in feriis indictis in honorem Dei.*

4 *Clauſula, De iure, & de facto, importat idem quod manu regia.*

5 *Arbitri non poſſunt procedere contra iuſgentium.*

6 *Clauſula, De iure, & de facto, à teſtatore appoſita, quid importet.*

## CLAVSVLA 257.

SI compromiſſum factum ſit in arbitrium † cum clauſula procedendi de iure, & de facto, ipſa importat derogationem feriarum indictarum tantum ob neceſſitatem hominum, quia non poſſunt partes renunciare feriis in dictis in honorem Dei. At ſi cõpromiſſum factum ſit in arbitratorem † cum iſta clauſula, ipſe quidem pronunciare poterit, etiam feriis indictis in honorem Dei, quoniã tanquam pacis mediator interuenire dicitur, Abb. in c. Quintauallis, num. 22. de iureiurando, & in c. fin. numer. 10. de feriis, & in c. cum dilectus. de arbitr. Iaſ. in l. 1. colum. 1. ff. de feriis. 1 2

Et tam arbiter quàm arbitrator vigore † huius clauſulæ poterit procedere, & iudicare ſecundum veritatem, & conſcientiam ſuam reiectis apicibus iuris. Lapus allegatione 78. numero 9 verſ. 5. & vltimo. Item, hæc clauſula † importat idem quod manu Re- 3 4

gia, & ſic ſine citatione partis Angel. in conſil.367. numero 10. verſ. ſed quia reuocatur, & ibi etiam, quod omnem iuris mixturam excludi, ſed non potuerunt procedere contra ius gentium vigore † huius clauſulæ. Bald. in conſi-
5 lio 296. numero 3. verſ. item illa verba, volum.1. Item, per hanc clauſulam in dubio cenſetur data poteſtas tanquam in arbitros, non autem tanquam in arbitratores, & in dubio viam iuris eligere præſumuntur, Caman. in conſil. 7. nu.16. verſ. non obſtat.

Et de huiuſmodi clauſula ſcribunt Rota Genuæ in deciſ. 21. num.8. & ſeq. Iaſ. in §. bonæ fidei, nu.27. Inſtit. de actionibus. Gerard. Singulari primo, & Singulari ſecundo.

6 Interdum à teſtatore † apponi cõſueuit, vt eius hæredes non moleſtent vxorem ſuam, neque de iure, neque de facto, & tunc nullam litem contra illam mouere poſſunt, etiam ſi id facerent per interpoſitam perſonam, vt ſcripſi inter deciſ. Piſanas, Voto 28. per totum. Addo, quòd propter hanc clauſulam hęredes neque poſſunt petere inuentarium, neque ſatiſdationem, Ruin. in conſil.77. numero 3. & num.7. volum.2. Socin. iun. in conſilio 113. num.34. & plur. ſeq. volum.1. Borgnin. Caualcan. in deciſione 28. num. 15. parte 2.

SVMMARIA.

1 *Promittens euictionem ex facto ſuo tantum, tenetur etiam ex facto alterius.*

2 *Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles.*

3 *Excluſio vnius quando non ſit alterius excluſio.*

4 *Euictio vbi plenè non debetur, pretium eſt ſoluendum.*

CLAVSVLA 258.

*De euictione teneri ex facto ſuo tantum.*

QVamuis promiſſor hanc clauſulam addiderit, † nihilominus etiam tenetur de facto auctoris ſui, 1
gloſſ. in l. Seruus, in 2. in verbo intereſt. vbi Bart. num.4. Bald. Salic. Caſtrenſ. & Alexand. ff. de condict. furtiua. Cin. Bald. & Salic. in l. fin. C. de action. empt. Anchar. in conſil.83. Caſtrenſ. Roman. & Iaſon in l. ſtipulatio illa habere licere, ff. de verb. obligat. Tiraq. de retractu conuent. §.1. gloſſ. 6. num.5. qui plurimos ad hoc allegat, quos etiam citat, & ſequitur Caballin. in tractatu de euictionibus, §.5. numero 43. & ita iudicauimus in Collegio Piſano. Vide Votum meum 131. Neque obſtat dictio † taxatiua, quia non 2
excludit caſus ſimiles, vel habentes ſimilem rationem, l.1. §.1. vbi gloſſ. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. l. ob æs, vbi gloſſa, & Bart. C. de prædiis minorum, Tiraquell. in d. gl.6. numero 6. & quando in caſu excluſo † militat eadem ratio, 3
quæ in caſu expreſſo, incluſio vnius nõ eſt alterius excluſio. Gloſſ. in l. cum prætor, ff. de iudic. Gerard. Singulari 7. numero 9. Dec. in c. ſecundo requiris, numero 2. de appellation. Parin. in cõſil.111. num.39. vol.1 Cæphal. in conſil. 257. num.21. Menoch. in conſil.14. nu. 14. verſic. quarto procedit, ſed in facto auctoris militat eadem ratio quæ in facto proprio. Et quando euictio † 4
plenè non deberetur, tamen promiſſor tenetur reſtituere pretium, l. emptorem. §. fin. ff. de act. emp. & ibi Bartol. dicit, tria eſſe in quibus pactum quòd quis non teneatur de euictione, nihil operatur, & inter alia ponit hunc caſum, quod reſtituat pretium. Bald. in l.1. numero 9 C. de pericul. & commodo rei venditæ.

SVMMARIA.

1 *Plenitudo poteſtatis quid ſit.*

2 *Princeps quæ poſſit de plenitudine poteſtatis.*

3 *Prin-*

3 *Princeps auferens feudum ob publicam vtilitatem, quando debeat reſtituere.*
4 *Princeps auferens res alterius propter pacem, tenetur dare excambium.*
5 *Princeps ſi per ſuam legem auferebat bona alterius, tenetur ſoluere iuſtum pretium, & num.8*
6 *Princeps non poteſt præiudicare alteri, ſi aliter poteſt conſuli paci.*
7 *Litem ſi verberatum, §.1 ff. de rei vendicat. declaratur.*
9 *Princeps non tollit ius quæſitum ex contractu.*
10 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis in quibus nihil operetur.*
11 *Quando exercenda ſit.*
12 *Non eſt vtendum, niſi cum claue diſcretionis.*
13 *Non eſt vtendum, niſi adhibita cauſa cognitione.*
14 *Nihil operatur, ſi concedens non fuerit informatus.*
15 *Qui ſint effectus quos operatur.*

## CLAVSVLA 259.

### *De plenitudine poteſtatis.*

1 PLenitudo † poteſtatis eſt illa, cuius cauſæ non eſt ratio exquirenda in Principe cur ita faciat. Bald. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua, & in l. impetratam, C. ſentent. reſcindi non poſſeſſ. & in cap. 1. §. ſi quis autem, de pace
2 Conſtantię: Quæ autem † poſſit Princeps de plenitudine poteſtatis, ponit Alber. Brun. in conſ. 107. & Io. Iacob. de Leonardis in conſilio 114 per totũ, late per Andr. procem. Conſtit. Regni, vbi etiam quod ex cauſa ſedandi tumultum, reuocat appellationem. Item, in ſimilibus, quando multis graſſantibus opus eſt exemplo, Andr. in c. 1. § ſimiliter, num 19. verſ. pœnã etiam, de Capitan. qui Cur. vendid. Item, remittit pœnam etiam inuita parte, & compellit partes ad faciendam pacem. Caſtr. in conſilio 193. Viſo proceſſu. Item, remittit pœnam alteri quæſitam, Abb. in c. ſpeciali, numero 6. de off. deleg. Item, remittit pœnas perſonales, vt notant Doct. in l. venia, C. de in ius vocando. Item condemnatis ad triremes, vel in inſulam relegatis, indulget, abſque remiſſione partis, l. generaliter, §. ſi ſeruus, ff. de fideicom. libert. l. fruſtra, C. de ſentent. paſſis, l. aut damnum, §. fin. ff. de pœnis, & vide Gramm. Voto 31. nu. 8. Item, poteſt legitimare ſpurium in prętudicium agnatorum, quibus eſt delata hæreditas ex fideicommiſſo, Decian. in conſil. 451. numero 4. & ſeq. & in conſil. 393. num. 4. & conſilio 269. numero 9. & conſil. 640. numero 6. & ſeq. & conſ. 520. num. 4. Natta in conſil. 178. numero 6. Item poteſt facere taxationem frumentorum viliori pretio, quã ſit iuſtum pretium, non ſolum pro ſeruitio Curiæ, ſed etiam ob populorum vtilitatem, quando fames eſt magna, & pauperes iuſto pretio emere non poſſunt, Lucas de Penna, in l. quoties vrgente neceſſitate, C. vt nemini lic. in emptione, lib. 10. Minadous in Cõſtitutione Regni, in aliquibus, in verbo Comitum, & Baronum, numero 62. Item, propter neceſſitatem belli cogit ſubditos ad mutuandam ſibi pecunias, vbi collectarum locus non eſt Crau. in conſilio 241. ſi Princeps habet de ſuo proprio, hoc facere non poteſt. Guido Pap. in deciſ. 551. in fin. & in ſing. 470.

Si Princeps, ex cauſa † publicæ vtilitatis, de plenitudine poteſtatis aufe- 3
rat feudum alicuius, illa cauſa ceſſante, debet reſtituere, ſi poteſt, Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, numero 29. in princ. de conſtitutionibus, & ibi Io. de Imol. Iaſon in l. prima numero 61 ỹ. quarto adde, De officio eius, &c. in conſilio 92. num. 11. vol. 3. Tiraquel. in tractatu Ceſſante cauſa, parte prima, nu.

29.qui omnes allegat, Innocent.in capit. quia plerique, numero 5. de immunit.Eccleſiar.Socin.in conſ.164.nu. 10.volum.2.

Item ſi de plenitudine poteſtatis, vigore capitulationis pacis auferat rē vnius, & det alteri, tenetur prouidere
4 de æquiualenti, † excambio, l.2.vbi Bald.C. pro quibus cauſis ſerui pro præmio libertat. accip. Innoc. in cap. niſi cum pridem, colum. ſecūda, verſ. Nos dicimus, de renunciation. Abb. in cap.conſtitutus, numero 12.de religioſ.domibus Bart. & Doct. in l.finali, § 1.ff.de pignoribus & l.ſi venditor, §. conſtat, ff.comm.prædior.Alexand.in conſil.151.volum.6. Iaſ. in l. Barbarius numero 33.ff.de offic.prætor.& in l.finali, numero 9.ff.de pact. & ibi Apoſtill. ad Iaſonem, Andr.in c.1.§.moneta, Quæ ſint Regal. & in Prœmio Conſtitut.Regni, & ibi Afflict.Et hæc
5 procedunt, † etiamſi Princeps condendo legem, auferret bona alterius, num.33. quoniam per ſuum edictum generale non præſumitur, quod voluerit reuocare illud, ad quod tenebatur, illius enim diſpoſitio, etiam in concernentibus publicam vtilitatem, reſtringenda eſt, quando agitur de tertii præiudicio, Socin. in conſilio 275 colum.5.verſic.nam licet alias, volum.2. & probatur in l.ſecunda in fin. ff.ad municipal. & in l.Lucius, ff.de adminiſtr.tutor.Item, hoc intelligitur, quando non poteſt aliter conſuli pa-
6 ci, † Capic.deciſ.51. in fine, & deciſ. 69.colum. prima, in quo neque pro Principe præſumitur, ne que eidem ita affirmanti credendum eſt, Capic.deciſione 166.numero 6.& ſeq. Et quando hæc concurrent in hoc exercitio plenitudinis poteſtatis, debet dare excambium, cap.niſi cum pridem, verſic.pro graui quoque, de renunciation. & ibi Innoc.

Item auferens bona alicuius de plenitudine poteſtatis, & vendens etiamſi ob publicam vtilitatem, debet ſoluere illi pretium, nam tex.in l.item
† ſi verberatum, §.1.ff.de rei vendic. 7
in verſ.modico dato pretio, intelligitur de iuſto pretio, vt ibi Cin.& Iacob. de Aren.item Belluga in ſuo Speculo Principum, in § Donum, Rubr.49. numero 4.& ibi dicitur, modicum, reſpectu voluntatis domini, à quo inuito extorquetur, l.nec quaſi, iuncta gloſſ.ff de rei vendication. Bald.in l. non intereſt, ff.quod met. cauſa, quia conſideratur intereſſe voluntatis, l.finali, ff.de vſu, & habitat.quam ad hoc allegat Andr. in l.imperialem, numero 4.de prohibita feudi alienat.per Federic.quia qui me cogit, damnum infert, & damni loco habetur, ſi voluntatem perdo, Bald. in l.1.colum.5. in ſecunda lectura, de legatis ſecundo. Item Andr.in capit.primo, §.ſimiliter, numero 27.de Capit. qui cur. vendid. & ibi Afflict. numero 6.dicunt, quod in d.l. item ſi verberatum, contingit modicum fuiſſe datum, ſed de iure non ſufficit, quia integrum pretium dandum eſt, item Loffred.in d.§.ſimiliter, atque in dicto capitulo primo dicit, illud modicum pretium fuit datum reo ab actore, qui erat conuentus rei vendicatione, & ſciens omnino ſe eſſe ſuperandum cedendo liti, fuit contentus recipere illam modicam recompenſationem, ſed reſpectu Principis remanebant iura integra ad conſequendum iuſtum pretium. Et
quod re ablata † per Principem de- 8
beat dari iuſtum pretium, firmarunt Andr.in d.titulo, quæ ſint regalia, numero 23.& numero 53. Et in præludiis conſtitutionum regni, num.60. Lucas de penna, in l.prædia, numero 52.in fine, C.de location.præd.ciuil.libro 11. Iaſ.in d.l Barbarius, numero 56. ff.de offic.eius.Felin.in dicto capitulo quæ in Eccleſiarum, numero 28. de

Con-

Conſtitution.Menoch.in tract.de arbitrariis quæſtion.48.numero 10.Gabriel. in titulo de iure quæſito non tollendo,concl.2.num.25.

9 Princeps de plenitudine † poteſtatis non poteſt tollere ius quæſitum ex contractu,Dec.in conſil.407.numero 17.& conſilio 416.num.22.Abb.in capit.veniens, num.4.de voto, Crauetta,in conſilio 241.per totum, Gabriel. in d. titulo de iure quæſito non tollendo,concluſ.prima num 6.Menoch. in d.quæſt.88.num 7.Roland. in conſilio 25.numero 35.vol.3.Crot.in conſilio 370.num.16.& ſeq.volum.1. Pariſ.in conſil.82.numero 52.vbi atteſtatur de communi,vol.1.Alciat.præſumptione 8.regula 3.num.5. Rota deciſione 10. part.2.Camill.Borell.in libro ſuarum controuerſiarum,capit.14.

10 Et ideo hæc clauſula † nihil operatur in illis, in quibus Princeps de iure diſponere non poteſt, Zaſius in cōſil.10.numero 25 volum.2. cum aliis per Menoch.in conſilio 1.num.424. item hæc clauſula nihil operatur ſuper illicito, quia intelligitur de poteſtate bona,laudabili,& rationabili,non autem de vituperabili, & tyrannica,Bal. in conſilio 345.in princ.volum.1. vbi etiam quod nihil operatur, ſi eſſet adiuncta cum clauſula, ex certa ſcientia: nam Princeps cum hac clauſula non poteſt facere aliquod iniquum, Curt. in conſilio 77.colum.29.in fin. Et hęc

11 clauſula † non debet exerceri, niſi cum magna cauſa, Iaſ.in l.Barbarius, colum.7. ff. de offic.prætor. Io.de Selua in Tractatu de beneficiis in quæſt. prima ſecundæ partis, col.6. & tribus ſequentibus,Innoc.in c.quanto,de iureiurando,dicit,quando Princeps vti-

12 tur hac clauſula, † debet præmittere clauem diſcretionis,& propterea raro vtendum eſt, Bald.in l.1 §. cum autem,C de caduc.tollend. & in l.2.C. de communium rerū alienat.& quando Princeps vtitur hac clauſula ſine cauſa, dicitur potius vti plenitudine tempeſtatis, quam poteſtatis, Ioann. de Selua in loco allegato, imo, Princeps vtendo hac clauſula vltra debitum, dicitur peccare mortaliter, Caſtrenſ. in cōſilio 26. alias eſt conſilium 34.volum.ſecundo.

Hac clauſula vtendum † non eſt, 13 niſi cum cauſæ cognitione, Aretin. in conſil.163.num.13. & ſeq.Felin.in cap. quæ in Eccleſiarum,num.66.verſ. ſexto limita, de Conſtitut. Tiraquell.in tractatu Res inter alios acta,limitatione 7. prope finem. Socin. in conſilio 164.col.penul.vol.2. Ferret.in conſ.31. num.31.volumine primo, qui multos ad hoc allegat, etiam Rotæ deciſiones, plurimos etiam refert Molina de primogeniis libro ſecundo,cap.7. numero 26.& ſeq. & ideo illam conce-

dens,nihil operatur, † ſi plenè de negotio non fuerit informatus, Crauetta,in d.conſilio 241.verſic. quarto reſpondeo, poſt alios relatos per Menoch.in dicto conſilio primo,numero 426. Nihil enim concedi dicitur, vbi conſenſus deficit concedentis,qui informatus non fuit, l.mater decedens, C.de inoffic.teſtam. 14

Hæc clauſula, adhibita cauſæ cognitione †,operatur,vt omnia contraria abſq; aliqua derogatione, & clauſula,non obſtante, ſublata cenſeantur, Bald.in conſilio 253.num.4.verſ. præterea in donatione,vol.1 Item, quod nihil poſſit opponi contra priuilegiū, Angel.in conſil.368.num.2.verſ.quarto idem dominus. Item tollit omnia ſubſtantialia iuris,& requiſita de iure. Guido Papa, in conſilio 134. num. 4. verſ.item ibi ponitur. Item aufert omnes defectus ſolemnitatis, non autem defectus prouenientes à natura, Alexand.conſil. 195. numero 3.& numero 17.vol.2 & in conſilio 111 num.3. & 5. & ſeq.vol.6. 15

Vide quæ ſcripſi ſupra in clauſula, Motu proprio,& ex certa ſcientia. Plurima de hac clauſula ſcripta ſunt in Digeſtis Nouiſſim. tomo 4. Titulo, Princeps,& Titulo Rex.

SVMMARIA.

1 *Clauſula de plenitudine iuris Canonici, quid includat.*

## CLAVSVLA 260.

### *De Plenitudine iuris Canonici.*

1 DE hac clauſula † ita ſcribit Staphil. in tractatu de litteris gratiæ, in titulo de vi & effectu clauſularum, in litteris, pro creato in Canonicum, ita ſcribi conſueuit: tibi ſtallum in choro, & locum in capitulo eiuſdem Eccleſ. cum dicti iuris plenitudine aſſignantes, & tunc hæc clauſula includit omnia iura Canonicalia, & præcipue perceptionem quotidianarum diſtributionum, ſecundum Ant. de But. in c. pro illorum, de præb. ſed de conſuetudine, quaſi vbique ſeruatur contrarium, quia creati in Canonicos, antequam aſſequantur præbendam intra numerum, non participant de iuribus Canonicalibus, & vocantur Canonici in herbis, vt alias dixit Rota.

SVMMARIA.

1 *Derogatio generalis an ſufficiat reſpectu legum, & priuilegiorum habentium clauſulam derogatoriam.*

2 *Per clauſulam derogatoriam derogatoriarum quibus cenſeatur derogatum.*

3 *Clauſula derogatoria generalis tollit impedimentum ſtatuti.*

4 *Clauſula derogatoria cum clauſula, Motu proprio, an derogent conſuetudini de optando, etiam in præiudicium tertij.*

5 *Clauſula derogatoria non tollit conuentionem partium, de qua non facit mentionem.*

6 *Semper eſt reſtringenda ad inualidas diſpoſitiones.*

7 *Quibus verbis ampliſſimis concipiatur, & quibus derogetur.*

8 *Quando habet tractum futuri temporis, quando cenſeatur illi derogatum.*

9 *Clauſula derogatoria ſpecialis debet eſſe contra inueſtituram iam factam.*

10 *Derogatoria ſpecialis colligitur aliquando ex coniecturis.*

11 *Priuilegia prima quando cenſeantur derogata per ſecunda.*

## CLAVSVLA 261.

### *Derogatoria.*

LIcet de hac clauſula ſcripſerim ſupra in clauſula, Non obſtantibus, tamen multa addenda ſunt de derogatione generali,& ſpeciali. Generalis quidem † derogatio ſufficit, etiamſi 1
leges,& priuilegia haberent clauſulam derogatoriam in contrarium. Federic. de Sent. in conſilio 47. num. 1. ℣. aliàs ſequeretur,& numero 3.& in conſilio 233. colum. 2. in fine, verſic. modò Benedictus, vbi etiam, quòd huiuſmodi clauſula generalis derogatoria tollit particulares conſuetudines, & particularia ſtatuta, Corn. in conſilio 83. numero 16. & ſeq. volum. 4. Idem, ſi Princeps concederet priuilegium, cum ſpeciali clauſula, quod non cenſeretur illi derogatum, niſi ſpecialis mentio fieret de eo. Nam per † clauſulam 2
generalem derogatoriā derogatoriarum, cenſetur illi derogatum eſſe. Io. de Anania in conſ. 56. per totum, vbi probat hāc eſſe Communem ſententiā. Item, in clauſula derogatoria † ge- 3
nerali poſita per Ducem Mediolani in priuilegio ciuilitatis alicui conceſſo,

vt

vt cenſeatur ſublatum impedimentum Statuti prohibens mulierem nubere extero, & forenſi, conſuluit Alciat. in reſponſo 53. num. 18. quem ſequitur Menoch. in conſil. 1129. num. 23 & ſeq. in caſu ſimili. Et hanc concluſionē probant notata per Pau. de Leazar. in Clem. 1 de ſepultur. quòd quādo verba generalia derogatoria actuum præcedentium ſunt prolata in aliqua diſpoſitione, ab eo qui ſpecialiter derogare potuiſſet, ſufficiunt, ſi ita prolata ſunt, vt innuant voluntatem derogantis eſſe talem. Sequitur Ferret. per iura allegata ab eo in conſil. 75. nu. 4 volum. 1.

Hæc derogatoria generalis, Non
4 obſtantibus † ſtatutis, & conſuetudinib. Eccleſiarum, cum Motu proprio tollit ſtatutum, & conſuetudinem de optando, Lapus in cap. finali, de conſuetudinib. lib. 6. vbi Geminian. in §. 1. col. 1. in fine, & Franchus, item Felin. in c. ad aures, col. 6. de reſcriptis, vbi quod licèt motus proprius Papæ ſi ſolus eſt, non tollat vnionem factam per Ordinarium, tamen ſecus eſt, ſi cum eo concurrat clauſula generalis derogatoria, & ideo Lapus, Imola, & Geminian. in cap. ſi propter tua, col. 6. ✠. & finaliter reſidet, de Conſtitut. lib. 6. cōcludunt, quod derogatoria generalis, cum clauſula, motu proprio, tollunt conſuetudinem, & ſtatuta vnius Eccleſiæ, etiam cum præiudicio tertij, quia clauſula, motu proprio, tollit ſubreptionem, c. ſi motu proprio, de præbend. lib. 6. & clauſula derogatoria generalis, vt aliquid operetur, tollit ius tertij. vide Staphileum de litteris gratiæ, in titulo de vi, & effectu clauſularum, rubicra, quomodo derogetur ſtatutis, & conſuetudinibus.

5 Sed non tollit conuentionem † partium, niſi de ea mentio facta fuerit ſpecialiter, Ferret. in conſil. 319. num. 2. vol 2. Neque operatur ſi derogans nō eſt certioratus. Ruin. in conſ. 157. nu. 9. volum. 1. Pariſ. in conſ. 1. num. 85. vol 1. Soc. iun. in conſ. 77. num. 103. volum. 1. Rimin. iun. in conſ. 5. nu. 226. vol. 1. qui concluſerunt huiuſmodi clauſulam derogatoriam appoſitam in priuilegio, vel ſcripto, nihil operari, quando Princeps concedens iuris alteri competenti, certior factus non fuerit.

In dubio autem hęc clauſula † 6
ſemper reſtringenda eſt ad inualidas, & friuolas diſpoſitiones, Compoſtellan. in c. cauſam quę, de reſcript. Alexand. in conſ. 125. & in conſ. 35 nu. 6. volum. 4. & in conſ. 34. numero 7. volum. 6. Dec. in conſilio 33. col. 7. & in conſilio 286. col. fin. & in conſilio 292. colum. fin. Afflict. in præludijs Conſtitutionum Regni, quæſt. 25. colum. 2.

Aliquando clauſula derogatoria † 7
ampliſſimis verbis concipitur, non obſtantib. legib. & conſuetudinib. generalib. quibuſcumque, & particularib. illius ſtatus, decretis, ordinib. ac ſtatutis in contrarium facientibus, quib. motu proprio, & ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis derogamus, etiamſi de eis expreſſa, & de verbo ad verbum facienda eſſet mentio. Hæc quidem derogatio operari ſolet, vt omnia repugnantia ſublata cenſeantur, Bald. Angel. & Caſtrenſ. in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, de leg. primo, Curt. ſen. in conſ. 35 col. pen. Pariſ. in conſ. 24. nu. 15. vol. 4. Sed hæc non procedunt, quando derogans ignorauit contrariam legis diſpoſitionem, cui derogare voluit. Curt. ſen. in conſ. 50. incip. Recolendæ memoriæ, col. 22. ✠. 13. Dec. in conſ. 407. num. 23. & in cōſ. 541. in fine. Pariſ. in conſ. 1. nu. 90. vol. 1. Cephal. in conſ. 133. nu 12. vol. 2. Iaſ. in l. 2. §. ſubſtituere, col. 2. ff. de vulg. & pupil. item, quando clauſula derogatoria habet tractum † futuri tempo- 8
ris, nunquā cenſetur illi derogatū, niſi

ſpecialis, & præciſa mentio facta fuerit. Felin. in cap. nonnulli, num. 2. de reſcript. Et hoc verum etiam ſi fuerit appoſita alia clauſula, pro expreſſis habendo. Zabarell. in conſil. 136. col. finali, ℣. ad aliud. Iaſ. in conſ. 121. in princ. vol. 4. Ruin. in conſ. 21. col. finali, ℣. nõ obſtat, vol. 5. & hanc eſſe communem opinionem, atteſtatur Rota, vt per Caſſador. deciſion. 10. ſuper Regulis
9 Cancellariæ. Ideo ſi quid cõcedatur † contra inueſtituram iam factam, debet habere derogatoriam ſpecialem, vt validitatem habere poſſit, iuxta l. Decurionibus C. de Silentiariis, libro 10. & probant Ruin. in conſ. 163. num. 14. vol. 5. Natta in conſil. 589. num. 22. Menoch. in conſ. 297. num. 31. interdũ
10 ipſa derogatio † ſpecialis ex coniecturis colligi poteſt, & tunc actus ſuſtinetur, etiam ſi ſpecialiter expreſſe derogatum non fuiſſet, Pariſ. in conſ. 91. nu. 19. & 27. & 35. vol. 3. cum aliis ad hoc cumulatis per Menoch. in conſilio 4. num. 30. & pluribus ſeqq. Vbi quod ſi ſtatuẽtes ſpecialiter diſpoſuerint contra legem hac edictali, C. de ſecundis nupt. illud ſtatutum non recipit interpretationem de iure communi, nec aliqua ſpeciali derogatione illius legis opus erat.

11 Quomodo autem priuilegia prima, † expreſſe, ac ſpecifice debeant eſſe derogata per, ſecundum, & cum qua clauſula derogatoria, vide Ferret. in conſ. 223 per totum, vol. 2.

SVMMARIA.

1 *Locator molendini ad quid teneatur, & numero 4.*

2 *Conductor molendini finita locatione quid præſtare debeat.*

2 *Molendinum non dicitur ſine molis.*

## CLAVSVLA 262.

*Dimittendo molendinum macinans in fine locationis.*

QVa ratione locator molendini macinantis tenetur tradere † 1
molas illáſque idoneas, ac loco inutilium alias ſubrogare, cum teneantur præſtare patientiam vtendi ſucceſſiuam. Bartol. in l. ſi quis demum num. 2. ff. locat. Natta conſil. 360. Rim. Iun. conſ. 92. num. 8. Gallia. conſ. 22. col. 2. & Surd. conſ. 532. eadem pariter ratio
percutit conductorem † ad reconſi- 2
gnandum molendinum macinans finito tempore locationis, quod habeat molas iuxta limites obligationis ſuſce-
ptæ, cum † non ſit molendinum ſine 3
molis. Caroc. plena deciſione 107. niſi impetu fluminis deuaſtatæ eſſent molæ, vel inundationes aquarum deſierit eſſe macinans, nec conductor ſuſceperit in ſe caſus fortuitos in ſpecie, aut ſaltem in genere. Fulgoſ. in puncto. conſ. 193. quod declarat optime Rim.
iun. conſil. 637. vel ſi † forte ſe obliga- 4
uerit ad omnes caſus fortuitos, superuenerint plenitudo aquarum extraordinaria, & quodammodo miraculoſa, Bald. conſ. 119. libro 1. Fachin. conſ. 70. libro 3. & alios tetigi.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula diſcreto iudicio, importat arbitrium regulatum à iure.*

2 *Electio facta de digno, omiſſo dignari, an, & quando valeat.*

3 *Electio digni dum dignior adeſt, eſt valida de iure, ſed non eſt ſine peccato.*

## CLAVSVLA 263.

*Diſcreto iudicio.*

DE hac clauſula eſt textus in cap 1. vt Eccleſiaſtica beneficia, in ℣. non ex affectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuiſti Eccleſiaſticũ officium, & beneficium in perſona magis ido-
nea diſpẽſare. Et importat † arbitrium 1
boni viri, Menoch. de arbitrar. quæſt. 8. num.

8.nu.58. Et licet hoc arbitrium debeat eſſe à iure regulatum, & ita debuiſſet eligere magis idoneum, per d. cap. 1.
2 tamen ſi elegerit † dignum, & dolus abſit, ipſa electio ſuſtinetur, Bart. in l. cum quidam ita, num. 6. de legatis ſecundo, & ad hoc eſt textus in c. cum nobis olim, § his igitur, verſ. illius quoque, de elect. per quem textum probari electionem de idoneo eſſe ſufficientem, ſcribunt Federic. de Sen. in conſil. 95. q. 1. & Imo. in d. l. cum quidam, in 2. n. 6. de legat. 2. & de hac materia ſatis ſcriptum eſt in ff. nou. to. 6. Titulo, Electio, c. 51. & ſeqq. vbi quan-
3 do † electio de digno tantum ſufficiat & quando electio de digniori facienda eſt, & quod tunc citra peccatum de digno fieri nequit, licet de digno facta, in puncto iuris valida ſit, item, in illa quæſtione, vter ex præſentatis habentibus vota æqualia numero, ſit præferendus, ſi alter eorum ſit meritis inæqualis, & alter altero dignior, ſit præferendus ſcripſi inter deciſiones Piſanas Voto 15. numero 12. ad finem, vbi quod non eſt locus gratificationi, ſed in foro conſcientię ſemper dignior eſt eligendus, quamuis in puncto iuris electio de idoneo tantum facta ſuſtineatur, ibi vide, vbi omnes allegati.

SVMMARIA.

1 *Iudex delegatus dicitur per clauſulam, decretioni veſtræ.*

2 *Delegatus non ſubdelegat, quando eſt electa induſtria perſonæ.*

3 *Clauſula, Conſcientiam veſtram oneramus facit delegatos.*

4 *Clauſula Duo ex vobis, facit delegatos in ſolidum.*

5 *Delegati duo quando vnus illorum poſſit dare ſententiam altero non requiſito.*

6 *Iudex ſolus quando poſſit dare ſententiam, collega mortuo.*

7 *Iudex ſuffectus in locum remoti ab officio, facit idem iudicium, & inſtantiam.*

8 *Clauſula, Diſcretioni veſtræ, in Breuibus, ſi in euidentem, quid importet.*

CLAVSVLA 274.

*Diſcretioni veſtræ, &c.*

INterdum cauſæ cum huiuſmodi clauſula committi † conſueuerunt: 1
Diſcretioni veſtræ committimus, quatenus vos, vel duo veſtrum, &c. Et tūc cauſa † ſubdelegari non poteſt, quia 2
perſonæ induſtria cenſetur electa, Abb. Felin. & ceteri, in cap. finali. §. 1. de offic. delegati. Specul. in tit. de Iudice delegato, §. iam nunc dicendum, verſ. pen. item quid ſi acceptio, Iaſ. in l. de iudice, col pen. in 6. limitatione C. de iudiciis. Præſertim ſi addita fuerit altera clauſula, Super quibus conſciētiam † veſtram oneramus, quæ facit 3
delegationem perſonalem, Iaſ. in dict. l. à iudice, in quinta limitatione poſt alios, quos refert.

Per hanc clauſulam † duo ex delegatis poſſunt cauſam expedire, Bart. in 4
l. hæredes mei, §. peto, circa finem, ff. ad Trebell. Paul. de Caſtro in l. Pomponius, numer. 3. verſic. interdum cum clauſula, Vos, vel duo, ff. de re iudicata, quoniam per dictam clauſulam cenſentur eſſe delegati in ſolidum, vt probat Alex. in conſ. 93 vol. 7. Abb. in conſ. 33. num. 5. verſ. ſed hoc non obſtante, par. 2. Geminian. in conſ. 24. num. 11. Quo caſu duo † ex eis poſſunt 5
procedere ad ſententiam, etiam altero non requiſito, Abb. & Alexan. in locis allegatis, & probant Canoniſtæ in cap. cum plures de offic. delegati, lib. 6 per illum textum. Et quando duo † iudices dati ſunt in ſolidum, al- 6
tero mortuo, alter ſolus iudicare poteſt, Rota deciſ. 573 in principio, parte prima in Nouiſſimis. Item ſi vnus ex dictis iudicibus delegatis fuiſſet remotus ab officio, alterius iuriſdictio non

exſpirat, Paul. de Caſt.in l. proponebatur, per illum tex.numer. 4.ff.de iudiciis, & ſi in locum remoti ab officio, alter iudex in eodem officio ſuffectus
7 fuerit † pro ſucceſſore, ipſe quidem idem iudicium, & eamdem inſtantiam faciet, tex. & ibi gloſſ. & Bar.in l. meminiſſe, ff. de offic. Proconſul.

Item hæc clauſula apponi conſue-
8 uit † in Breuibus, quæ expediuntur in Romana Curia, ſuper alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, quæ appellantur, Si in euidentem vtilitatem Eccleſię, & tunc quid operetur huiuſmodi clauſula, vide Borgninum Caualcan.in deciſ.46.à num.381. vſque ad n. 436.par.1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Diſtrictius inhibentes, quid operetur contra iudicem contrafacientem.*

2 *Et quid ſi fuerit adiecta clauſula irritans.*

### CLAVSVLA 275.

*Diſtrictius inhibentes, &c.*

SI Papa aliquid committat alicui iudici, iuriſdictionem habenti, cum
1 hac clauſula Diſtrictius inhibentes, † & ille contra faciat, geſta contra mandatum Papæ valida ſunt, vt dicit Gloſſ. in Clem.1.verſic.Inhibentes, de iureiurando, ſed contrafaciens puniendus eſt, cap.dilectus filius, de præbendis, niſi in hoc mandato fuerit addita
2 Clauſula, Decernentes † ex nunc irritum, & inane quidquid in contrarium attentatum fuiſſet, per quam ligantur manus illius iudicis, etiam ante præſentationem reſcripti, vt diximus ſupra in clauſula, Decreti irritantis, & vide Staphil.de litteris gratię, in titulo, de vi & effectu clauſularum in §. diſtrictius inhibentes.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, & cetera, quando eſt ſcripta per extenſum, quid ſignificet.*

2 *Quando eſt ſcripta per abbreuiaturas, quid contineat.*

3 *Notarius poteſt exſtendere ea quæ ſunt de conſuetudine, & de forma actus, quem celebrat.*

4 *Notarius an poſſit exſtendere guarentigiam, Precarium, & Conſtitutum.*

5 *Clauſula, Et cetera, non importat pertinentia ad orationem diuerſam.*

6 *Vt nihil operatur, quando inſtrumentum non exprimit intentionem partium.*

7 *Extenſiones quando non debeant fieri ſuper his, quæ generaliter fieri conſueuerunt.*

8 *Inſtrumentum non poteſt extendi ſecundum conſuetudinem, quando aliter ſcriptum eſt.*

9 *Clauſula, & cetera, non poteſt extendi, quando actus requirit ſcripturam.*

10 *Per clauſulam, &c. non poſſunt extendi ſubſtantialia omiſſa.*

11 *Si notarius rogatus de inſtrumento eſt mortuus, quomodo extenſiones fieri debeant.*

### CLAVSVLA 276.

*Et cetera.*

QVando hęc clauſula ſcribitur per exſtenſum, † tunc eſt nomen, & 1
ampliat ad omnia ſimilia, ſiue ad ſimilem qualitatem habentia, Rom. in conſil.343.num.6. vt ſub iſta diſpoſitione includantur, l.hac conſultiſſima in princip. C de teſtamen. Bar. Iaſ. & ceteri in l.Gallus, §. idem credendum, ff.de liber. & poſthum. quo caſu vaſallus tenetur non ſolum ad expreſſa ſeruitia, ſed ad omnia alia ſimilia, vt probat Scrader. De Feudis, parte ſecunda, capitulo 4.n.10.

Cum vero ſcribitur, non per exten- 2
ſum, † ſed abbreuiatè, &c. vel cum ſimili abbreuiatura, qua Notarij vti cōſueuerunt, tunc continet omnia, quæ de ſtylo Notarij in ſimilib. inſtrumen-

tis

tis extendi conſueuerunt. Bald. in conſil. 384. in princip. volum. 3. Zabarell. in conſil. 133. columna ſecunda ✠. aliter reſpondemus. Item, continet ea quæ ſunt de conſuetudine loquentis in illa materia, Bar. in d. §. idem credendum, num. 7. & ibi latius per Iaſ. ff. de lib. & poſthum. Crauet. in conſ. 512. Burſat. in conſ. 150. num. 25. Iaſ. in l. certi condictio, §. ſi nummos, nu. 24. ✠. adde etiam, ff. ſi cert. pet. vbi multa ad hoc allegat. Item, veniunt omnia quæ ſunt de vſu, & conſuetudine. Iaſ. in d. §. idem credendum num. 12. Sed Zabarell. in conſ. 133. num. 2. intelligit hoc, quando illa certa forma, & conſuetudo de iure data eſt. Vnde ſi notarius
3 dicat: † Ego Michael Angeli &c. licet non dicat Notarius, neque rogatus, quia iſta forma de iure introducta eſt, ideo ſecundum eam poteſt extendere, quia ſemper de iure rogatus præſumitur. Et ſemper in d. clauſula venit id, quod eſt de natura contractus, vel de conſuetudine. Zabarell. in d. conſ. 133. Iaſ. in d. §. idem credendum, nu. 6. & ſeq. ✠. Adde quod dicit. Ruin. nu. 8. qui dicit hanc eſſe communem ſententiam. Item ſi Notarius dicat præſentibus teſtibus, &c. poteſt extendere rogatis, quando eſt de natura actus, vt ipſi teſtes rogati ſint. Bald. in conſ. 300. nu. 3. ✠. ſi verò ibi eſſet, vol. 4. Iaſ. in dict. §. idem credendum nu. 6. Licet
4 poſſit extendi guarentigia, † ſi ſit in conſuetudine illam apponendi, Iaſ. in d. §. idem credendum, nu. 22. idem de clauſula precarij, Iaſ. in d. l. certi, §. ſi nummos, num. 26. ff. ſi cert. pet. tamen non poſſunt extendi clauſulæ ſubſtantiales, vt tenet Rota in deciſ. 1. de verbor. ſignification. in antiquis, & ideo an poſſit extendi clauſula Conſtituti, res eſt dubia, quia Ruin. tenet affirmatiuam, in d. §. idem credendum num. 9. ſed Alexand. contrarium in conſil. 28. numero 4. vol. 2. Vide deciſionem huius articuli in Digeſtis Nouiſſimis tomo tertio, titulo Conſtitutum, hæc enim † clauſula importat ſo- 5
lum ea quæ deſunt ad complementum orationis, non autem ea, quę comprehenduntur ſub oratione diuerſa, & ſeparata. Addentes ad Anton. de Butr. in conſ. 11. verb. Dictio, qui allegant Paul. de Caſtro, in conſ. 10. col. 3. vol. 1. Et quando inſtrumentum non exprimit conceptum, & intentionem
† partium ad plenum, iſta clauſula nihil operatur, neque extendi poteſt. 6
Calcan. in conſ. 48. num. 22. verſic. non obſtat, & conſ. 70. num 6. Crauetta, in conſ. 34. col. finali, quos citant Addentes ad d. conſil. 11. Antonij de Butrio.

Licet extenſiones † fieri debeant 7
ſuper his quæ communiter extendi conſueuerunt, non autem quæ raro fieri ſolent, Bartol. in l. Seio. §. medico per illum text. ff. de annuis legat. Iaſ. in d. l. certi, §. ſi nummos, num. 26. ✠. ſecundo intellige, ff. ſi cert. pet. l. nam ad ea, cum ibi notatis, ff. de legibus, & hoc propter generalem pręſumptionem, quia præcogitata cenſentur omnia ea, quæ ex conſuetudine apponi conſueuerunt: tamen ſi præſumptio eſſet ſpecialis in contrarium, extenſio non fieret. Alex. in conſ. 28. num. 10. ✠. pręterea. vol. 2. item, quando inſtrumentum
† aliter ſcriptum eſt quàm dictet con- 8
ſuetudo extēdēdi, tunc nō poteſt extendi ſecundum conſuetudinem, & ſolitum. Angel. in l. licet, C. de locato, Marſil. in ſingul. 123. & in ſingulari 663. in fine, quia poſtquam inſtrumentum ſcriptum eſt, extendi non poteſt, vt ibi per eum.

Si contractus ex ſui neceſſitate † 9
requirat ſcripturam, clauſula & cetera, extendi non poteſt. Iaſ. in d. §. idem credendum, nu. 13. ✠. circa ſecundum, ff. de liber. & poſth. & ibi Socin. num. 5. & probat. diffuſè Ruin. numero 27.

qui probat eſſe communem opinionem,& reſpondet contrariis, & ideo cum ſententia, & appellatio in ſcriptis fieri debeant,non poterit Notarius illas ceteratas factas extendere, Iaſ.poſt Bartol.in d.§.idem credendum,num. 15.verſ.iſtam concluſionem, & in l.argentarius,n.10.ff de edendo.Gerardus ſingulari 41.

10 Per clauſulam † &c. non poſſunt extendi ſubſtantialia omiſſa, vti dies, annus,in dictio.Iaſ.in d.l. argentarius, num.11 ff.de edendo,Rui.in d §.idem credendum,nu 21.& ſeq.Rota,in dec. 1.de verb. ſignif. in Antiquis, ideo ſi protocollum careat ſubſtantialibus, non poteſt in Authentico extendi, vigore clauſulæ,& cetera,Bologn.in additionib. ad conſ.33.Io. de Anan. ſub num.6.

Hodie impreſſum eſt Formularium Notariorum, in quo deſcriptæ ſunt omnes eorum clauſulæ ceteratæ, quomodo extendendæ ſint,ibi vide, licet de multis extenſionibus ſæpius dubitari contingat.

11 Et quando Notarius † qui rogatus eſt de inſtrumento,mortuus eſt, quomodo alter Notarius de mandato iudicis debeat inſtrumenta mortui extendere,atque clauſulas ceteratas ſcribere,vide Iaſ.in d.§.idem credendum, in 3 quæſt.num.18.& plur.ſeqq. Vide etiam in Digeſtis Nouiſſimis, tomo 1. Titulo, Notarius, in pluribus capitibus.

SVMMARIA

1 *Additiones in margine inſtrumenti,quando non probent.*

2 *Clauſula,& quod ſuperadditum eſt in tali linea,quam vim habeat.*

3 *Notario an & quando ſit credendum,apponenti clauſulam,& quod ſuperadditum eſt in tali linea.*

## CLAVSVLA 277.

### *Et quod ſuperadditum eſt in tali linea.*

SI aliqua verba addita reperiantur
† in margine inſtrumenti, aut in 1
corpore eiuſdem,ſiue in principio, vel fine, talia verba nihil probant, quia ſunt ſine die,& Conſule, & ſine ſubſcriptione Notarij, hæc eſt doctrina Ioan.Andr.in additionibus ad Specular.in tit.de inſtrument. edition. §. oſtẽſo,in Additione, quæ incipit, dixit Rolandinus,quam ſequuti ſunt Felin. in c.ex litteris,num.10.verſ.vbi autem, de fide inſtrument.Iaſ.in l.ſi vnus, nu. 9.verſ.Ego paucis concludo C. de teſtament.vbi atteſtatur, ex auctoritate Pauli de Caſtro, ita fuiſſe iudicatum Bononiæ.

Et ideo, vt huiuſmodi additiones probent,atque vt ceſſet omnis ſuſpicio,Notarius debet addere iſtam clau-
ſulam,† & quod ſuperadditum eſt ta- 2
li linea,vel tali loco, mea propria manu ſcripſi,& addidi,ita dicit Bartol. in l.prima,§.ſed ideo, per illum textum. ff.de his quæ in teſtam. delentur, Archidiacon.in §.primo,35. quæſt.nona. Butr.Abb & Felin in dicto cap. ex litteris,de fide inſtrument. Præpoſit. in cap.in memoriam, diſtinct. 19. Mantica Singulari 165. Quo caſu Bartol.
firmat, credendum eſſe Notario, † 3
hanc clauſulam ſcribenti, & ſubſcribenti, quem ſequuntur ceteri relati per Felin. in dicto capitulo ex litteris,numero decimo, circa princip. Sed Iaſ in dicta l.ſi vnus, in fine, C. de teſtament. dicit hoc eſſe verum in pertinentibus ad Notarium, ſecus eſſe ſi pertinerent ad partes. allegat Bartol. in l.fraudem,§.ſicut,ff. de teſtam. milit.& ideo Felin.in dicto cap. ex litteris numero 10. verſic. In quæſtione, dicit,ſi teſtis aſſereret non ita dixiſſe, prout Notarius addidit, eſſe partibus imputandum, quæ non inſpexere diligenter, an aliquid eſſet additum, vel cancellatum, nam ſi tunc Notarius cum iuramento aſſereret ſe ex in-

ex in-

ex interuallo, vel incontinenti fec[illegible] non eſt ſtandum, ſed probandum [illegible], ex cuius doctrina clare apparet, quòd huiuſmodi aſſertioni Notarij in partium præiudicium ſtandum non eſt.

Et in quæſtione ibi à Felino propoſita, vtrum Notario credendum ſit, teſtem ita dixiſſe, vel teſti neganti, vide Votum meum ſuper hoc 131.

SVMMARIA.

1 *Clauſula quòd non poßit dici de nullitate penſionis, quomodo intelligatur.*

2 *Cauſa regreſſus eſt cognoſcenda ante cauſam reductionis penſionis.*

3 *L. final. C. de ordin. cognition. quomodo intelligatur.*

4 *Regreſſus cauſa eſt præiudicialis ad cauſam reductionis penſionis.*

5 *Reſignatio vbi eſt nulla, ius non abdicatur à reſignante & num. 7*

6 *Reſignatio eſt nulla ob non expreßionem veri valoris.*

8 *Regreſſus reſeruatus ſtatim intrat, ſi impeditur ſolutio penſionis.*

9 *Reſignans quando agit ſpolio contra reſignatarium.*

CLAVSVLA 278.

*Et quod non poßit dici de nullitate penſionis.*

VBi penſionarius non ſoluit penſionem, vel illam petit annullari, tunc locus eſt regreſſu reſeruato, vt probat Mandoſ. de Signatura gratiæ, titulo Regreſſus. Ideo in reſignationibus beneficiorum, ſolita eſt apponi i-
1 ſta clauſula, † & quod non poſſit dici de nullitate penſionis. Quę clauſula intelligitur, dummodo nullitas non ſit expreſſa Papę. Item, intelligitur de aliis nullitatibus, pręterquam expreſſis, & quę ſunt extrinſecæ. Felin. in cap. ſignificaſti, numero 9. de officio delegati. Alex. in conſilio 77. num. 6. vol. 1 Socin. in conſilio 65. num. 14. volum. 1. Dec. in conſilio 242. numero 23. Pariſ. in conſilio 86. numero 25. volum. 3. Item, intelligitur de exceptione nulla, & inualida, non autem quæ de iure valida eſt, ideo fuit reſolutum, quod iſta clauſula, quòd non poſſit dici de nullitate penſionis, intelligitur de facto, & non de iure, vt probat Pariſius in tractatu reſignatione beneficiorum, lib. 6. queſt. 3. num. 9.

Vbi cauſa ſuper reductione penſionis, item † ſuper regreſſu commiſſa 2
fuerit, in primis, & ante omnia cognoſcendum eſt de regreſſu, quia cauſa regreſſus pręiudicialis eſt ad cauſam reductionis, & illam abſorbet, & prius cognoſcendum eſt de cauſa pręiudiciali, & abſorbente, l. finali, † C. de or- 3
din. cognition. l. 1. C. ſi quis aliquem teſtari prohib. Bart. in l. interdum, in princ ℣. item oppono, C de publ. iudic. Et quòd iſte ſit communis intellectus ad d. l. finalem, probat Decius poſt alios quos allegat in l. edita, numero 65. C. de edendo, vbi etiã Claudius Seiſellius numero 68. & latius Fabius Accorambonus, in l. naturaliter, §. nihil commune, numero 108 ff. de acquirenda poſſeſſ. poſt Cin. Oldrad. & alios, quos allegat, cum aliis etiam per Alexand. in Additionibus ad Bartol. in l. ſecunda, §. hoc edicto, ff. de vi bonorum raptorum, ℣. Adde tamen, & per Boſſ. in titulo de Foro competenti, num. 123. & ita fuit deciſum Put. deciſione 98. n. 4. & ſeq. parte prima.

Sed cauſa regreſſus † eſt pręiudi- 4
cialis, & abſorbet cauſam reductionis, quia ſi reſignatarius prætendit reſignationem nullam, ob non expreſſum verum valorem, & ideo non eſſe locum regreſſui hoc caſu, nulla exiſten- 5
tę reſignatione, † ius non eſt abdicatum à reſignatione, ſicut dicimus de creditore conſentiente alienationi nullæ, quod ſibi non præiudicat,

l.4.§.finali,& ibi Bart.ff.quibus modis pignus vel hypothec.ſoluatur. Dec.in l.creditor,num.2.ff.de regul.iuris,Roman.in conſ.132. & ibi Mandoſ.qui alios cumulat.Item conſentiens matrimonio nullo,ſibi non præiudicat,Pariſ.in conſilio 52.numero ſeptimo vol. quatto.& ita fuit deciſum, quòd reſignatione exiſtente nulla, ob aliquam cauſam, ius non eſt abdicatum à reſignante,& erit locus regreſſui, Veral. deciſione 215.parte prima, & tunc intrat regreſſus,vt fuit reſolutum in Rota,in cauſa Pientina regreſſus, quam deciſionem allegat, & ſequitur Pariſ. in d. tractat. de reſignat.lib.2. quæſt. 18.num.3

Item quando non fuit expreſſus ve-
6 rus valor fructuum † in reſignatione, reſignatio eſt nulla Put.deciſ.410.numero 2.parte 3.& ius non abdicatur à reſignante Put.d.deciſ. 410. quia reſignans non intendebat reſignare iuris reſeruato regreſſu,& non aliter,nec alio modo, quæ verba reddunt actum conditionalem,Abb.in cap.finali, qui Clerici,vel vouentes,Felin.in cap. quę in eccleſiarum,numero 85. de conſtit. Verall.deciſ.13.num.2 p.3. ergo quando conditio ſeruata non fuit, ius non
7 eſt abdicatum à reſignante † Achill. deciſ.1.de renunciation. Verall.deciſ. 2 part.1.cum aliis deciſionibus ad hoc allegatis per Pariſ. in d.tractatu de reſignatione libro 1.q.3 num. 66. & ſeq. Ergo cauſa regreſſus eſt præiudicialis, & abſorbet cauſam reductionis penſionis: Nam eo ipſo, quòd reſignatarius non vult ſoluere penſionem promiſſam,vel petit reductionem contra
8 pactum,eo ipſo intrat regreſſus, † & ius conſolidatur in reſignante, & ipſe regreſſus in primis per ſententiam iudicis canonizandus eſt,& ita fuit deciſum,Pellegrin.deciſ 264. parte 3. quia atteſtatur,ita fuiſſe obſeruatum in pluribus cauſis.

Item, quando adeſt † nullitas in re- 9
ſignatione beneficij,ob non expreſſionem veri valoris, tunc ex eo quia ius non cenſetur abdicatum à reſignante ipſe reſignans poterit repetere beneficium ſuum,& agere ſpolio contra reſignatarium,vt pluries fuit deciſum in Rota, quas deciſiones omnes cumulat Pariſ.in d. tract. de reſignatio. lib. 6.quæſt.3.numero 10.& ſeq ſed cauſa ſpolij eſt priuilegiata, & ante omnia eſt expedienda,& ſpoliatus reſtituendus,l.1.§.qui autem,ff.de vi, & vi arm. l.ſi quis ad ſe alium, C. Vnde vi cap. litteris, de reſtit. ſpoliat. Nec poteſt opponi exceptio, quæ requirat altiorem indaginem, Menoch.de arbitrar. caſu 2.& de recuperand.poſſeſ. remedio 1. caſu 21. ergo cauſa regreſſus eſt in primis & ante omnia cognoſcenda, iudicanda,& canonizanda, quia agitur de reſtituendo ſpoliato ad ſuum beneficium, qui non aliter reſignaſſet, niſi habita ſolutione integræ penſionis, vel regreſſu ad ſuum beneficium. Neque ipſe reſignás, qui ſpoliatus eſt, tenetur reſpondere ipſi reſignatario ſuper cauſa reductionis penſionis, quia ſpoliatus non tenetur reſpondere ſpoliatori ſuper cauſa principali. Verall. deciſ. 171. & deciſione 171. p.3.

SVMMARIA.

1 *Reſeruationes quot ſint,remiſſiuè.*

2 *Clauſula, Etiam ſi generaliter, vel ſpecialiter reſeruatum,in quibus verificetur.*

3 *Reſeruatio regulæ octo menſium eſt ſpecialiter, & nominatim exprimenda.*

4 *Reſeruatio ad fauorem certæ perſonæ non tollitur per clauſulam.*

5 *Clauſula etiam ſi deuolutum, vel reſeruatum,quid operetur.*

## CLAVSVLA 279.

*Etiam ſi generaliter, vel ſpecialiter reſeruatum fuerit.*

1 QVia reſeruationes † ſunt in multiplici differentia, vt ſcribũt Iac. Simonet. in tract. de reſeru. quæſt 4. per totam, & Staph de litteris gratiæ, in titulo de formis mandatorum de prouidẽdo in prima forma nu 9. ac ſeq. Ideo ſufficit hanc clauſulam verificari
2 in aliquibus reſeruationibus † generalibus, & ſpecialibus, ſed non comprehendit illas reſeruationes ſpeciales, de quibus ſpecialem mentionem facere opus eſt, vt probatur in cap. 2. de præbend. li. 6. in c. cum tua, de conſuetud. lib. 6. & ita probat Geminian. in conſilio 12. col. finali, & Staphileus in loco alleg.

3 Ideo reſeruatio octo † menſium non tollitur, niſi de illa, & de ipſius regula ſpecialis atque nominatim mentio facta fuerit, ſimul & derogatio per Papam, prouteſt de ſtylo Romanæ Curiæ, & etiam de iure, vt probat Ioan. de Selua in tractatu Beneficiorum, in 3. part. quæſt. 46. & Sarnenſis in procœmio Regularum Cancellariç, quæſt. 5. numero 2. & ſuper Regula de non tollendo iure quæſito, quæſtion. 1.

4 Item per iſtam clauſulam † non tollitur reſeruatio ſpecialis de certo beneficio facta ad fauorem certæ perſonæ, quia Papa non præſumitur tollere ius illius perſonæ, Gemin. in d. conſ. 12. num. 4. in fine verſic. ſimiliter non tolleret.

Si vero Papa in collatione dixerit, etiam ſi deuolutum † vel reſeruatum
5 exiſtat, tunc cenſetur conferre ex iure deuoluto, vel reſeruato, Geminian. in conſil. 15. numero 3 in fin. ſed hoc intelligendum ſi de ſolius conferentis præiudicio ageretur, & ideo, vt dictum eſt, non nuberet in prçiudicium tertij.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula etiam ſi lis pendeat indeciſa, operatur, etiam ſi lis ſit finita per rem iudicatam.*

## CLAVSVLA 280.

HÆc apponi conſueuit in prouiſionibus beneficiorum † & non 1
ſolum operatur expreſſionem litis pẽdentis, ſed etiam ſi ipſa lis eſſet finita, & ſopita per tres ſententias conformes, quoniã hæc clauſula eſt ampliatiua, Geminian. in conſil. 120. numero 6. verſ. præterea eſt aduertendum: item, illa clauſula, cuius ſtatum pro expreſſo haberi volumus, operatur veram expreſſionem ſtatus litis, vide ſupra in clauſula, quorum tenores.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, ex certa ſcientia promittit, poſt inſtrumentum lectum, non poteſt contradici per partes.*

2 *Promiſſor vbi eſt præſens, omnia confiteri videtur.*

3 *Remedio reſciſſorio non eſt locus, ſtante clauſula, Ex certa ſcientiæ promittit.*

## CLAVSVLA 281.

*Ex certa ſcientia promittit.*

SI hæc clauſula eſt † appoſita in inſtrumento per Notarium, eidem 1
credendum eſt, neque ſtatum contradictioni promittentis, Bald. in l. mater, colum. 2. verſ. quid ergo, C. de rei
vendicatione. Nam cum promiſſor † 2
fuerit præſens, viſus eo confiteri omnia in inſtrumento contenta eſſe vera: nam ſi talia ſibi diſplicebant, aut falſa erant, debebat contradicere, l. filius, ff. ad Macedonian. l. optimam C. de contrahend. ſtipulation. Bald. in conſil.

594.in fin.volum.4. Menoch.in conſ. 91.num.15.

3 Hæc clauſula operatur, vt amplius non ſit locus remedio reſciſſorio. Alexand.in conſ.42.numero 2. & in conſil.126.num.7.vol.2. Cremenſ. in l.2. numero 91. C.de reſcind. vend. Menoch.in conſilio 1.num.352.

SVMMARIA.

1 *Reſtaurum conueniens, & debitum dicitur ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

2 *Reſtaurum non fit conductori quando eſt in culpa, quod exemplo declaratur.*

3 *Reſtaurum non fit conductori ob lucrum ceſſans niſi eſſet in culpa, numero 4. vel verba reſtauri eſſent relata ad præiudicium conductoris numero 5.*

6 *Francandi pactum in venditione, in locatione, & in emphyteuſi quid præſtet, & quando deſinat ſuffragari.*

CLAVSVLA 282. ✱

*Fiat debitum, vel conueniens reſtaurum iudicio duorum amicorum communium.*

NIſi eſſent adiecta dicta verba, Iudicio duorum amicorum com-
1 munium † reſtaurum conueniens, debitum, ac iuſtum dicitur ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Surd. cōſil 34. num. 45. cum ſeqq. Rimin. Iun. conſil.282.num.83. Bardellon. conſil. 86.nu.5. Gail. obſeru.23. libro 2. Laderch. conſilio 14. & Cæphal. conſil. 104.
2 ac 257. † Dummodo abſit culpa conductoris, qui in caſu pluuiæ magnæ ac inſolitæ non fecerit ſulcos, quibus non factis ſegetes ſuffocantur. Gallia. con-
3 ſilio 11. num.16. & † agatur de damno reparando, non de lucro ceſſante reſi-
4 ciendo, ad quod † non tenetur locator: niſi ipſemet ſit in culpa. Boſſ. d. loco, num.109. cum ſeq. Menoch. conſil. 671. col. vltim. Pariſ. conſilio 38. numero 12. & ſeq. lib.1. Manent. conſilio 21. Surd. deciſione 131. quando non probaretur contrarius vſus communis loquendi. Rim. Iun. conſilio 522. numero 9. cum ſeq. vel † verba reſtauri eſ- 5
ſent relata ad præiudicium conductoris, tunc venit lucrum ceſſans. Surd. conſilio 321. num. 8. At prædicta minimè obtinent † vbi conductio iuncta 6
eſt, & vnita emptioni, vel quando adeſt pactum de francando quibus caſibus nunquam fieri remiſſionem, probat Burſat. conſil.11. num.11. libro 1. Imò ſtante facultate francandi, ſi conductor cadat à conditione ob penſionem non ſolutam, perdit quoque ius francandi eidem conceſſum tanquam conductori. Felin. conſ.25. numero 23. quem adducit Surd. conſilio 445. numero 22. Quemadmodum huiuſmodi pactum francandi poſitum in venditione, vel in emphyteuſi eodem tempore, quo contractus fuit abſolutus, non ſuffragatur emptori non implenti ex latere ſuo cōtractum. Bertaz. conſilio 44 numero 26. Surd. conſilio 106. numero 36. Tiraq. de retract. conuent. ad finem tit. numero 90. cum ſeqq. Borgnin. deciſ.37 numero 9. parte 3. & optimè diſtinguit Corbul. de iure emphyt. tit. vlt. limitat.38. atque aliter declarat Federic. Scot. conſil.27. numero 8. libro 4. tom 2. Intelligendo damnum nedum pro diminutione patrimonii, ſed etiam pro lucri amiſſione iuxta vulgi opinionem quæ debet articulari, & probari; vt adfuerit tempore contractus. Peregr. conſil.98. volum.1.

*Io.Bapt. coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Hortamur, importat conſilium, non præceptum.*

2 *Conſilium ſi eſt omiſſum, actus non redditur nullus.*

3 *Clau-*

3 *Clauſulæ, Hortamur, dicta à Papa obediendum eſt.*

4 *Bulla Pij V de Cenſibus, non annullat cenſus antea factos.*

5 *Papæ obediendum eſt, etiam iniuſta imperanti.*

6 *In litteris requiſitorijs iudicum ad inuicem, apponi ſolet clauſula, Hortamur.*

## CLAVSVLA 283.

*Hortamur.*

1 HÆc clauſula non eſt præcepti, † ſed conſilij, Felin. in cap. nam concupiſcentiam, num. 5. verſ. & adde, de Conſtitutionibus & ibi Anton. Butr. numer. 17. verſic. quandoque lex, Dec. in 1 lectura numero
2 21. Sed miſſio eius, quòd conſilij eſt, † & non præcepti, non reddit actũ nullum, Abb. Dec. & alij in cap. decernimus, de iudic. Cephal. in conſilio 421. nu. 2. & ſeq. volum 3.

3 Si hæc clauſula † appoſita ſit à Papa in ſua Bulla, licet ſit conſilij, tamen propter eius reuerentiam parendum eſt, Gloſſ. in Clem. 1. in verbo, Exhortamur, de teſtibus, vbi Bonifacius Vitalin. num. 48. & ſequenti, Zabarell. colum. 2 verſic. 4. oppono, Ancharan. & Abb. in capit. 1. de conſtitutionibus.

4 Vnde cùm Papa Pius V. † ſanctæ memoriæ, in ſua Bulla de Cenſibus, hortatus fuerit, contractus cenſuum ſub alia forma antea factos, reducendos eſſe ad formam de qua in Bulla, non ideo illos contractus præcedentes annullat, ſed preciſè reducendi ſunt, quoniam parendum eſt. Virgilius Boccatius in Tractatu Vti poſſideris, cap. decimonono, in quæſtione de cenſibus, numero 32. Idem dicit in Tractatu de Cenſibus, parte 3 numero 32. & latius parte 1. numero 91. vide Innocent. in cap. inquiſitioni, de ſentent. excommunication. vbi quòd Papæ † præcipienti, etiam iniuſtum ſub 5
pœna excommunicationis parendum eſt, multò magis quando hortatur.

Et quomodo † in litteris requiſi- 6
tionis, quę mittuntur à laicis ad Eccleſiaſticos iudices, & econtra, apponatur huiuſmodi clauſula, Hortamur, & quid tunc ſignificet, vide quæ latius ſcripſi in Tractatu de iuriſdictione, parte 2. cap. 52. per totum.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, Indignationem Petri, & Pauli, importat priuationem beneficij.*

2 *Importat pœnam arbitrariam contra contrauenientes.*

3 *Contrauenientes de facto puniuntur, non de iure.*

## CLAVSVLA 284.

*Indignationem Petri, & Pauli.*

IN Reſcriptis † Apoſtolicis ſemper 1
hæc clauſula contra inobſeruantes apponi conſueuit; Indignationem Petri, & Pauli, & Beatorum Apoſtolorum ſe nouerint incurſuros, quæ importat, vt inobedientes poſſint priuari ſuis beneficiis, Bald. in cap. 1. §. porro, quæ ſit prima cauſ. benefic. amittend. Mozius in Tract. de feudis, in titul. Ex quibus cauſis feud. amittat. numero 129. Zaſius in dicto Tractatu de feud. parte 10. titulo de amiſſione feudi num. 41. quos ſequitur Intrigliol in Tractatu de feudis, Centuria prima, quæſt. 98. num. 200. Staphil de litteris Gratię, Titulo de Vi, & effectu clauſularum, §. de clauſula, Nulli hominum liceat, numero 3. & ſeq. vbi quòd Deus indignatur, & iraſcitur contra huiuſmodi contrauenientes, & ideo peccant mortaliter, Bart. in Extrauaganti, Ad reprimendum, in verbo Indignationem noſtram.

Item, hæc clauſula † Contra con- 2
trauenientes, importat pœnam arbi-

trariam, Alciat. in c. quod ſedem, numero ſextodecimo, de Offic. Ordinar. Rebuff. in Praxi Beneficiorum, titulo Declarationes nouæ prouiſionis, ad fin. Reſtaurus in Tractatu de imperatore, quæſtione 110. in 38. caſu Principi reſeruato. Bartolom. Bellenũ. in Tractatu de caritatiuo ſubſidio, quęſtione quadrageſimaquarta, vbi diffusè ſcribit de hoc, Barbat. in conſilio vndecimo, columna quinta, volumine primo, vbi probat contrauenientes propterea eſſe arbitrariè puniendos.

Declaratur hæc doctrina, vt procedat ſi contrauenerint † de facto, non
3 autem ſi de iure, ſicut in clauſula, Nulli hominum liceat, probat Staphileus in loco præallegato, ad notata per Doc. in c. in preſentia, de probationibus: & ſcripſi ſupra in clauſula, Contradictores.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Inducentes, & defendentes, dat iuriſdictionem.*

2 *Exequutoris officium finitur poſt annum.*

3 *Exequutor ex noua cauſa turbationis non ſe intromittit, ſecus ex antiqua.*

CLAVSVLA 285.

*Inducentes, & inductum defendentes.*

1 EXequutor per iſtam clauſulam † habet iuriſdictionem, quoniam poteſt manutenere inductum in poſſeſſionem, donec ſit pacificus, non tamen ſemper, ne derogetur Ordinario,
2 ideo poſt annum, † vel poſtquam pacificus poſſedit, ſi moleſtatur, via ordinaria agendum eſt, vide Staphil. in Tractatu de litteris Gratiæ, titulo de vi, & effectu clauſularum, in § ſequitur, cuius Rubrica eſt ſignificatio clauſulæ, Inducentes, allegat Io. Andr. & Abbat. in c. finali de offic. delegati.
3 Si turbatio noua oritur, † exequutor amplius non ſe intromittit, ne videatur effici Ordinarius. Innocent. in cap. pro illorum num. 3. verſ. in aliis autem, de præbend. Ancharan. in conſilio 92. numero 4. vſque ad finem, etiam ſi hæc clauſula, Inducentes, appoſita eſſet, quoniam poſt annum exſpirat eius iuriſdictio. Zabarell. in conſilio 10. numero 4 verſic. hic tamen, vbi atteſtatur de communi. Aliquando autem omni tempore poteſt defendere, quia hæc clauſula eſt acceſſoria ad gratiam, & durat, quamdiu ipſa gratia durat. Zabarell. in conſilio 33. num. 3. & in conſilio quinquageſimoquarto, numero 4. Sed hoc intelligitur, ſi moleſtiæ prouenirent ex cauſa antiqua, qua non obſtante, ipſa immiſſio in poſſeſſionem facta fuiſſet, quia etiam poſt annum de æquitate poſſet manutenere. Zabarell in dicto conſilio 10. nu 4. niſi in gratia adeſſet tempus præfixum, puta inductum defendatis, donec cauſa proprietatis terminetur. Zabarell. in d. conſ. 33. in primo dubio.

SVMMARIA.

1 *Nouatio quando ceſſet.*

2 *Poſteriora quando derogent prioribus.*

3 *Contractus habens contextam huiuſmodi clauſulam ob inconciliabilem reſoluitur.*

* CLAVSVLA 286.

QVoties contendi contingit, an ſit nouatum nouatione extinctiua, non etiam accumulatiua ſic adiponente, Iaſon in l. 1. inſulam, numero 20. ff. de verb. obligat. repente declinatur dubium ex vi † dictæ clauſulæ (inhærendo) vt aiunt veteratæ, Alb. conſil. 382. numero 1. volum. 2. multóque fortius excluditur coniectura nouationis per ſequentia verba (Ius iuri addendo non aliter, ac ſi pro conſeruatione 1

tione potioritatis, & anterioritatis hypothecæ dictum eſſet (citra animum nouandi,&c.) Grat.conſilio 126.num. 8.libro 1.Burſat.conſilio 101. num.4. & 23.vol.1. Fachin.conſil.91.num.12. libro 2. Surd. conſilio 447. numero 42.Fab. de Anna conſ.90. numero 8. vol.2 Honded.conſ.40. num.5.vol.2. vbi ex his,quæ fiunt adhæſiuè,vel additiuè,non inducitur nouatio,vel quia priſtina iura ſint reſeruata, vel quando dicitur, quod non intelligatur in aliquo præiudicatum. Gozad.conſil.38. numero 2.vel citrà præiudicium priorum iurium Rot.Rom. deciſion.738. numero 2. parte 1.in nouiſſimis exci-
2 perem tamen † incompatibilem actũ propterea quod poſteriora derogant prioribus, non obſtante proteſtatione contraria nouationis excluſiua. Surd. conſilio 145.numero 25. cum ſeq. verumtamen ſi aliunde colligi poſſet, quod partes noluerint recedere, à pri-
3 ma concluſione, † ceſſat nouatio. Surd.deciſione 70. numero 10. multò magis igitur, quando proteſtatio eſſet concepta verbis præciſis, & reſolutiuis, ſcilicet nec aliter, &cæt. quia remotus cenſetur conſenſus ab actu, ideoque contractus habens contextam huiuſmodi clauſulam ob inconciliabilem repugnantiam cum primo reſoluitur Caſtrenſ. in l.1.ff.de donat. Iul. Clar. in § emphyteuſis.q. 13.nu.5. apud nos.tract.de fact.ſcient. & ignor.inſpect.28 tomo primo. Fachin.libro 1.contr.Iur.capit.99.in omnem caſum aſſignatarius debet aliquid præſtare pro exactione nominis debitoris ceſſi,ſeu aſſignati.Ruin.conſil.45.volu.5. Bertazzol. tractat. clauſula trigeſimatertia gloſſa 18. numero 3.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Promiſſio facta per locatorem,quid operetur fauore conductoris contra l. emptorem. C.locati etiam non præſtito iuramento, & eo magis ſi ſit præſtitum.*

2 *Singularis ſucceſſor non ligatur iuramento ſui auctoris, nec ratione periurij.nec ratione obſeruantiæ.*

3 *Pactum de non alienando conceptum per verba directa reſolutiua, an impediant tranſlationem dominij.*

* CLAVSVLA 287.

*In præiudicium præſentis locationis non poſſit fieri contractus, vel diſtractus.*

MAiores noſtri vna voce conducunt, quod ex vi promiſſionis ſic factæ per locatorem † poſſit con- 1
ductor ſuo omnino gaudere tempore abſque diſcrimine,& ſine metu expulſionis per quemcumque ſucceſſorem ſingularem, etiam ſi non foret in locationis inſtrumento præſtitum iuramentum, quo quidem pacto declinatur ob. ex l. emptorem. C. locati multo igitur magis, quando intercederet robur iuramenti quamuis † em- 2
ptor non afficiatur iuramento per alium præſtito Bald.in c.1. num.10. de iureiur.vbi ſucceſſor ſingularis non ligatur iuramento ſui auctoris, nec ratione periurij, nec ratione obſeruantiæ.Rip. reſpon.29.de oblig.p.2 Surd. conſ.194. in fin.ita ſane apud Rot.Auen.deciſione 108. Dummodo † pa- 3
ctum de non alienando ſit conceptum per verba directa reſolutiua principij contractus, quæ ſint apta ad impediendam dominij tranſlationem. Franc. deciſ.355. parte 1. Viuius deciſione 471. parte 3.Turret. conſil. 47.lib.2 alioqui,nec iuramentum,nec hypotheca generalis mereretur conductorem,excepto intereſſe per eum cõſequendo poſtquam fuerit ſeruatis ſeruandis liquidatum.Surd.pleno cõ-

ſil.335.quicquid ſenſerint. Natt. conſ. 174.numero 10.cum ſeq. & Roland.à Vall.conſil.62.num.38.& deinceps libro 2. Eſſet nihilominus aduertendum, an prohibitio alienationis cenſeatur realis: vel perſonalis, vt intelligantur comprehenſi in ſtipulatione, Rip.in l.Filiusfam.c.diui numero 110. ff.de leg.1.Iaſ.conſil.211.libro 2.Natta conſ 274.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula,in ſolidum,quid ſignificet.*
2 *Et quæ clauſulæ illi æquiparentur*
3 *Inueſtitura facta per clauſulam diſtributiuam,cenſetur facta inſolidum.*
4 *Ius accreſcendi quando habeat locum inter inueſtitos.*
5 *Inueſtitus cenſetur prius prouidiſſe poſteris ſuis,quam ſocio.*
6 *Clauſula pro quolibet eorum, an ſit diſtributiua, vel collectiua.*
7 *Dictio, Quiſque, eſt ſignum collectiuum.*
8 *Clauſula,per alterum ex eis, æquiparatur clauſula in ſolidum.*
9 *Clauſula exequutiua declarat.*

CLAVSVLA 288.

*Inſolidum.*

1 HÆc clauſula † ſignificat integritatem,reiecta omni diminutione,l.1. & Authent. Hoc itaque C.de duobus reis,& probat Menoch. in conſ.272.numero 79.

2 Huic clauſulæ † multæ aliæ æquiparantur,videlicet,clauſula, & quolibet ipſorum, quia tunc inueſtitura fa-
3 cta per hanc clauſulam † diſtributiuam, cenſetur facta in ſolidum, Doc. in l.ſi mihi,& Titio, ff.de verb.oblig. Bald.in l.vnic.C.quando non petent. partes. Socin. in conſilio 50. numero
4 1.vol.1. Quo caſu inter inueſtitos † eſt locus iuri accreſcendi.Decian.in conſil.226. Sed hoc non procedit, vbi alter ex inueſtitis decedat cum filiis, & deſcendentibus, quoniam vnuſquiſque cenſetur † prius prouidere ſibi,& 5
poſteris,& poſtea ſocio inueſtito. Alexand. in conſilio 119. numero 2. volum.5 & ibi numero 3. probat, quod licet hæc concluſio procedat iure feudorum expreſſo, tamen eſt de iure communi Romanorum,& valet in omni materia. Quemadmodum ergo filij alterius ex inueſtitis ſunt vocati ad portionem proprij parentis, ex filii vnius inueſtiti non vocantur ad portionem alterius inueſtiti,etiam decedentis ſine filiis,ita alter ex inueſtitis non cenſetur vocatus ad portionem alterius: quod argumentum dicit eſſe veriſſimum, & non habere dubium, Ruin. in conſil.47 numero 4.in fine volum.1.

Et ita illa clauſula,Pro quolibet eorum, † non eſt diſtributiua, ſed colle- 6
ctiua vniuerſalis, Alexand.in conſ.17. numero 8.volum.5.per text.l hoc articulo, cum ibi notatis per Doct. ff. de hæred. inſtituend.& l.ſi neceſſarias,§. ſi annua, ff.de pignorat. actione, & not. Bartol. in l. ſi creditores, C.de pact.& ideo Io.de Imola, in l.ſi pluribus §.primo, & in l Stichum,§. ſtipulatio, ff.de verborum oblig.reprehendit Angelum vbique tenentem, dictionem,quiſque,† importare ſignum 7
diſtributiuum,vt etiam atteſtatur Alexand.in d.numero 8.& Ruin. in dicto conſilio 47.num.5.vol.1. Magon. deciſ.Lucenſ.8. & declarat Bartol.in d.l. hoc articulo, numero 6.ff.de hæred. inſtituend. Alexand.in conſil.3.numero 14.& ſeq.volum.5.

Item æquiparatur clauſula, per alterum † ex eis,nam ſi plures facti fue- 8
rint procuratores abſque clauſula in ſolidum, ſed in clauſula ratihabitionis fuerit dictum, per alterum ex eis, tunc cenſentur conſtituti in ſolidum, ita quod

quod vnus ſolus poteſt totum exercere, & ita fuit pleniſſime deciſum. Achill.de Graſſ.in deciſ.1. de procurat.
9 vbi quod licet clauſula † exequatiua non extendat, tamen declarat, & ibi etiam quando clauſula ratihabitionis ampliet mandatum:& quomodo procuratores conſtituti in ſolidum,tenentur in ſolidum etiam de his,quæ ſeparatim faciunt,vide Rotam Genuæ deciſ.140.in antiquis.

SVMMARIA.

1 *Stallum in choro, quando quis dicatur habere.*
2 *Præcedentia non poteſt inferri ex ſtallo deputato ad vnum actum.*
3 *Clauſula, De inſtallatione in erectione nouæ dignitatis, quid ſignificet.*

CLAVSVLA 289.

*De Inſtallatione.*

1 STallum † in Choro dicuntur habere, quando vocantur ad congregationes,& proceſſiones,quæ fiunt in Cathedrali: nam tunc congregantur in choro, vbi ſtant, donec ordinetur proceſſio, ita declarat Rota in deciſ. 316.num.6. parte 2. in Nouiſſimis, & ideo diffiniuit ibi Rota, quod ſi ſtallus
2 eſt deputatus † ad vnum certum actum, non poteſt ex eo inferri ad præcedentiam in ceteris actibus dicti
3 chori. Et quid ſi clauſula † de inſtallatione fuerit appoſita in creatione nouę dignitatis,vide Mohed.in deciſ.25. de præbend.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Ponens alium in locum, & ius ſuum, quid importet.*
2 *Clauſula, Vt in rem ſuam propriam, importat dominij tranſlationem.*

CLAVSVLA 290.

*In ſuum ſtatum, & ius poſuit.*

1 IS qui ponit alium in locum,† & ius ſuum, & ſtatum, vt in rem propriã, vere eidem concedere dicitur, quod omnia faciat, quæ ipſe dominus facere poſſet, ſi præſens fuiſſet, Alex.in l.in prouinciali,§.ſi ergo. numero 9.& ff. de noui oper. nunciatione. Menoch. in conſilio 87.numero 32.volum.1. Et ſi addita fuerit clauſula, † vt in rem 2
ſuam propriam, ſignificat dominij tranſlationem, Alexand.in conſilio 8. numero 6.verſ. denique,vol.5. Crot. in l. qui Romæ,§.duo fratres,numero 133. ff. de verborum obligationibus. Ruin.in conſilio 125. columna penultima,volum.2. Grat.in conſil.60.num. 19. vol.1.Socin.iun.in conſ.116.numero 60. volumine primo. Roland. in conſ.34. qui tractant de diuiſione bonorum, cum huiuſmodi clauſula, Ponentes ſeipſos in locum ſuum, vt in rem propriam.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ipſo iure, ipſoque facto, non habet locum, niſi petatur.*
2 *Reſtitutio vbi ſit ipſo iure, neceſſaria eſt interpellatio.*
3 *Clauſula, ipſo iure, in ſtatuto ſuper delicto, importat crimen latæ ſententiæ.*
4 *Vaſſallus priuatus feudo ipſo iure, debet amoueri per declaratoriam.*
5 *Pœna ipſo iure impoſita, in quibus caſibus habeat locum ſtatim.*

CLAVSVLA 291.

*Ipſo iure, ipſoque facto.*

ISta clauſula † locum non habet, niſi 1
petatur, l.vniuerſa, C.de precibus Imper.offer.l.ſcimus, in princip.& ibi gloſſ. in verbo,ipſo iure, C.de inoffic. teſtam. Ripa,in l.de pupillo,§.meminiſſe, numer.18.de noui oper.nunciat. Cephal.in conſ.50.num.1. qui poſt alios,quos allegat; dicit,in caſibus quibus ſit reſtitutio † ipſo iure,eſſe neceſſariam ſaltem interpellationem extraiudicialem,& beneficium non confer-

ri in inuitum.l.inuito, ff.de reg.iur. & quando lex diſponit aliquid ad vtilitatem alterius, oportet vt ille acceptet vtilitatem, l.1.§. & poſt operis, §. inde quæritur ff.de nou.oper.nunciat. Cuman..in conſ.50.numero 2.

Si ſtatutum mandet, derobantem territorium ipſo iure,ipſoque facto eſ-
3 ſe rebellem, † hæc clauſula importat crimen latæ ſententiæ, Bald.in conſil. 480.numero ſecundo, verſ. & eſt crimen,volumine 3. Ideo quod eſt nullum ipſo iure, non præſtat impedimentum, cap.non præſtat, de reg.iur. lib 6. Ideo ſi prima electio, & prima collatio eſt ipſo iure nulla, ſecunda non impeditur,Ægidius conſil.10.numero 44.& ſequenti.Et quod nullum eſt ipſo iure, non eſt allegabile, Rom. in conſ.369.numero 16.

Quando vaſſallus † ipſo iure priua-
4 tur feudo, prius debet ſequi condemnatio,ſiue declaratoria,antequam ipſa priuatio effectum habeat, Alexand.in conſilio 103.numero 16.in fine,& numero 17.volumine 1 Ioan. de Anan. in conſ.32.in princip. qui atteſtatur eſſe communem opinionē, l. iubemus, §.ſane,C.de ſacroſ.eccleſ.l.in criminali,C.de iuriſdict.om.iud vbi gloſ. quæ communiter approbatur,Iaſ.in l.1.nu. 13.verſic. pro hac part. C.de iure emphyt. Ang.in conſil.371. numero 3.Tiraquel.in l.ſi vnquam,verbo, reuertatur,num.39.& ſeq. qui plurimos citat. Et hæc communis procedit, etiam ſi verba priuationis ipſo iure eſſent præciſa,Iaſ.in d.l.2.num.13.C.de iure em-
5 phyt. Huius † Regulæ Fallentias vide per Socin. in Reg.11. Sententia requiritur, & per Tiraquell.in d verbo, Reuertatur, à num.76.vſque ad num. 144. qui plurima adducit pro limitationibus.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, quod poſſedit tanto tempore, &c. an ſatisfiat ſi poſſedit, quis per centum annos.*
2 *Preſcriptio immemorabilis,& centenaria differunt.*
3 *Preſcriptio immemorabilis non probatur per ſcripturas.*
4 *Et quomodo probetur.*
5 *Immemorabilis continet tempus infinitum.*

## CLAVSVLA 292.

*Item vult probare quod poſſedit tanto tempore,&c.*

DE hac † clauſula ſcribit Bartholomæus de Capua in toto ſuo 1
Singulari 68. vbi dicit quod ſi quis vult probare, quod poſſedit tanto tempore, de cuius initio non eſt memoria,idem dicit eſſe,ac ſi vellet probare, quòd poſſedit per centum annos.Sed pace tanti viri,hæc opinio eſt falſa, quoniam præſcriptio † imme- 2
morabilis non eſt centenaria, nec iidem effectus ab vtraque ſequuntur. Zabarell.in capit.ſi diligenti.in fine,& ibi Felin.numero 13. de præſcriptionibus.Idem Felin.in capitulo nobis,numero 6.& in cap.in audientia numero 27 de præſcriptionibus. Couar. in Regula poſſeſſor, parte 2.§.3.numero 6. quos refert Molina in lib.2.de primogen.c.6.nu.45.vbi rectè infert,non ſatisfieri legi cētenariam pręſcriptionem requirenti, ſi probetur immemorabilis, hęc enim nedum centum, ſed & mille annos, & infinitum tēpus comprehendit,Oldr.in conſ.254.numero 18.Item,quia immemorabilis non poteſt probari † per inſtrumenta,neq; per 3
ſcripturas,vt per Canoniſt.in cap.1.de præſcript. libro 6.Ioan.Andr.nu.4.gl. vlt Anchar.nu.9.Franc.num.15.verſic. per inſtrumenta autem, gloſſ.in c.1.§. memoria,de præſcrip.libro 6 . quæ docet modum probandi immemorabilem, † ſemper dixit faciendam eſſe 4
per teſtes,tum quia hæc communis opinio,

pinio, quod teſtes nunquam viderunt, vel audiuerunt contrarium, non eſt res, de qua concipi poſſit inſtrumentum, tum quia ſi de immemorabili fieret ſcriptura, conſequenter de initio conſtaret, quod non admittit immemorabilis, † quę continet tempus infinitum, Oldr. in conſ. 254. num. 18. ſed hæc in centenaria admitti poſſunt, in qua huiuſmodi præfatæ rationes ceſſant. 5

SVMMARIA.

1 *Verbum, iurauit, quot modis verificetur.*

2 *Clauſula, iurantes, &c. refertur ad omnia in inſtrumento contenta.*

3 *Solet apponi ex ſtylo Notariorum.*

4 *Clauſula, Sponte iurauit, facit ceſſare præſumptionem metus.*

5 *Præſumptio, quę reſultat ex inſtrumento, tollit præſumptionem legis.*

CLAVSVLA 293.

*Iurauit, &c.*

1 VErbum iurauit, † ex ſui ſignificatione verificatur in iuramento verbaliter pręſtito, item in iuramento præſtito ad ſacra Dei Euangelia, manu tactis ſcripturis, cum in vtroque caſu verum ſit dicere eam iuraſſe. Ideo ſi ſecundum formam ſtatuti iurari debeat, ad Sancta Dei Euangelia manu tactis Scripturis, ſolemnitas ipſa pręſumi debet, Philipp. Prob. in additionib. ad Io. Monach. in c. licet, num. 2. de iureiur. lib. 6.

2 Iſta clauſula in fine i[n]ſtrumenti appoſita, videlicet, Iurantes, &c. † refertur ad omnia in ipſo inſtrumento contenta, & perinde eſt, ac ſi in quolibet pacto, & conuentione eſſet expreſſe iuramentum inſertum, Pariſ. in conſ. 87. numero 89. & pluribus ſeq. volum. 1. Et quamuis † ex ſtylo potius, 3 & conſuetudine notarium apponatur, Abb. in cap. cum contingat, col. 17. de iureiur. Ripa, in l. Centurio, nu. 80. de vulg. & pupill. & in l. fin. num. 181. C. de reuocand. donationib. Ruin. in coſ. 159. n. 16. col. 3. Curt. iun. in cōſ. 101. n. 10. Dec. in cōſ. 394. col. pe. & in conſ. 399. col. 1. Tamē ſi dicitur † ſpōte iurauit, vel iurarūt, purgat metū. Socin. in conſ. 59. nu. 28. vol. 1. Pariſ. in conſil. 5. num. 187 vol. 4. Rota de reſt. ſpol. in nou. dec. 18. Nam præſumptio, † quę reſultat ex ipſo inſtrumento, tollit pręſumptionem legis, ex Regula l. nam ita Diuus, ff. de reſt. in int. l. ſi ne poſſideris, Cod. de prob. c. litteris, de præſ. per quę loca ita probat Pariſ. de reſign. benefic. l. 13. q. n. 55. & ſeq. ſecus ſi notorie, & ex facti euidētia aliter apparet, vide Borgnin. Caualc. in dec. 32. num. 69. par. 2. qui alios refert. 4 5

SVMMARIA.

1 *Iuxta ſolitum clauſulæ declaratio & exemplum in venditione, vel locatione.*

2 *Promittens omnes aquas ſolitas decurrere ex tali fonte ad quid teneatur.*

3 *Iuxta ſolitum an referantur ad factum an ad ius.*

* CLAVSVLA 294.

*Iuxta ſolitum.*

SI in locationis, vel venditionis documento reperiatur, † proculdubio refertur ad id quod ſolebat competere locatori, aut venditori, exemplum eſt in clauſula, cum iure, & iuriſdictione aquarum iuxta ſolitum. Alba. conſ. 351. nu. 9. quia verba generalia debent etiam in contractu locationis, & conductionis reſtringi à præcedenti diſpoſitione, ideo ſi quis † promiſerit omnes aquas ex tali fonte ſolitas decurrere, & huiuſmodi vtatur verbis non ob id tenetur ad omnes aquas, ſed ad eas ſolum, quæ ſpectant ad fundum mox venditum, vel locatum, vt illa verba iuxta ſolitum, & ſimilia, quamuis generalia reſtringantur ex natura actus, cui tribuuntur, & negotij, quod agitur, & ſecundum æquitatem, ita Bim. conſ. 97. num. 49. cum ſeqq. vol. 1. † an referatur ad ius, 1 2 3

vel ad factum, melius ceteris explicat Lanarius conſ. 66. num. 5. & num. 6.

*Io. Bap. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Conductor prætendens remiſſionem penſionis ob inundationes, quid probare debeat.*

2 *Conductor prati, quando fiat remiſſio.*

3 *Conductor tenetur ſtare pacto in fauorem locatoris appoſito, niſi inundatio fuerit extraordinaria, prodigioſa, vel cum corroſione.*

4 *Conductor non tenetur ſubſtantia perdita, etiam ſi pactum contrarium intercesſerit.*

5 *Pactum de remiſſione facienda (in caſu inundationis ex flumine prouenientis) quomodo intelligatur.*

6 *Obligati ad contributionem expenſarum aggerum quibus cinguntur agri, quando teneantur.*

7 *Aggeres ſtruere pro aquis arcendis quando liceat remiſſiue, quive contribuant in aggerum conſtructione.*

* CLAVSVLA 295.

*In caſu inundationis, vel ruptæ fluminis.*

QVando ad conductorem refertur, qui vel ex pacto, vel ſine pacto prętendit remiſſionem penſionis ob plenitudines, & inundationes
1 aquarum, debet liquere † de damno fructibus allato. Hanc ob cauſam, quod ſit graue, vt aliàs dictum fuit, præſertim ex Surd. conſ. 34. tunc enim inundatio cedit periculo locatoris. Bald. conſ. 145. vol. 3. Alexan. conſ. 112. lib. 1. Cæphal. cõſ. 257. Surd. conſ. 197. Rim. iun. cõſ. 9. & 637. Boſſ. de remiſſ. merced. n. 100. Menoch. conſ. 855. n. 8.
2 & 20. Gallia. cõſ. 118. n. 18. Ideo † cõductori Prati ſit remiſſio, ſi tẽpore collectionis fœni ſuperuenerit inũdatio, ob quã fœnũ probetur venenoſum remãſiſſe, beſtijs idcirco infeſtũ, & ingratũ: Calcan. conſ. 24. Illuſtriſſ. Card. Tuſchus practicab. iur. cõcl. littera. C. concl. 615. num. 23. Ex pacto autem ad fauorem locatoris appoſito † tenetur 3
ſubire fortunam, & bibere calicem quem ſibi propinauit cõductor, dummodo non ſit inundatio extraordinaria, & prodigioſa. Fach. conſ. 70. lib. 3. vel non habeat permixtam corroſionem, quia † ſubſtantia perdita non te- 4
netur conductor, etiam ſi pactum contrarium intercesſerit, de quo non eſt curandum † tanquam ſit repu- 5
gnãs ſubſtantię contractus. Menoch. d. conſ. 855. num 23. Surd. d. conſ. 197. nu. 18. Steph. Gratian. Rom. diſcep. Forenſ. cap. 195. num. 6. quod ſi adiectum eſſet obligationi de remiſsione facienda, & de emendando damno (in caſu inundationis ex flumine prouenientis) non eſt intelligendum pactum de inundatione damnum dante per regurgitationem, ſed per reſtagnationem, vulgo (à ſtracollo) vt damni appellatio intelligatur de immediato. Rimin. iun. d. conſ. 637. num 28. Id quod non incongrue trahitur ad † obligatos in contributione 6
expenſarum aggerum, quibus præcinguntur agri, quos vere, & iudicio peritorum haud ſuſpectorum conſtat per ocularem inſpectionem omnium probationũ antiſtitem eſſe ſub tyranne alicuius fluminis, ne teneantur, niſi ſubiaceant prædia huic calamitati per reſtagnationem, vel ſaltem longe minus contribuant, quã facere oporteat habentes latifundia obnoxia corroſioni, & inundationi ſimul, quia plura vitia plus vitiãt, vel ſoli inũdationi per reſtagnationẽ, prout auditũ eſt ſuperinde extare ſuperiorũ ordines, & quidẽ õni rationi, ac ęquitate cõsẽtaneos, nec præmittimus locũ Menoch. conſ. 47. & Hector. Feliciani par. 3. Allegatione 5. n. 2. cũ ſeqq. ad obſeruãdũ, quãdo li-

do liceat ſtruere aggeres pro aquis ar-
7 cẽdis,& † ad constructionem aggerum neutiquam concurrunt reſpectu contributionis expenſarum qui commodum ex illis percipiunt ex quadam conſequentia: prout in ſponte non vicina in ſtruendo defendit ſubtiliter D. Bim.conſ 198.vol.2.

*Io.Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Indemnitas promiſſa defendit tam cui promittitur ab omni obligatione tam reſpectu ſortis, quam damnorum, & intereſſe, etiam quoad lites motas, n.2.*

2 *Promiſſor indemnitatis non poteſt conuenire ante principalem, & fideiuſſorem, etiam quod promiſerit ſoluere libere ad omnem creditoris voluntatem non obſtante iuramento, aut clauſulis renũtiationum, ibidem numero quarto.*

5 *Promiſſor indemnitatis ex quibus cauſis non teneatur.*

6 *De indemnitate in cauſa onerum diſſentit Author remiſsiue.*

7 *Verbum releuare quid ſibi velit quidque ſignificet.*

8 *Promittens indemnitatem non tenetur quoties principalis de cuius moleſtia ab initio dubitabatur, nolit ſtare conuentioni ob enormem læſionem.*

9 *Promittens facere aliquem ſecurum, vel ſecurum & cautum aut plene, & idoneè ad quid obligetur.*

* CLAVSVLA 263.

*Indemnitatem omnimodam promiſit, & de eum releuando à quacunque moleſtia.*

PRomiſſio indemnitatis pertinet ad conſeruandum eum, cui fit, ac defendendum eum ab obligatione,
1 † tam reſpectu ſortis, quam damnorum, & intereſſe, Alex.conſ.114. vol.3. Pariſ.conſ.109.num 37.cum ſeqq.vol. 1.Caſtrenſ.conſ.398. vol.1. Alba. conſ. 426.Sur.conſ.150.numero 1. cum ſeq. Hond.conſ.25. num. 1 lib. 2. Oſaſch. conſ 33.num 15.cum ſeqq. Benintend. deciſ.81.num.13.Barz.deciſ.Bonon.34. nu.2.Illuſtriſſ.Card.Tuſcus ſuis pract. iur.concl.littera I.concl.88 etiã quoad lites iam motas.Soc.ſen.conſ.70. vol. 3. Non tamẽ poteſt promiſſor indemnitatis † conueniri ante principalem, 2
& fideiuſſorem. Benintend. d loco n. 11. Gramma.deciſ. 379. etiam quod promiſerit quis ſoluere libere ad omnem † creditoris voluntatem. Caroc. 4
deciſ.36. num. 27. non obſtante iuramento, aut clauſulis renuntiationum. Seraphin.de iuram.priuil. 88. num.11. cum ſeqq.Hering. Oldemburg. tract. de fideiuſſ.cap. 26.n. 45. cum ſeqq. ſicuti conticeſcit virtus huius obligationis, † quando aliunde poteſt con- 5
ſeruari indemnis cui facta fuit promiſſio.Alex.conſ.114.n.2. Surd.conſ.345. num.4 vel quando damnum prouenit culpa ſtipulatoris Surd.ibidem,n. 3 quæ quidem plurimum conferunt ad perueſtigandum ſenſum indemnitatis promiſſæ in cauſa onerum, de quo argumento loquitur abunde. Crau.conſilio 95.233.& 937 Menoch. conſilio 156, Decia. conſ. 41. numero 136.& deinceps vol. 2. Alb. conſ. 115. numer.9.& ſeqq.lib.1.Cacher. dec.91. conſilio 34.

Iam vero prodeat verbum (releuare) quod ſecundum communem vſum † loquendi debet intelligi, vt de- 7
notet omnimodam liberationem, non etiam indemnitatem ex poſt facto, niſi ſimul prolata eſſet indemnitatis clauſula, præclare Alb.conſ 426. num. 1.& 2.volum.3. Excell D. Bim.conſilio 94. volum. 1. Carpan. ad Statut. Med.par.1.cap.413.num, 17. cum ſeq. ſed melius declarat Alb.in l. ſi ante,n. 3.cũ ſeq.ff.iud ſol.quod ſi principalis, de cuius moleſtia ab initio † dubitaba- 8
tur nolit ſtare conuentio ob enormem

læſionem, tunc promittens indemnitatem, vel exonus excuſatur Grammat.deciſ.102.num.105. Decian.conſ. 78.num.10.&55.vol.5. Et vero pro-
9 mittens † facere aliquem ſecurum, non obligatur dare pignora, vel fideiuſſores, ſed ſatisfacit promiſſioni ſic ſimpliciter conceptæ per ſtipulationem tantum: ſecus in promittente facere cautum, & ſecurum, vel adeſſet in promiſſione verbum plene, aut idoneè, aut res eſſet cum eo, qui iam haberet pro ſe hypothecam conuentionalem, aut legalem Bart. in l. 1. ff. de Prætor. ſtipul. Natta conſ.490.num.1. Soccin. Sen. conſ.93.nu.1.vol.1. Bertaz. conſilio 106.numero 8.vol. ciuil. Felician. tract. de ſocietate.c.32. num.49. par.2.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Obligatio in forma Cameræ reddit creditorem cautiorem, & citius exactturum.*

2 *Obligationis Cameralis efficacia conſiſtit in pluribus, vt n.3.4.*

3 *In actione Camerali poteſt agi via executiua, tum contra bona in ſpecie obligata quoniam in genere.*

4 *In actione Camerali non attenditur ordo ſed toleratur præpoſteratio cauſæ ad cauſam, & vnius cauſæ ad ſe ipſam.*

5 *Obligationis Cameralis, & rei iudicatæ effectus idem.*

6 *Obligatio Cameralis, an competat in iis quæ veniunt iuris interpretatione.*

* CLAVSVLA 297.

*In forma Cameræ.*

1 HViuſmodi obligatio † in forma Cameræ dicitur data ad efficaciorem cautionem, & faciliorem ſolutionem Burſat. conſil.361. vol.4. Gall. tract. de forma Camer. obligat. part. 1. quæſt.1.& 2.n.8. Gabr. conſ.67. num.8. vol.1.& conſ.73.num.2.vo.2. Efficacia † autem in multis conſiſtit, præſertim 2
vero quod non permittat exceptionem compenſationis Capyc. deciſ. 167. non differatur liquidatio incontinenti vel liber ſit contractus poſt tempus obligationis Cameralis Afflict. deciſ.381. Steph. Grat. Rom. deciſione Marchiæ 179.nu.9. cum ſeqq. impeditur allegari litis pendentiam. Surd. cõſ. 542.nu.14.vol.4 † amplius poteſt agi 3
via omnino executiua potiſſimum Saluiano interdicto, tam contra bona in ſpecie obligata, quam in genere Surd. conſ.513.nu.20.vol.4. etiam reſpectu eorum quæ ſunt narrata enuntiatiuè in inſtrumento Matta de clauſ. clauſula 98. ad finem †. Nec attenditur or- 4
do, ſed toleratur præpoſteratio cauſe ad cauſam, & vnius cauſæ ad ſeipſam. Ita vt ceſſet quoque excuſſio, & datur creditori optio eligendi viam, quam malit vnaque electa aliam aggredi, vt ex Soc. Cæph. Pariſ. firmat. Stephan. Grat. Rom. diſcept. forenſ. cap. 39.n.7.
† ſubiicit Turret. conſ.32.nu.12. vol.2. 5
quod obligatio Cameralis operatur idem quod res indicata.

Declarantur tamen prędicta † non 6
procedere reſpectu eorum quæ veniunt ex iuris interpretatione in quibus obligatio Cameralis minimè competit. Dummodo tamen allegentur, per viam actionis, ſecus ſi per viam replicationis Rot Rom. par.1. deciſ.741. ad fin. in nouiſſimis.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Patris: & extranei dotatoris differentia notatur circa effectum ſtipulationis de dote reddenda.*

2 *Stipulatio dotis reſtituendæ, quando etiam de irregulari reſtitutione ſit intelligenda, & cur.*

3 *Separationis thori in caſu quando dotem, & contradotem reddi non oporteat.*

4 *Rein-*

1 *Reintegranda dos alioqui perempta ſine culpa vxoris diuertentis à marito cum bona gratia viri vel in caſu inopiæ mariti iam conſignata vxori, poſtea euicta.*

* CLAVSVLA 298.

*In omni caſu, & euentu dotis reſtituenda.*

DIſtinctio hæc retinenda eſſet, vt ſi ex vi huiuſce ſtipulationis a-
1 geret † pater, vel extraneus dotator, intelligantur d. verba de reſtitutione regulari, & communiter contingente per diſſolutionem matrimonij, non de irregulari, & impropria, niſi dictum eſſet (in caſu reſtitutionis quomodo libet faciendæ) Rip. in l. ſi conſtante, num. 95. cum ſeqq. ibique Barboſa nu. 57. ff. ſolut. matr. Anchar. conſ. 119. Cuman. conſ. 93. cum adductis per Maſtrill. deciſ. 132. nu. 18. 22. & 23. par. 2. ſi verò mulier ipſa ageret ante obitum viri ob illius inopiam ſeruata forma ſtatuto, vel alia data per ſuperiorem, obtineret, cum memorata ſtipu-
2 latio pertineat ad fauorem dotis, † idcirco latius accipi debent verba pulcherrimè. Rom. conſ. 392. num. 2. & ſeq. quo etiam pertinet ſtipulatio reſtituendi dotem, cum de iure. Bald. conſ. 89. vol. 1. Gabr. conſ. 58. num. 48. vol. 1. Burſat. conſilio 374. vol. 4. Surd. conſ. 206. vol 2. & latiſſimè ex plicat hanc formulam Stracca. tract. de adiecto par. 3. n. 144. vſque ad num. 167. vnde in caſu exiſtentium liberorum ſtipulatio interpoſita à patre per verba, patris miſerantis reſpicientia caſum, quo filia prædecederet, vt plenè oſtendit illa clauſula vſitata apud nos apponi in inſtrumentis dotalibus, (quod Deus auertat) deſinit operari in fauorem ſtipulantis. Rip. de ſucceſſ. ab inteſtat. reſponſ. 3. numero 22. par 2. Fachin. conſilio 25. numero 17. lib. 2 ceſſat
3 quoque effectus ſtipulationis in † caſu ſeparationis thori citrà culpam mariti, vel ſecutæ Eccleſiæ cum bona gratia iugalium, vbi nominatim aliud non ſit conuentum, quoniam nec dotem, nec contradotem reddi tunc oportet per maritum inculpabilem. Rolan. conſ. 59. libro 4. Sim. de Prætis conſilio 147. Gabr. conſilio 161. volum. primo Natta conſ. 616. Vin. de Franch. deciſ. 144. & 312. Decian. conſ. 26. vol. 4. & conſil. 68. vol. 5. Theſaur. deciſ. 130. Steph. Grat. Rom. diſcept. forenſ. c. 189. ad nu. & capitulo 199. num. 11. cum ſeqq. Farinac. de delict. carn. quæſtione 14. §. ſæuitia. Praxis Archiep. Neapol. cap. 2. num. 3. Surd. de alim. titulo primo quæſtione trigeſimaſecunda numero 21. cum ſeq. quod ſi facta reſtitutione dotis prædium aſſignatum † periret, vel euinceretur, 4
mulieri tunc eſſet reintegranda Maſtril. d. loco in fin.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA

1 *Donata in præmium emancipationis, an conferantur cum aliis fratribus.*

2 *Donatio in præmium emancipationis poteſt fieri cum reſeruatione vſusfructus in vita patris.*

3 *Donatio in præmium emancipationis fraudulenta, vel inſolemnis nihili facienda eſt.*

4 *Donatio inter patrem, & filium requirit ſolemnitatem aliarum donationum.*

CLAVSVLA 299. *

*In præmium emancipationis.*

POtius patri præmium deberetur auctori tanti beneficij, quam filio vtcumq; quando tractatur de actu voluntariæ iuriſdictionis. Idcirco hæc donatio qualiſcumque ſit ſit præcipua filiis †, neque confertur cum aliis fra- 1
tribus niſi aliud expreſſerit pater quo tempore filium ſic emancipauit.

Alex. conſ.21. num. 5.& conſilio 112. vol.3. Clar. in §. donatio q. 8. num.5. Anton.à Sola in comment.ad conſtit. Sabaud. tit de donat. minor. decret. malitijs, Gloſſ.vnica, num.12.cum ſeq. Gabr. ſuis communibus tit. de donat. concl.1. num. 72.forte etiam penes ſe
2 reſeruato vſufructu, vt poteſt † Rip. de ſucceſſ.ab inteſt.reſponſ.3.num.20. cum ſeqq.p.2.vbi dimidium vſusfructus eſt patris, niſi eidem renuntiauerit pater, ſed duo debent concurrere, ſcilicet quod emãcipatio non conuincatur de fraudulentia, aut de ſimula-
3 tione :quia † nil operatur. Pariſ.conſ. 53.num.38 & 39.vol.1.Morot. conſ.52. Honded.in conſ.31.& 32. vol.1.niſi in caſu. Alex.d.conſ. 112. quia ibi aderat clauſula omni meliori modo, & alia concurrebant, quæ obſeruauit Laderch. conſ.8. num.6. & quod ſit ſo-
4 lemnis, quia† forma requiſita in donationibus, debet quoq; adhiberi inter patrem, & filium, Gallia. conſ.51. numero 49.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Onera ſoluta nomine alterius per obligatum quidpiam pendere annuatim integre: & ſine diminutione, an deducantur.*

2 *Conductori promiſſio facta per locatorem, in præſeruando illum ab omni onere quomodo accipienda.*

3 *Verba in ſtipulationibus contra quem interpretentur.*

*

CLAVSVLA 300.

*Integre, & ſine diminutione.*

AN prodeſſe queat hæc cauſula in materia collectarum, & onerum illi, cui fuit promiſſus annuus redditus integre, & ſine diminutione, præſertim verò locatori, cui conductor pro-
1 miſſionem huiuſmodi fecerit, vt † nec onera perſoluta nomine domini poſſint deduci, valde dubitari contingit cum Alex conſilio 133. vol. 5. etiam ex deductis per Illuſtriſſim.Cardinalem Tuſcum ſuis practicabilibus iuris concluſ.littera D. concl. 297. mihi tamen placet opinio contra locatorem, cum dicta verba poſſint in alio verificari: nimirum referri ad expenſas, ad Gabellam, & ad excludendam ſolutionem particularem, vt in puncto apud Vinc. de Anna ſingul. 414. quemadmodum intelligendam eſſe non ſemel interrogatus reſpondi, conuentionem, qua† locator ſe obligaret præ- 2
ſeruare conductorem ab omni onere, vel cum affictibus compenſare, quod pro oneribus exſoluiſſet, ne locator ſubeat onera tangentia laborerium, vel ſuper parte colonica impoſita, cum verba debeãt intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & veriſimilem intentionem proferentis, vltra quod ſit interpretatio † contra eum, ad cuius 3
commodum principaliter ſunt prolata: Surd.deciſione 43.numero 16.& deciſ.202 num.19. Facit l. ſtipulatio iſta. §.in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. apud nos. & act. re integra quid liceat, diſt.91. Vbi explicatur hæc aſſertio.

*Io.Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Ius iuri addendo facit deficere conſenſum in contrario actu.*

CLAVSVLA 295.

*Ius iuri addendo.*

IVs iuri, † & cautionem cautioni addendo, & non aliter, nec alio modo. 1
Hæc clauſula operatur, vt deficiat conſenſus, & nihil operetur in præiudicium contractus celebrati, argumen. notat.in l.ſi quidem, C de except.vbi Bald. quem ſequitur Barſat. in conſ. 101 num. 4. volum. 1. & vide Curt.in tractatu de feud. par. 4. principali quæſt.20.n.112.& Curt. ſen. in conſ.8. num.4.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Lecta, lata, facit præſumi ſcilam-*

*ſollemnitates ſententia.*

2 *Non eſt neceſſaria.*

CLAVSVLA 296.

*Lecta, Lata.*

1 OPeratur,† vt ſollemnia ſentẽtiæ, & recitationis præſumãtur, Bald. in conſ.348.in principio volu.4. Huic clauſulæ æquipollet clauſula præſente tali, & non conſentiente, quæ etiam probat ſententiam perfectam eſſe. Alex.in conſ.90. in principio, volum.1.

2 Sed huiuſmodi clauſula † in ſententia non eſt neceſſaria, vt probat Alex. in d.conſ.90.n 4.vol 1.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium quantumcumque liberum, ſemper debet eſſe à iure regulatum.*

2 *Clauſula, Liberum arbitrium, ad quæ reſtringitur.*

3 *Arbitrium liberum dat latas habenas.*

4 *Per Clauſ. Liberum arbitrium, quid poſſit fieri.*

5 *Et quid ſi addita ſit clauſula, Brachij Regij.*

CLAVSVLA 297.

*Liberum arbitrium.*

ARbitrium quantumcumque liberum conceſſum fuerit, ſemper
1 debet eſſe † regulatum ſecundum ius commune, Alexand.in conſ.65. num. 2. vol. 1. conceſſio liberi arbitrij non derogat illis, quæ legibus diſpoſita ſunt, niſi fuerit dictum. Marant.de ordine iudic.par.4.diſt.1.numer. 56. Afflict.in titulo de milite valuaſſor.num.
2 29. vbi quod iſta clauſula † reſtringitur ad ea, quæ conſilio reguntur, non autem extenditur ad ea, quæ legibus expreſſa ſunt, l.1.ff.ad Turpill. vbi Bald. & propterea clauſula ſemper reſtringenda eſt, vt quanto minus corrigatur ius commune quam fieri poſſit, l.finali, §.in computatione, vbi gloſſ. C.de iure deliber.

3 Etſi liberum arbitrium † det latas habenas, Gandinus in Tractatu de malefic.in titul.de quæſtionib. & tortur.num.41.tamen iudex non eſt ſolutus in totum, ſed adhuc eſt obnoxius iuſtitiæ. Marſil. in practica criminali, §.conſtante, à num.24.vſque ad num.31. Gandin.ibi dicit, quod arbitrium dare nihil aliud eſt, quam vt iudex ſecundum bonam conſcientiam procedat, & debet eſſe regulata à iuſto & æquo, Marſil.in practica, § diligenter, n.24. Pariſ.de Puteo, in tractatu de Syndicatu, in verbo, iudicare, cap.2. per totum, & infra n.28.

Per hanc † clauſulam nihil poteſt 4
fieri contra æquitatem naturalem, per quæcumque verba arbitrium liberum datum ſit, ſed ſolum eſt liber à regulis, quæ ſunt de iure gentium. Conſtantin. Rogerius in repetitione l.ſi ſic, ff. de legib. & in tractatu de iuris interpretatione, verſ 12.& vltimo. Item, operatur, vt poſſit auferri ius tertio, Bartol.in Extrauagant. Ad reprimendum in ỽ.videbitur: Si cum hac clauſula liberi arbitrij fuerit addita clauſu-
la Brachij regij, † ſecus eſt, quia omne 5
totum, etiam contra leges conceſſum dicitur, vide Felin.in cap.ex litteris, de Conſtitutionibus.

SVMMARIA.

1 *Liquidatio, an præcedat exequutionem inſtrumenti, vel rei iudicatæ interim ceſſione intereſſe.*

2 *Quid ſi debitor liquidationi ſe opponat?*

3 *Condemnatio ad ſoluendum quod liquidabitur per peritum, an & quando valida.*

4 *Liquidatio, an requiratur ſtante conſtituto, vel pacto ingrediendi propria auctoritate.*

5 *Pactum ingrediendi propria auctoritate aduerſus quos exerceatur.*

CLAVSVLA 304.

*Liquidatione facta.*

CErtum eſt, quod liquidatio debet præcedere executionem in-

ſtrumenti,imò etiam rei iudicatæ, nec antea poteſt peti intereſſe Bart.in l.inſtar C.de iur.fiſc. numero 10. Crauet. conſ.89.numero 5.Oſaſc.deciſ.129.nu. 6.Magon.ſub Rot. Lucenſ. deciſione 5.numero 2.Surd.conſilio 248.numero 12.Rot.Gen.deciſione 164 numero 6.iterum Surd.deciſ.216.numer. 6 Steph.Grat.Roman. diſcept.forenſ. cap. 183.nu.21.niſi † patens eſſet culpa debitoris iniicientis tricas, ne fiat liquidatio. Rot.Gen. deciſ.118. numero 2. cum ſeq.Felician.de ſociet.cap.24.numero 30.cum ſeqq.imò valet cōdemnatio † ad ſoluendum, quod liquidabitur per peritum, vel calculatorem electum à iudice, & mandabitur executioni, non ſecus ac ſi in ipſo inſtrumento, vel ſententia expreſſa, ac virtualiter contineretur liquidatio Oſaſc.d.loco, num.10. ſine appellatione, quandò non interueniret pronuntiatio iudicis declarantis rectè fuiſſe liquidatum, quæ non eſt neceſſaria. Couarr.libro 2.var.reſol.c.11.colum.4. Steph. Grat. d.loco numero 37. vſque ad fin.facit ratio conſiderata per Rot. Auen.deciſione 39. ad fin. vbi inquit de hoc idem iudicandum, quod de ſumma principali, cum ſit pars inſtrumenti executiui:Bar in l.1 numero 17.
ff.de leg.2 amplius † non requiritur liquidatio ſtante conſtituto, vel pacto ingrediendi propria auctoritate ſine licentia † iudicis:quod pactum poteſt exerceri, etiam aduerſus pupillum ſine tutoris datione & aduerſus Eccleſiam ſuccedentem debitori, quia in reali priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato non gaudet priuilegio Stephan.Grat. Rom. diſcept. forenſ.cap. 198.numero vlt.& Surd. conſilio 221. num.36.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Manutenere clauſula, vel ad ius vel ad factum relata habet tractum ſucceſſiuum,& quando declaratur.*

2 *Manutentio promiſſa ad quæ extendatur.*

3 *Manutentio, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia pertinet ad iudicem ad quem.*

4 *Manutenere relatum ad factum, quid ſit.*

5 *Conductor manutenere promittens trabacam ad tranſuerſum fluminis, ſeu clauſam manutenere ſuis expenſis, & reſtituere in fine locationis ad quid teneatur.*

## CLAVSVLA 305.

### *Manutenere.*

HOc verbum † aliquando refertur ad ius, aliquando ad factū, vtrobi habet tractum ſucceſſiuum, quandoquidem, ſi cedens promittat nomen debitoris manutenere bonum, nō ſufficit, quod debitor ceſſus ſit ab initio locuples, & idoneus, ſed requiritur perſeuerantia, alioqui non neceſſaria in ceſſione nominis debitoris etiam vti veri, & boni ſine qualitate manutentionis adiecta.Barz. deciſ.Bononien.110.num.20.ſimiliter debet intelligi manutentio † in quaſi poſſeſſione pręſtationum,ſeu ſolutionum annuarum, etiam perſonalium, ac cenſus pendente lite, † tam in prima inſtantia quam in ſecunda, & hæc in ſecunda inſtantia manutentio pertinet ad iudicem ad quem. Bero.conſil.119.nu.4.& 5 volum.3. Rot. Rom. deciſ.641.num.8.part.1.in nou.Capyc. deciſ.13.& deciſione 55. etiam oppoſita ſimulatione : vel pendente nullitate penſionis vel iniuſtitia poſſeſſionis, neque requiritur cautio, optime, Steph Grat.Rom.diſcept.Forenſ.cap. 113.num.20. vſque ad num.31. quatenus autem pertinet ad factum, † manutenere eſt conſeruare,ac ſuſtentare, non autem nouum facere, & ſic obli-

gat

gat promittentem ad impenſam in reficiendo, non ad faciendum de nouo, vt in molendino, & clauſula loquitur. Bald. conſil. 110. & 145. volum. 3. Surd. conſil. 121. num. 25. vol. 1. & Bim. conſilio 30. numero 18. vol. 2. Addo Fachin. conſilio 70. libro 3. defendentem conductorem † qui promiſerat trabacam ligneam adq; tranſuerſum fluminis ſeclusam manutenere omnibus ſuis expenſis, & reſtituere in fine locationis ne teneatur ſi cluſa, ſit deſtructa ab impetu aquarum vehementi, & præter earum ordinem.

5

SVMMARIA.

1 *Mercatoris libro circa conſignationem mercimonij de mandato alterius creditur.*
2 *Mercatoris libro creditur tantum in mercantilibus.*
3 *Liber mercatoris vt fidem habeat ſex requiritur.*
4 *Liber mercatoris non tribuit hypothecam.*

* CLAVSVLA 306.

*De mandato, & commiſſione talis.*

CODicibus, & libris Mercatorum, in quibus Mercator ſcribens dicit ſe tradidiſſe merces tali de mandato
1 alterius † eadem adhibetur fides, quę datur parcellis continentibus, quod merces fuerunt conſignatæ domino principali, ſicin puncto. Surd. conſilio 543. numero 9. verſ. ad primum, vol. 4. & egregie Steph. Grat. Rom. diſcep. forenſ. cap. 171. numero 8. ſic, quando duo ſunt annotati in libro debitores cum obligatione principaliter & inſolidum illis aſcripta, ſecus ſi decripta ſit
2 alia cauſa, † non mercantilis, veluti mutui, vel depoſiti, quo caſu non creditur libro mercatoris, tam matriculati, quam non Aretin. conſilio 45. Burſat. conſ. 224. vol. 2. Alb. conſilio 95. & 576. Stephan. Grat. d. loco numero 9. Gail. obſeru. 20. libr. 2. quando agitur de danda fide libro, vel ex ſtatuto, vel ex conſuetudine, ſecus ſi fides libri pēdeat à iuris communis diſpoſitione concurrentibus adminiculis, & † ſex 3
illis requiſitis, quorū meminit Guid. Pap. quæſt. 441. Surd. dec. 312. iuncto conſ. præallegato 543. num. 9. Borell. conſ. 82. num. 25. Ioſeph. Ludou. concluſ. 29. & 32. ſuis communibus Pacian. pleno conſil. 103. nam de conſuetudine hodierna probant libri mercatoris legalis, ac matriculati, etiam non concurrentibus omnibus illis ſex requiſitis. Stephan. Grat. d. loco non tamen † tribuunt hypothecam huiuſ- 4
modi libris, niſi poſt ſententiam, eamque executam Magon. ſub Rot. Flor. deciſione 76. numero 7. ſi tamen mercator matriculatus in Codice ſuo exprimeret verba obligationem bonorum importantia, ei eſſet credendum, ſicuti datur fides vbi agitur de obliganda alia perſona ſimul cum principali arg. l. 1. c. ne fid. dot. dent.

*Io. Bap. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Colonus, vel conductor melioransprædium non ſibi, ſed domino proficit ſtante dicta clauſula.*
2 *Emphyteuta ſtante dicta clauſula ob leuem deteriorationem.*
3 *Deterioratio, circa, vel extra ſubſtantiam quomodo conſideretur.*
4 *Emphyteuſis conceſſa ad meliorandum, &c. vſque ad tertiam generationem ſi ſit facta fertilis valde induſtria emphytheotæ, quid agendum finitæ generatione.*

* CLAVSVLA 307.

*Meliorando, & peiorando, &c.*

QVæ colliguntur ex ſenſu horum verborum tria ſunt, ſcilicet. Pri-

1 mo, vt colonus,† & conductor incumbat curæ prædij reddendo illius ſtatum meliorem, ſcilicet fertiliorem, & fructuoſiorem, non ſibi tamen, ſed quidem domino. Etiamſi ſimpliciter dictum ſit in contractu locationis ad meliorandum, vel vt melioret, & ſimilia verba fuerint expreſſa ita ex Bald. in l. Colonus. ff. locat. Io. Garz tract. de expenſ. & meliorat. cap. 14. numero 16. Secundum quod magis eſt colligitur,
2 vt † etiam ob leuem deteriorationem poſſit expelli emphyteuta alioqui non obnoxius caducitati, ob malam verſionem, quæ non ſit notabilis circa proprietatem: & doloſè facta Corbul. de iure emphyt. titulo de cauſ. priuat. ob rei deteriorat. numero 10. cum ſeq. Deciſ. Peruſ. 94. part. 2. & Fachin. conſilio 48. numero 15. libro 1. dicitur autem deterioratio extra ſubſtantiam †
3 quæ reſpicit ſolius emphytheotę damnum, vt in domo quæ non aptata minorem præbet commoditatem, vel ſi emphytheota de molendino liuellario amoueat vnam molam. Fachin. cōſilio 24. numero 11. libro 3. neque vera eſt ſententia eorum qui affirmarunt in emphyteuſi Laica requiri prę monitionem, vt emphytheota cadat ob deteriorationem, niſi eorum traditio intelligatur, quando deterioratio contingit ob factum negatiuum, ſecus ſi per factum affirmatiuum, veluti eſt inciſio arborum, vel malicioſa mutatio priſtini aſpectus rei ad inducendum incertitudinem probationis identitatis bonorum. Rom. & Alexan. in l. diuortio. §. ſi fundum ff. ſol. matrim. Fachin. dicto conſilio 48. numero 16. Addo in ſimili deciſione Afflictio. 370.

Accedit tertium quod in emphy-
4 teuſi † conceſſa ad meliorandum vſque ad tertiam generationem, ſi induſtria, & ſumptu emphytheotę facta ſit fertilis valde, vnum ex duobus fieri oportet finita generatione, ſcilicet vel melioramenta debent liquidari: mox perſolui, vel permittenda perſeuerantia in emphyteuſi Caualcan. deciſione trigeſima ſexta numero 447. parte ſecunda facit capitulo ad aures de rebus Eccleſiæ non alien. etiam ſi ab initio inueſtitura fuerit in formis Marz. cōſ. 16. numero 16. Capyc. deciſ. 105. Caſtr. conſilio 142. numero 2. Rip. de remed. prę ſeru. contra peſtem numero 256. vſque ad finem declarando cum Rot. Rom. deciſ. 312 & 360. part. 1 in nouiſſimis, Burſat. conſil. 330. numero 136. cū ſeqq. volum. 3. Honded. conſilio 85. volum. 1. ſed ſi promiſerit meliorare, & vites, aut arbores plantare, intelligitur ſuis expenſis, nec poteſt repetere, quia tale pactum eſt pars penſionis. Caualc. deciſ. 32. numero 48. parte 2. in omnem caſum permiſſio, ſeu licentia de faciendo melioramenta in fundo, intelligitur de moderatis, non de exceſſiuis, etiam ſi res ſit multum meliorata vltra quantitatem expenſarum, quia non videtur de hoc cogitatum, vnde impenſa facta vltra modum, reducitur ad modum arbitrio iudicis Crau. conſ. 3 num. 19. & Scot. conſ. 27. num 9. lib. 4. tom. 2.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Moderatoria verba: & reformatoria actus quæ cenſeantur.*

2 *Infrà, & infraſcriptum quomodo differant inter ſe.*

CLAVSVLA 308.

*Modo quo infra, vel prout infra.*

ALiud nihil ſuggerunt hęc verba, & quidem moderatoria, ac reformatoria actus,† quam exceptionē 1
quandam & reſtrictionem diſpoſitorum in pręcedentibus, quaſi verò moderatio ipſa refluat ad præcedentia: ſcicit

ficitque eadem qualitate, quæ comperitur expreſſa in diſpoſitione moderante, atque ita, quę inferiora ſunt, ad ſuperiora referuntur, ſicut dictio vt ſupra trahit ſuperiora ad inferiora, & habet vim repetitionis aliquando declarationis Bim. conſilio 151. num. 5. vol. 2. Alexan. conſilio 59. volum. 3. Peregr. conſil. 45. col. vltim. volum. 1. Bardellon. conſilio 99. numero 32. Menoch. conſil. 484. numero 12. Rhaud. reſpōſ. 30. numero 79. 90. 106. 193. & 195. volum. 2. præcipuè, ſi proferatur hunc in modum, Id eſt ſaluo, vt infrà: Diuerſam planè naturam ſortitur dictio, in-
2 fraſcriptus † cuius ſignificatio eò tantum tendit, vt cōtineat, quæ occultius poſſunt legi, ſic Menoch. conſil. 1020. numero 16. & 42. Bim. conſilio 229. nu. 32. vol. 3.

*Io. Bapt. coſta.*

SVMMARIA.

1 *Inueſtitura continens hanc clauſulam, an & quando poſſit dici noua.*

2 *Prælato inueſtienti cum hac clauſula non creditur, vt nec atteſtanti de euidenti vtilitate, & de aliis requiſitus præceſſuris inueſtituram, niſi aliunde liqueat de aſſertis.*

3 *Inueſtitura ſubreptitia eſt nulla, vel præſumitur erronea non conſtito de inueſtitura relata.*

4 *Vt dolis, ac variis machinationibus obuiam eatur non operetur, hæc clauſula niſi de ſcriptura relata conſtet.*

5 *In antiquis operatur hæc clauſula etiamſi non conſtet de relato.*

CLAVSVLA 309.

*Non nouam inueſtituram faciendo ſed veteres, & antiquas renouando.*

HÆc inueſtitura, in qua contine-
1 tur huiuſmodi clauſula † nō poteſt dici noua. Berret. conſilio 132. numero 8. Zuccard. conſilio 9. numero 39. cum ſeqq. Niſi noua pacta ſubiiciantur, vel canonis augmentum fiat. Burſat. conſilio 251. num. 3. volum. 5. vel niſi huiuſmodi verba proferantur in materia ſuſpecta, vt quando non conſtat aliūde de emphyteuſ., & prælatus facit ſine aliis ſolemnibus inueſtituram in laicum de bonis Eccleſiæ, quæ non apparent ſolita concedi in emphyteuſim, & quæſito colore dictę clauſulæ, atque quod adſint antiquæ conceſſiones alienat informiter bona Eccleſiæ, nam vel eſt erronea huiuſmodi inueſtitura, vel captioſa, vel ſubreptitia cum non credatur prę-
lato ſic affirmanti, † ſicuti non ſtatur 2
illius aſſertioni de euidenti vtilitate, de prę ambulo tractatu, de informationibus aſſumptis, niſi aliūde liqueat de veritate aſſertorum. Alciat. conſilio 82. lib. 5. Rim. Iun. conſil. 347. numero 67. cum ſeq. Creſcent. ſub Rot. Rom. de reſcript. deciſione 3. numero 6. Me-
noch. cōſil. 39. num. 27. cum ſeqq. Eſt † 3
enim inualida, ac nulla inueſtitura ſubreptitia. Ferret. conſil. 87. nu. 7. & ſeq. Dec. conſilio 18. numero 365. & ſeq. volum. 2. Borgn. deciſione 45. parte 1. vel præſumitur erronea non conſtito de inueſtitura relata. Alioqui eſſet aperta via malitiis, & fraudibus, cum facile eſſet contrahentibus inſimulare, & veluti ſomniari aliam præceſſiſſe inueſtituram etiam fingendo diem, annum, locum, & Notarium aliquem nominando, quem contra omnem veritatem aſſerunt eſſe rogatum referentes ſe ad inſtrumentum ſic machinatum ad ſuſtinendam alienationem informem non conſtito aliter de relato. Bald. conſilio 231. lib. 5. Caſtrenſ. con-
ſil. 17. libro 2. niſi † eſſemus in antiquis 4
cum vniformi obſeruantia contractus habentis dictam clauſulam Caſtrenſ. conſil. 89. colum. vltima volum. 2. Alexand. conſ. 90. num. 15. volum 6. Dec.

conſilio 42.numero 6.Ferret. conſilio 248.Bertazzol. conſilio ciuil. 46. numero 27. cum ſeqq. Borgnign. dicto loco. Alba conſ.83.col.2.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Mandamus vtens in ſecundo mandato his verbis cenſetur tam primo, quam ſecundo loco conſtitutos procuratores inſolidum conſtituere.*

* CLAVSVLA 310.

*Non reuocando aliquod, alius eius mandatum per eum factum, ſed potius confirmando, &c.*

SOLet plerunque in mandatis apponi huiuſmodi verba, quibus ap-
1 paret mandantem voluiſſe, † tam primo loco, quam ſecundo loco ſeorſim conſtitutos procuratores inſolidum eſſe ſuos procuratores, prout expreſſe eos conſtituit Bald. in rub. C. de inſtit. vltim. ſolum ante verſic.2. contra ff. de tutel. & in l. ſi quis procurator. § fin. ff. de procurat. Decian. conſil.11. numero 62. vol.1.

*Io. Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Verba principis interpretantur de iure.*

2 *Clauſula, non obſtante collatione, & prouiſione, intelligitur de inualidis.*

CLAVSVLA 311.

*Non obſtante collatione, & prouiſione.*

1 VErba Principis † quando ſunt præciſa, ſemper recipiunt interpretationem, & conditionem à iure, cap.2. de reſcript. & ibi notatur, Gloſſ. in capit. licet, verſ. exceptiones, de electION. cum aliis per Iaſon in l. quamuis, col. finali, ff. de in ius vocan. Et ideo per huiuſmodi clauſulam † non 2
tollitur ius quæſitum ex collatione, & prouiſione valida, ergo hæc clauſula ſemper intelligenda eſt de collatione, & prouiſione inualida, Compoſtellan. Io. Andr. Abb. & Felin. in capit. cauſam, de reſcript. Alexand. in conſilio 34 colum. pen. & conſilio 108. col. 2. volum. 6. cum ſimilibus per [illegible] cumulatis in l. finali, ff. de Conſtit. Princip. Dec. in conſ.292. num.2.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Non obſtante certo Canonicorum numero, quid operetur.*

2 *Canonicorum numeri mentio quando facienda non ſit.*

CLAVSVLA 312.

*Non obſtante certo Canonicorum numero.*

IDeo in litteris exſpectatiuis iſta clauſula apponi conſueuit, † quia aliter 1
Papa non intendit alicui prouideri in Eccleſia numerata, non facta mentione de numero, cap. conſtitutus, de reſcript. Secus eſt ſi canonicatus vacaret de præſenti, aut Papa mandaret prouideri de primo vacaturo, in quibus caſibus, neque de Canonicorum numero mentionem † fieri oportet, neque 2
ipſam clauſulam apponere: neutro enim caſu numerus frangitur ſecundum Doct. in d.c. conſtitutus, & ibi Compoſtellanus dicit eſſe notabile, & ita de ſtylo ſeruatur.

SVMMARIA.

1 *Præſumptiones quot oriantur ex Inſtrumento.*

2 *Clauſula, Non vi, dolo, cenſetur appoſita de voluntate partium.*

3 *Demonſtrat ſpontaneam voluntatem, & dolum excludit.*

CLAVSVLA 313.

*Non vi, dolo, &c.*

Ex

1 EX inſtrumento tres † præſumptiones oriuntur, quod ipſum ſit verum, item ſolemne, item quòd omnia à partibus prolata ſint, Bald. in l. ſecunda, numero 55. C. de reſcind.
2 vendit. Et ideo † hæc clauſula in inſtrumento cenſetur appoſita de partium voluntate, vt poſt Ruin. Curtium, & alios relatos probat Menoch. in conſ.37. numero 132. volum.1. Hæc
3 clauſula † demonſtrat ſatis ſpontaneam voluntatem, & dolum excludit, Abb. in cap. ſollicite, numero 16. in fine, de reſtit. ſpoliat. Socin. conſilio 59. nu.16. in fine, volumine 3. Neuizan. in conſ. 46. numero 22. & num. 36. Crauetta, in conſilio 461. numero 2. verſic. tertio.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, nulli hominum liceat, quomodo intelligatur.*

2 *Contradictio de iure non cenſetur prohibita.*

3 *Verbum, infringere, quid importet.*

4 *Verba, temerario auſu, quid importent.*

5 *Verbum, Contraire, quid importet.*

6 *Indignatio Principis in quo verſetur.*

## CLAVSVLA 314.

*Nulli hominum liceat.*

1 EST hæc clauſula comminatoria, † & non procedit, ſi iuſta, & rationabilis ſit contradictionis cauſa, ita enim declarant verba ſequentia, videlicet, infringere, & ei auſu temerario contraire: qui igitur contradicit de iu-
2 re, † huic clauſulæ non contrauenit, vt per Canoniſtas, in capit. in præſentia de probationibus, & vide Staphil. de litteris gratiæ, in titulo de vi. & effectu clauſularum, Rubrica, de clauſula, nulli hominum liceat. Infringe-
3 re, † importat malitioſam retractationem. Bar. in Extrauaganti, Qui ſint Rebelles, in fine, verbo, Infringere. Te-
merario auſu † importat etiam ſine 4
dolo, dummodo ex ſubtilitate fiat, Bartol. ibid. in verb. Temerario. Con-
traire, † fit diſſimulando, audiendo al- 5
legationes, vel diſceptationes, Bart. ib. verb. contraire: Attentare importat, etiam ſi ad effectum non perducitur,
Bar. ibid. ver. attentare. Indignationē † 6
importat, quod Princeps indignatus gratioſum non ſe exhibebit, Bart. ibid. verbo indignationem, Iaſ. in l.1. col.1. ff. ſi quis ius dic. non obtemperan.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, obiectione prolis illegitimæ, quid operetur.*

2 *Vitia illegitimitatis per quas clauſulas ſublata cenſeantur.*

3 *Clauſula generalis in legitimationibus, non operatur contra expreſſa.*

4 *Clauſula in vna parte diſpoſitionis, non refertur ad omnia.*

5 *Non refertur ad maiora.*

## CLAVSVLA 315.

*Obiectione prolis illegitimæ, &c.*

PEr hæc verba concipi conſueuit hæc clauſula in reſcriptis legitimationum, videlicet, obiectione prolis il-
legitimæ, ſiue modo prædicto, ſiue a- 1
lio conceptus ſit, & quacunque alia etiam maiori, penitus ceſſante. Huic æquipollet clauſula, aut aliter quomodocunque, etiam ex damnato, nefario, & inceſtuoſo coitu, etiam ſi plures, vel omnes defectus, ſimul, vel diuiſim in eo concurrerent, &c.

His clauſulis omnia † vitia ſublata 2
cenſentur, etiam ſi narrata non fuiſſent, Ruin. in conſ.68. numero 4 & in conſilio 73. num.14. vol.3. Gozadin. in conſilio 85. numero 23. quoniam ſi ex clauſulis colligitur intentio Principis, quod ſemper legitimauerit nunquam de ſubreptione, vel obreptione obiici poterit, Anchar. in conſ. 295.

Declaratur, quia ſi factum fuerit narratum expreſſe, vt pote, quia dictum fuerit, legitimandum eſſe natum ex ſoluto, & ſoluta, ſi poſtea pateretur alterum defectum, illa clauſula genera-
3 lis † nihil operatur, Gozad. in conſil. 48. num. 23. in fin. & numero ſeq. quia attenditur vera narratio facti, Rolan. in conſil. 89. num. 48 volu. 1. Socin. in conſil. 63. volum. 3. Menoch. de arbitrariis, caſu 203. numero 3. qui alios refert.

4 Item hæc clauſula † poſita in vna parte diſpoſitionis, non refertur ad totam ipſam diſpoſitionem, ſed ad immediatè præcedentia tantum l. talis ſcriptura, §. fin. de legatis 1. Bero. in conſil. 69. numero 13. verſic. quo vero volum. 1 Præſertim ſi præcedentia habeant ſpecialem ſuam determinationem, Iaſ. in d. l. talis ſcriptura, in princ. num. 37. Dec. in conſilio 213. numero 6. Boer. deciſione 146. numero tertio, Præſertim, quando in pręcedentibus
5 eſſet maior ratio, † ne admittatur ad feudum is, qui ex damnato coitu natus eſt, vt probat Rub. in conſil. 49. nu. 4. poſt Dec. in conſ. 213. & alios, quos refert.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Offerens chartam, & pecuniam, quomodo intelligatur.*

2 *Deponere non eſt ſoluere.*

## CLAVSVLA 346.

*Offerens Chartam, & pecuniam.*

RItus magnæ Curiæ Regni Siciliæ diſponit, quod infra decem dies computandos à data ſententia, teneatur dare chartam, & tertiam partem pecuniæ debitam pro expeditione proceſſus, per quæ verba neceſſario videtur taxare hoc tempus appellationis interponendæ ad dictos decē dies, ex Regula, l. Ad rem mobilem, ff. de procurat. & probat Ioſephus Cumia, ſuper dicto Ritu, num. 8 Et cùm tempore appellationis conſueuerit apponi hæc clauſula, Offerens † chartam, & 1
pecuniam: Nam oblatio ſola non ſufficit, l. ſi à te, C. de pactis, inter emptionem, & venditionem. Calderin. in cōſilio 281. in fine, alias eſt conſilio 3. de locationibus, & vide Boer. in dec. 124. num. 22. & ſeq. & cum ipſe Ritus loquatur per verb. Dare, neque ſufficeret depoſitio, quoniam dare eſt ſoluere, ſed deponere † non eſt ſoluere, 2
l. item libertas, § 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluatur. Bartol. in l. ſolutum, ff. de ſolutionibus. Dec. in conſil. 34. Tiraquell. de retractu, §. 1. gloſſa 3. numero 3. Rota deciſione 623. nu. 2. parte 1 in nouiſſimis.

SVMMARIA.

1 *Pactis beneuiſis procuratori clauſula, an voluntatem, vel arbitrium importet? diſtinguit author.*

2 *Quid ſi verſemur in mandato cum libera, & facultate donandi vltra mentem diſponentis.*

## * CLAVSVLA 317.

*Pactis beneuiſis Procuratori.*

AN ad voluntatem, vel arbitrium referatur dicta clauſula: ediſſerit Afflict. deciſione 91. nu. 4. & 5. diſtinguendo † inter caſum in quo non agitur de damno, vt primo caſu importent dicta verba arbitrium regulatum, ſecundo caſu neutiquam, frequentius tamen denotat arbitrium boni viri. Bart. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. & extrauag. ad reprimen. verb. videbitur. Burſat. conſil 395. num. 37 volum. 4. niſi agatur de mandato cum libera. Flamin. 2
Pariſ. de reſign. benefic. libro 9 quæſt. 7. numero 23. 30. & 42. cum ſeqq. vna cum donandi facultate vltra mentem diſponentis. Dec. conſil. 402. num. 9. & conſ.

& conſ.493. num.16.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Pactorum appellatione veniunt licita, honeſta,& permiſſa.*

2 *Patti vecchi, & modi vſati clauſula in quibus actibus verificetur.*

CLAVSVLA 318.

*Patti vecchi,& modi vſati.*

DE modis & honeſtis permiſſiſque à iure communi, & municipali intelligi debere † clauſulam hanc
1 etiam in conductionibus Gabellarum probat in terminis. Corn.conſil. 181. numero 2. & 6.vol.3. ſic præterea dictante ea præſumptione,vt actus præſumatur factus ex cauſa licita, plene in additionibus ad Magon. ſub Rot. Lucenſ.deciſ.25.littera F.Iaſon conſil. 158.lib.2. † Rurſus verificantur prædi-
2 cta verba in actibus vniformibus,non difformibus Crauett. conſilio 9. numero 27.

*Io Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Biennium de quo in dicta clauſula incipit tempore inueſtituræ.*

2 *Quid ſi aliter conuentum ſit inter partes.*

CLAVSVLA 319.

*Per biennium continuum ceſſauerit ſoluere.*

AMbigitur, & contenditur non raro, quando incipiat curſus huius temporis pro ſuſtinenda vel excludenda caducitate, tandem verius eſt placitum eorum,qui conſueuerunt
1 eſſe † attendendum tempus conceſſionis atque inueſtituræ non etiá terminorum ſolutioni deſtinatorũ Cornbul.de iur. emphyt.titulo vlt. quæſt 1. Caball.conſ.134 col 1.& 2. † niſi forte
2 actum aliud cõſtet inter partes, quod inueſtitura incipiat alio tempore.Borgnin.deciſ.43 numero 45.part.1. Carpan.ad Statut. Mediol.parte 2.c. 109. numero 26.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Periculi appellatione,quando includatur fortuitus caſus.*

2 *Caſuum aliquorum incluſio,an ſit aliorum non nominatorum excluſio.*

3 *Caſus ſolitus, & inſolitus quis dijudicandus remiſſiue.*

4 *Turbatio tertij non debet nocere conductori impedito ſine eius culpa vti bonis conductis, non obſtante ſuſceptione periculi.*

CLAVSVLA 320.

*Periculum, Fortunam,& Riſigum.*

NOn ſine magno fructu ſimul apponuntur huiuſmodi verba in locationum,depoſitorum,& aſſecurationum nauium inſtrumentis, vt reiiciant omne damnum in conductorem, & in depoſitarium, etiam caſu fortuito contingens:alioqui † non venit caſus fortuitus nomine periculi 1
tantum. Iaſ. in §.ſed iſtæ. numero 53. inſtit.de action.Laderch. conſilio 65. numero 3.Rip.de Peſte; tit.de priuil. contract. cap. peſt. numero 68. cum ſeqq. Boſſ.ſua praxi. titulo de remiſſ. merced.cond. numero 61 & 62. Caroc.de locato titulo de caſibus.quæſt. 1.ita tamen,quod vnius caſus,vel duorum caſuum fortuitorum tantum facta mentio, ſine nota ſimilitudinis † 2
non extendatur ad omnes alios caſus ſimiles, multo minus in ſolitos valde Iaſon conſ.107. libro 1.Rimin iun.cõſilio 637.Barz.deciſ.57.Stephan.Grat. Rom.diſcept.forenſ.c.195. Alb.conſil. 1.num.8.Rip. de peſte d.titulo de priuileg.contract.cauſa peſt.num 69.97. & 101.cum ſeq.Caroc d.loco quæſt.2. Quis autem dicendus ſit caſus inſoli-

3 tus, † & quis ſolitus, exponit Menoch. de arbit.iud.caſu 80. numero 7. cum ſeq.& conſil.27. num.14. Surd.deciſ. 326.numero 53.Alb.d.loco,ſed ſi periculum contingat culpa illius, cui facta reperitur promiſſio, perperam promiſſor vrgetur.Menoch. conſilio 671. col.vltim.libro 7. ſcitiſſime. Theſaur. iun.quæſt.47.libro 2.quæſtion.forenſ.
4 idem quoad † turbationes tertij: ob quas conductor non poteſt vti re conducta: nam non tenetur per ſuſceptionem omnis periculi. Montepic. conſ.76.num.18. Rim.iun. conſil.632. numero 35.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Gratia, Perinde valere, quid ſit.*
2 *Clauſula, perinde valere, quando, & in quibus caſibus concedatur. An retrotrahatur præiudicium tertij.*
4 *Tollit effectum diſpenſationis.*

## CLAVSVLA 321.

*Perinde valere.*

HÆc eſt potius ipſamet gratia, quam clauſula gratiæ, ſed quoniam à multis pro clauſula allegatur, placuit hic ſubnectere, eſt qui-
1 dem gratia † conualidatoria, & ideo præſupponit gratiam conualidatam præexiſtere, Geminian.in conſilio 11. numero 2.verſic.quoad reſcriptum, & in conſilio 128.num.3.& ſeq.verſ.nam gratia, vbi quod eſt quædam confirmatio primæ conceſſionis, & ordinatur ad hunc finem, vt conualidet primam, & numero 6.dicit, quod eſt additamentum ad primam, & regulatur eiſdem legibus prima, Anchar.in conſilio 405.num.2.verſ. ſed videndum. Retrotrahitur quidem ad primam, dummodo tertio nō tollatur ius quæſitum vel in re, vel ad rem, Gemin. in conſilio 11.n.3.& d.conſ.128.n.6. in fi.

Quando hæc clauſula † valeat, & 2
in quibus caſibus concedatur, ponit Rebuff.in practica beneficiali, rub.de reſcript. & perinde valere, numero 2. & ſeq.item Mandoſ.in practica ſignaturæ Gratiæ, in verbo, perinde valere, & quando † in medio non eſt obſta- 3
culum, retrotrahitur vt ex nunc, & quomodo differat à confirmatione, vide Rebuff.ibid.numero 4. Io.de Selua in Tractatu de benef. parte 1.quæſtion.6.numero 11.

Hæc clauſula tollit † defectum di- 4
ſpenſationis, Rota in deciſione 436. num.2. parte 1.in nouiſſ. plura ſcripta ſunt de hac clauſula in Digeſtis nouiſſimis, tom.6.titulo Gratia.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ponatis ad meum computum, quis obligetur.*
2 *Litteræ cambij ſi non acceptantur, ipſe ſcribens remanet obligatus.*
3 *Probant ad fauorem tertij.*

## CLAVSVLA 322.

IN litteris cambiorum ex vſu mercatorum, hęc clauſula † apponi con- 1
ſueuit; (e ponete a conto mio) quo caſu, ſi is ad quem litteræ mittuntur, illas ſoluere acceptauerit, ipſe ſolus acceptans remanet principalis debitor, qui in debitum ſcribentis ſolutum poſuerit, Bald.& Salicetus in l pro debito, ff.de bon.authorit.iudic.poſſiden. Bartol. in l. ſingularia, num.19. & ibi Addentes ff ſi cert.pet. Cuman. in l. delegare, ff. de nouationibus. Strac.de mercatura, tit de decoctoribus numero 5. Alexand.in conſil.78.num.2.vol. 1.Gozadin.in conſ.23.nu.6. & 10. Soc iun.in conſilio 122.nu.30.vol.2.Maſcard. in rubr.de probat n.306. & ſeq. Fel.in c.cum M.n.36.de Conſtit.Pariſ.in conſil.47.num.15.& ſeq.& conſilio 90.n. 7.& conſil.91 per totum, & conſil.112. num.44.vol.1.Verum ſi litteræ, † cābij 2
non

non acceptantur, ipſe ſcribens adhuc remanet obligatus, Socin.iun.in conſ. 27.volu.2. Stracca in Tractatu de aſſecurator.gloſſ.11.numer.20.& ſeq. v-
3 bi etiam num.46.quod dictæ litteræ † probant etiam ad fauorem tertij, & ita fuiſſe iudicatum Romæ, atteſtatur Crauett. de antiquit. tempor. parte 1. num 41.vide Burſatum in conſil 39.vbi hæc clauſula,& ſimilia ſcribit.

## Summaria.

1 *Clauſula,ponet res in Inuentario,quæ ad ſui notitiam deueniet, quis ſit effectus.*
2 *Liberat hæredem à pœna.*
3 *Repellit præſumptionem doli.*
4 *Inuentarium non vitiatur.ſi hæres non deſcribat res, quæ de nouo peruenerunt ad notitiam.*

## Clausula 323.

*Ponet res in Inuentario,quæ ad ſui notitiam deuenient.*

1 IN fine † Inuentarij iſta clauſula apponi conſueuit,& prodeſt hęredi, ſi ignorauerit, ſecus ſi ſciuerit, Bart in l. item ſolent,numero 4.ff.de offic.præfect.vrb.& operatur,quòd liberat hę-
2 redé à pœna impoſita in dicta l.finali,C.de iure delib.quia illum liberat à præſumptione iuris,& de iure,de qua in l finali, C.arbitrium tutelæ. Item
3 repellit † doli præſumptionem, Bald. in Authent.Sed cum teſtator,num.18. C.ad leg Falcid. per not. in l.1.C.Vti poſſidetis,& in l.ſi duo, ff.eod.& in l. ſi quis in tantam,C.Vnde vi.vbi etiam
4 Bald ſubdit,At ſi poſtea hæres † non obſeruauerit,quia res,quæ ad ſui notitiam deuenerint, in Inuentario non appoſuerit, non propterea amittit beneficium Inuentarij, quia quod legitimè factum eſt ex ſuperuenienti cauſa non vitiatur,argumen.l.quid ergo, in princip. ff. de his qui notant. infami.

## Summaria.

1 *Stipulatio poſt mortem collata hodie valet quid in donatione, & mandato num.2*
3 *Donatio cauſa mortis, & inter viuos quomodo dignoſcatur.*
4 *Donatio inter viuos, quæ ſolemnia requirat.*
5 *Clauſulæ, an in executiuis, an diſpoſitiui ſint poſitæ quantum referatur.*

## Clausula 324.

*Poſt mortem,&c.*

HOdie ſtipulatio collata poſt mortem † valet & l.ſcrupuloſam.,C.de contrahend.& com- 1
mittit ſtipulat. §. poſt mortem inſtit. de inut.ſtipulat. Imo etiam † manda- 2
tum,ac donatio;ſed aliud eſt quod in partibus diſpoſitionis inſtrumenti,veluti donationis exprimuntur,hæc verba (dono poſt mortem) aliud vero intelligendum eſt quando quis promittit tradere poſt mortem inducendo l. quoties C.de donat.quæ ſub modo,† 3
nam in primo caſu inducta eſt donatio cauſa mortis, quia d.clauſula indicat cauſam finalem, quę mouit donãtem ad ſic donandum, & verba ſunt poſita in diſpoſitiuis, quæ idcircò denotant ſubſtantiam donationis. In ij. caſu definitum eſt, quid ſit donatio inter viuos ob vim verborum executiuorum,quæ ſunt adiecta cauſa demõſtrationis,& non ſinunt interpretari actum in donationem cauſa mortis. Rebuff. in l.alienatam. § donationis colum 3 ad fin.ff.de verb.ſign. Steph. Grat.Rom.diſcept.forenſ.cap.98.numero 26.quod valde confert † propter 4
ſolemnia, & irreuocabilitatem, quæ conſideratur,& exigitur in donatione inter viuos non alia donatione cauſa mortis.Plot.conſilio 54.numero 35 & ſeq Pacian. pleno conſ.52.Caroc plena deciſ.84.Cæterum † plurimum re- 5
fert in qualibet materia, an clauſulæ

ſint poſitę in executiuis, vel in diſpoſitiuis, id quod certis modis dignoſci docet Laderch. conſ. 1. num. 13. cum ſeq. Menoch. conſ. 255. nu. 36. ac deinceps. Surd. conſ. 402. num. 32. Oſaſch. deciſ. 164 Vincent. de Franch. deciſ. 6. Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 3. num. 7. Scrad. de feud. par. 2 cap. 3. num. 68. cum ſeq. Roſental. eod. tract. cap. 9. membro 1. concluſ. 40. littera C. Declarando cum Theſaur. Iun. quæſt. 53 lib. 2. quæſt. forenſ.

Hæc quoque deferri poſſent, quæ paſſim circumferuntur de conſtituto collato poſt mortem conſtituentis: quod præſtet ſine clauſula, ex nunc, prout ex tunc: & quod cum hoc clauſula: ex Dec. conſil. 247. Celſ. Hug. conſ. 53. num 6. Caroc. deciſ. 3. nu. 6. Natta conſ. 189. Alb. conſ. 103. Theſ. deciſ. 38. Fontanell. de pact. nupt. clauſula 4. glo. 3. & 4.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula (poſt omnem vſum aquarum) intelligitur de vſu primitiuo non de ſecundario qui prouenit ex emiſſorijs, ſeu ſcolatitijs, quod tamen declaratur numero 2.*

2 *Seruitus terminum facit non modus prædiorum.*

* CLAVSVLA 325.

*Poſt omnem vſum aquarum.*

PLeniſſimè expendit ſenſum horum verborum Menoch. cõſ. 1120. lib. 12. qui defendendo cauſam propriam concludit vt intelligatur d.
1 clauſula † de vſu primitiuo, non etiam de ſecundario qui prouenit ex emiſſoriis, ſeu ſcolatitiis, quæ deſcendunt ex pratis irrigatis: ſed quia in caſu ſuo tractabatur de duabus ſpeciebus a-
2 quę: nimirum † primæ viæ & ſecundariæ: verbiſque illius conceſſionis in toto illo conſilio examinatæ complectebantur aquas orientes ex fontibus, & alias ſuperabundantes pro irrigandis pratis tam factis, quam fiendis. Ideò ſit poteſtas habendi prædium dominans deriuandi aquas, etiam ſcolatitias ad irrigandum vltimam quoque palmam ſuorum prædiorum, qua facultate non potiretur ſine commemoratione aquarum ſcolaticiarum, eoque minus pro nouis pratis abſque ſpeciali prouiſione circa prata fienda per regulam l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. quia † ſeruitus terminum facit, non 2
modus prędiorum l. non modus C. de ſer. & aqua, Surd. conſilio 27. nu. 6. cum ſeqq. vol. vbi ad multa infert quotidiana in forenſibus negotijs.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Potentiores incapaces emphyteuſis domino directi ſe ſe opponente.*

2. *Prohibiti capere bona emphyteotica, an habeant ius retinendi.*

CLAVSVLA 326. *

*Præter tamen in inueſtitura Laicalia vel Eccleſiaſtica.*

AD extenſum comprehenduntur potiſſimum † Fiſcus Eccleſia, & 1
alij inter potentiores relati, de quibus apud Contard. de mom. poſſ. limit. 1. n. 87. vſque ad num 104. ne t. emptionis, aut æquipol. enti vel ex cauſa voluntaria qualem præfert delictum, bona emphyteotica in eos tranſeant: Alijs autem modis transferri poſſunt. Alex. in l. ſi finita §. de vectigalibus num. 36. ff. de damn. infect. Fachin. conſ. 75. nu. 15. lib. 1. Burſ. conſ 122. vol. 1. & 199 vol. 2 præſertim vero iure tranſlationis, vel ſucceſſionis vniuerſalis. Anch. conſ. 165. 167. & 420. Bero. conſ. 93. num. 57. & conſ. 94. vol. 1. vbi remouet arg. Alex. conſ. 120. vol. 1. Corbul. de iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob mort. ciu. num. 10. Clar. in §. emphyteuſis. q. 29. & 33. Surd. conſilio 521. Fachinus libro 3. controu. iur. c. 55. Pereg. de

de iur. Fiſc.lib 1 tit.5.n. 120. Guazzin. de confiſc. bonorum concl. 13. limit.
2 33.poteſt tamen in his †caſibus Eccleſia retinere per annum à die declarationis voluntatis domini inchoandum, non vltra, iuxta declarationem noſtram remed. 105. tract. de remed. ſubſid.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Arrhæ, quæ dantur in quolibet contractu ſecuto eo, vertuntur in partem ſolutionis pretij conuenti.*

2 *Arrhæ ante implementum contractus, arguunt contractum perfectum.*

3 *Arrhæ præſtatione, an & quando res deſinat eſſe integra.*

4 *Pignus datum loco arrharum licite retinetur, pro intereſſe parati adimpleri ex ſuo latere contra pœnitentem.*

5 *Arrhæ quando perduntur per pœnitentiam ſine iuſta cauſa.*

* CLAVSVLA 329.

*Pro Arrhis.*

CVm Arrhæ intercedant cuilibet contractui, & pro pacto de vendendo, & pro ſponſalibus l. 3. C. de ſponſal. §. 1. Inſt de empr. & vend. Bal. in l. vlt. C. quando lic. ab empt. diſced.
1 † de natura arrharum, eſt, vt ſequuto contractu vertantur in partem ſolutionis, interim vero præſtant argumen-
2 tum † contractus celebrati. l. fin. ff. de leg. commiſſaria. Alciat. conſilio 96.
3 lib 8. numero 4. 12. & ſeq. † nec illarum datio facit deſinere rem eſſe integram, niſi quando liquet eſſe datas pro parte pretij, quo caſu non receditur à contractu. Bald. conſilio quadrageſimo ſexageſimo nono, numero ſecundo. Iaſ. in l. ab emptione nume-
4 ro quarto ff. de pact. quod ſi pignus ſit datum pro arrha prout poſſe ſic dari arrhas defendit Iaſ. in l. Titia numero trigeſimoquinto Digeſtis de verborum oblig. poſſet quidem retineri pro intereſſe parati implere contractum ex latere ſuo contra pœnitentem; ſicuti † aliquando perduntur ar- 5
rhæ in caſu pœnitentiæ ſine iuſta cauſa. Federic. de Sen. conſilio 194. niſi partes ſteciſſent in finibus nudæ promiſſionis arrharum, quia non eſt obligatoria huiuſmodi promiſſio. Bart. conſilio 45. lib. 1. & vero Sanchez. tract. de matrim. lib. 1. diſput. 36. numero 9. concludit contra iniuſte reſilientem, vt ſuas perdat arrhas, & quas accepit reſtituat quo pacto peruenitur ad pœnam dupli præſcriptam in l. vlt. C. de ſponſal.

*Io. Bap Coſtæ.*

SVMMARIA

1 *Emphyteuſis poteſt diuidi inter emphyteutas.*

2 *Diuiſioni factæ inter grauatos quando ſtandum ſit.*

3 *Diuiſio quando ſit valida etiam in præiudicium filiorum.*

4 *Primus acquirens ex titulo oneroſo, an poſſit præiudicare filiis.*

5 *Renunciatio filiæ cum promiſſione de non contraueniendo, quid operetur.*

6 *Filia quæ renunciauit, quomodo excludatur.*

7 *Renunciationis effectus ſemper durat, etiam fratribus decedentibus.*

8 *Renunciatio de futuro, & pactum reale operantur ſine iuramento.*

9 *Agnatus renuntians excludit ſe de numero agnatorum.*

10 *Renunciatio ob enormiſſimam læſionem, an & quando reſcindatur.*

11 *Renunciantis filij an admittantur.*

12 *Filius hæres quando excludatur à feudo ex pacto, & prouidentia.*

13 *Renunciatio an habeat clauſulam, ſi ſibi ſucceſſio deferatur.*

14 *Statum quod filia dotata excludatur, interpretatur ſi à quocumque fuerit dotata.*

15 *Statuti verba quando ſonent in rem.*

## Clavsvla 328.

*Promiſit non contrauenire.*

SCripſi generaliter de hac clauſula ſupra in clauſ. 99. Nunc ſpecialiter agendum eſt de duobus caſibus, in quibus ſemper apponi conſueuit, videlicet in diuiſione, & renunciatione.

Circa primum articulum, emphy-
1 teuſim † poſſe diuidi inter emphyteutas communiter receptũ eſt, Clar. in §.emphyteuſis, qu. 14. quia diuiſio eſt permutatio non alienatio, l. cum pater, §. hæreditatem, in ſecundo, de
2 leg 2. vbi quod ſi inter grauatos † reſtituere hæreditarias portiones fiat diuiſio, ſubſtituti coguntur accipere partes, quæ obuenerunt in diuiſione, loco portionum, quæ eiſdem debebantur, pro indiuiſo, & ita tenent Bar. Bal. Alb. & Caſtr. & ita filius grauati, licet non ſit hæres diuidentis, tamen tenetur ſtare diuiſioni factæ per patrem diuidentem, Caſtrenſ. in conſ. 125. col. finali, verſ. decimo, volum. ſecundo. Idem in feudo diuiſo, Alexãd. in conſilio ſexageſimo, columna prima, verſ. ex iis ſequitur reſponſio, vol. 3. ideo prohibita alienari non prohibentur diuidi, Alex. in conſilio 25. nu. 21. volum. 1. Item ſi in diuiſione acceſſerit conſenſus domini, omnino eſt valida in præiudicium diuidentium, Alex. in d. conſil. 25. Albert. Brun. in conſ. 66. Pariſ. in conſilio 10. vol. 1. Socin. in conſ. 278 num. 9. volum. 1. Curt. in Tractatu de feud. par. 4. numero 122.

Hæc multo magis procedunt, ſi appoſuerint hanc clauſulam: Et promiſerunt non contrauenire propter eius effectus, de quibus in d. clauſ. 99. Et
3 tunc diuiſio † erit valida, etiam in præiudicium filiorum, & agnatorum, Alexand. in conſilio 50. nu 2. volum. 6. cum aliis ad hoc allegatis per Scrader. de feud. parte 8. cap. 7. num 14. multo magis ſi ipſi diuidentes fuerint primi acquirentes ex titulo oneroſo, nam ideo etiam filiis in inueſtitura vocatis, præiudicium facere potuerũt, Alexand. in conſ. 124. num. 8. volum. 5. qui atteſtatur de communi, Gozad. in conſ. 25. n. 18. Soccin. in conſ. 127. n. 10. vol. 3. Put. deciſ. 66 par. 1.

Et licet multi teneant contrarium, quando inueſtitura eſt conceſſa pro
ſe, & filiis, vt pater primus † acquirens 4
ex titulo oneroſo, non poſſit præiudicium facere filiis, vt de communi atteſtatur. Iaſ. in l. 2. nu. 207. C. de iure emphyt. cum aliis per Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 16. tamen Rota declarauit, vt hæc communis procedat, quando filij ſunt vocati nomine proprio, ſecus ſi eſſent vocati nomine communi, vt filij, per conſilium 36. Romani, & ad hoc eſt illa deciſio vulgatiſſima 36. Achil. de Graſſis.

Alter articulus eſt, ſi filia dotata à patre renunciauerit omnib. bonis paternis, & maternis, fraternis, & ceteris,
& promiſerit non contrauenire, † e- 5
tiam per Aquilanam ſtipulationem, nam tunc ipſa renuncians dicitur ſe ſubduxiſſe de medio, ita quod pro mortua habenda ſit, neque amplius de ea quærendum ſit. Paul. de Caſtro, in l. plane, §. ſi duobus, col. 3. de legatis primo, Capic. in deciſ. 158. & eſt caſus in c. 1. de eo qui finem fecit agnatis, nam abdicat ſe de numero eorum, qui de iure ſuccedere poſſunt, ſicut dicimus in emancipatis de iure duodecim tabularum, & in adoptiuis, vt §. ita demum inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.

Item ad bona renunciata † amplius 6
non datur regreſſus, l. quæritur, § ſi venditor, ff. de ædilit. edicto, l finali, C. de remiſſ. pignor. cum aliis per R. l. in conſ. 28. nu. 41. vol. 4. item quod filia quæ renunciauit, ita excludatur ab inteſtato, ac ſi is, cuius bonis renun-

renunciauit, teſtatus deceſſiſſet, firmarunt Bar. & Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. vbi Crot. num. 26. aſſerit eſſe communem opinionem, Soc. iun. in conſ. 56. Gabr. in commun. concl. in tit. de iure dotium, concl. 1. nu. 4. Menoch. in conſ. 6. nu. 18. Vaſquius de ſucceſſion. lib. 2. §. 18. requiſito 25. Limitatione 1. n. 113. & non conſideratur quod renunciatio† ſit facta contemplatione fratrũ,
7
nam pater ſingulatur renunciationem pro ſe, filijs, & hæredibus, & licet poſtea fratres renunciantis ſint mortui, tamen effectus renuntiationis durat, Dec. in conſ. 31. col. 3. ver. tertio, non obſtat, Crot. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. Item, quia interuenit pactum reale, & renunciatio † iuris de futuro, quo caſu, etiam citra iuramentum renunciari poteſt, l. 1. vbi Gloſſa, & doct. C. de pact. l. hæredi, §. filia, ff. eod. Dec. in d. conſ. 31. ✠. non obſtat. Item interuenit promiſſio de non contraueniendo, atque Aquilana ſtipulatio, ideo licet ceſſauerit cauſa renunciationis, quia fratres propter quos facta eſt mortui ſint, tamen renuncians non poteſt vlterius agere, quia ius fuit deductum in pactum, Roman. in conſil. 22. in 2. dubio: quem ſequitur Anton. de Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, Socin. in conſil. 34. ✠. ſed prædictis videtur obſtare, vol. 4. Sic etiam dicimus, vbi agnatus† ita renunciat ipſi iuri de ſuccedendo, excludit ſe de numero agnatorum, & ita videtur actum, vt nunquam poſſit ſuccedere, l. 1. §. quibus. ff. de ſucceſſ. edicto. Ideo dixit Aret. in l. 1. num. 3. C. de pact. quòd per pactum poteſt renunciari non ſolum iuri de futuro, quod habet cauſam de præſenti, ſed etiam ei, quod non habet cauſam, neque ſperat de præſenti, & ſi renuntiauit prædictis hæreditatibus deuoluendis ab inteſtato, erit renunciatio intelligenda ex cauſa de futuro, ita arguit Socin in conſ. 288. in fine, & eſt communis opinio, vt atteſtatur Hieronym. Cheuall. in ſuo Tractatu Communium, contra communes, q. 115. & quæſt. 116.

8

9

Neque conſideratur quod de bonis fratris non fuit dotata, quando ſtatutum ſimpliciter excludit dotatam, vt inferius dicam: Neque per renũtiationem poteſt dici enormiſsimè lęſa, quia ob enormiſsimam læſionẽ renunciatio † non reſcinditur, niſi 10
conſtet de læſione, & de ipſius ſcientia tempore quo renunciatio facta eſt. Rota deciſ. 655. parte prima, in Nouiſſimis. Item, vbi renunciatio eſt conformis ſtatuto, & ambo concurrunt, tunc mulier renuncians nullatenus recedere poteſt, etiam ſi eſſet lęſa, Dec. in conſilio 26. in fine, verſic. vltimo non obſtat. Grammatic. deciſ. 101. num 74. Bertrandus in conſ. 51. n. 10. & ſeq. vol. 1. & hanc opinionem latè defendit Burſat. in conſ. 248. 249. & 250.

Neque filij ipſius renunciantis † 11
poſſent admitti, qui ſunt hęredes matris, & tenentur habere ratum factum defuncti, Bald. in l. qui ſe patris, col. antepenult. C. Vnde lib. quando igitur ex perſona propria poſſent ſuccedere, obſtaret ſibi factum, & renuntiatio matris, per regulam l. cum à matre, C. de rei vendic. Ideo Napodanus in Conſuetudine Neapolitana, incipiente, Si moriatur, in verbo, ſucceſſores in fine dicit, quamuis feudum ex pacto
† & prouidentia iure proprio non hę- 12
reditario competat, tamen filius hæres non confecto Inuentario, ab illo exludit. Andr. in c. 1. Qui ſucceſſ. teneantur, & in c. de alienat. feudi paterni, cum ſimilibus, quia non confecto Inuentario, hæres non poteſt contrauenire facto defuncti, etiam in illis quę nullo modo habentur à patre, & penitus ſunt ſeparata à iure hæreditario,

L l.

l.finali, C.de iure deliber. l. Vranius, ff.de fideiuſſoribus. Neque obſtat
13 quòd matris renunciatio † habet clauſulam tacitam, Si tibi ſucceſſio deferatur, & ita ſtrictè interpretatur, vt ſibi tantùm præiudicium facere voluerit, non autem hæredibus. Quia quando fecit pactum de non petendo, & promiſit non contrauenire etiam per Aquilianam ſtipulationem, ſemper intelligitur renunciaſſe pro ſe, & ſuis hæredibus. Item, vbicumque renunciatio non fit gratuito, ſed dote recepta, tunc filij renunciantis neque ex perſona propria poſſunt ſuccedere, & tali caſu non fit interpretatio, ſi ſibi ſucceſſio deferatur Raphael Cuman. & Paul.de Caſtro, quos benè defendit Dec.in l.pactum quod dotale, quia tunc cenſetur perpetuo, & pro omnibus renunciaſſe, ita conſuluit Dec. in conſilio 181.col.penult. & ita fuiſſe bis iudicatum atteſtatur Caſſaneus in conſilio 47.Franch.in c. quamuis, de pact. lib. 6. Rubeus Alexandrin. in conſilio 42.in 3. dubio, columna finali.

Hæc multò magis procedunt, ſi ex-
14 ſtaret ſtatutum, † vt filia dotata excludatur, quoniam ſufficit à quocumque dotatam eſſe, etiam ſi ab extraneo, ad effectum vt ipſa dicatur excluſa, Alex. in conſilio 29.num.6.vol.1.Paulus de Caſtr.in conſil.91 n.2.vol.2. Anchar.in conſil.168.in princip.Corn.in conſ.32. num.9.& ſeq.vol.3. Dec. conſil. 346. num.4.verſ.ſecus, & conſil.378.numero 8 Mandell.conſ.98.numer. 4. Teſſaur.deciſ.62.num.2. & hanc opinionem ſequuta eſt Rota, vt per Put. deciſ.284. parte prima, & in cauſa Balneoreg.Caſtrorum 6. Maij 1594. coram Pamphil. & in cauſa Romana hæreditatis de Sellis, 16.Ianuarij 1608. coram Ottembergio. Nam cùm ſtatutum ſimpliciter loquatur, ipſius ver-
15 ba ſonant in rem, † Caſtrenſ. in conſ. 91.num.2. volum. 2 Et conſiderat fauorem agnationis, & ſexus maſculini, Gabriel.in conſ.15.num.1.& n. 13. vol. 1.& ratio excluſionis eſt primaria, ratio dotationis eſt ſecundaria, Caſtren. in d.conſilio 91.num 13. Teſſaur.d.deciſ.62.num.3 Et attenta mente ſtatuti, ſequeretur maximum abſurdũ, ſi frater toties teneretur dotare ſorores, quoties de excluſione ab aliqua ſucceſſione ageretur, Caſtrenſ.in d.conſ.91.n.9. Aldobrand.in conſ.2.n.134. verſ. aliàs enim.

SVMMARIA.

1 *Promiſſio rati, quid contineat? diſtinguit Author.*
2 *Promiſſio in inſtrumentis pacis, quos comprehendat?*
3 *Nullitas contractus liberat promiſſorem de rato.*

CLAVSVLA 329.

*Promiſſionis de Rato.*

IN noſtris commentariis ad §. Cato. l.4.ff.de verb.oblig. prope diem ex videndis docuimus, quod † hæc pro- 1
miſſio rati continet duo, ſcilicet actum facti, & effectum iuris, & preterea ſi agitur de ipſo promiſſore, continere tractum ſucceſſiuum: ſi ad tertium referatur ſic promittentem etiam cum renuntiationibus in forma, non habet vim ſucceſsiuam, ſed ſecuta ratificatione totali atque valida liberatum intelligi promiſſorem, eſto, quod aliam ob cauſam ratificans oppugnet actum ratificatum. Gram. deciſ. 102. numero 99 cum ſeqq. Surd.conſilio tertio numero 36.cum ſeqq.Cæph.conſilio 115. Fachin.conſilio 74 numero 16. & ſeq. libro primo.

Amplius hæc clauſula in inſtrumen-
tis pacis † ſcilicet, cum promittitur 2
quod agnati, & cognati ratum habebunt, pertinet ſolum ad præſentes, non etiam ad eos, qui tunc temporis haberi non poſſunt, puta naſcituros poſt annos non paucos, ita ex Marſ. con-

conſilio 9. notat Laderch. conſilio 20. numero 7. Quod ſi principalis contractus ſit nullus † promiſſor liberatur.
2 Fachin. conſilio 73. numero 12. libro 1. An ſit differentia inter promiſſorem rati, & talem ratum habiturum, expendit ſcitè Bimius, conſ. 56. colum. 1. Ripa Reſponſ. 4. numero 31. de iure gent. & ciuil. ſcribit, promittentem de rato ſtatim abſque vlla interpellatione teneri curare, quod alius ratificet: potiſſimum ſi promiſſio ſit iurata, cum iuramentum habeat vim interpellationis.

*Io. Bap. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula (pro omni, & toto eo) habet vim compenſationis tam in contractibus, quam in vltima voluntate.*

2 *Vxori relictæ vſufructuariæ generali cum dicta clauſula denegatur vſufructus, & dotis conſequutio exploſa differentia illa an dictum ſit in & de vel ſuper bonis, vel ſimul dictum ſit in & de ac ſuper hæreditate.*

CLAVSVLA 330.

*Pro omni, & toto eo.*

MVlta referuntur à noſtratibus ſigna compenſationis factæ, & fiendæ, de quibus apud Socin. Iun. conſil. 173. libro 2. Fachin. libro 5. controuerſ. iur. cap. 35. Morott. conſilio 31. & Honded. conſ. 50. libro 2. cætera inter prodeat clauſulæ prædictæ virtus iuxta pleniſſimum conſilium Surdi
1 112. † tàm in contractibus, quàm in vltima voluntate exploſa illa differentia, an dictum ſit in, & de, vel ſuper bonis, aut ſimul dictum ſit, in, &, de, ac
2 ſuper hereditate: vtrobi enim † vxori relictæ vſufructuariæ generali cum d. clauſula denegatur conſecutio vtriuſque ſcilicet vſusfructus, & dotis, vt contra Signorol. defendit Natta conſilio 410. numero duodecimo Surd. de aliment. titulo 9. quęſtione 16. numero 36. Stephan. Gratian. Rom. diſcept. forenſ. capitulo 134. numero 29. cum ſeqq. Decian. conſ. 108. num. 14. cum ſeq. volum. 3. vbi latè de vi dictionis (ſuper.)

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Matrimonij onerum cauſæ ceſſatio quod præſtet.*

2 *Viduæ quando debeantur interuſuria dotis.*

3 *Dotis lucrum non ceſſat præmoriente vxore ſine liberis. Dum pendet dilatio ad dotem perſoluendam.*

CLAVSVLA 331.

*Pro oneribus Matrimonij.*

CAuſa onerum matrimonij omninò verificari, & adimpleri debet ſi maritus poſcat interuſuria, vel velit dotem lucrari ob ſtatutum, vel præambulum pactum, ita vt non ſufficiat ſola proteſtatio, quod de per ſe non ſtat. Ideò ceſſante cauſa onerum matrimonij, vel culpabiliter, vel fataliter, ceſſat quoque dotis petitio, & conſecutio, quando aliter ſtatuto non eſſet cautum, l. pro oneribus C. de iur. dot. Alexand. conſ. 129. numero 2. volum. 7. Bero. conſ. vlt. numero 41. & 42. vol. 2. cum adductis per eximium I. C. D. Manent. conſilio 70. numero 40. & ſeq. nec dicitur ceſſare cauſa onerum per obitum vxoris cum filiis, qui ſunt pignora coniugalis affectus, quorúmque educatio reponitur inter onera matrimonij: Idem Manent. conſil. 14. numero 20. quam ob cauſam hæredes primi viri tenentur ſecundo viro ad interuſuria dotis nondum reſtitutæ, dum durant vires ſecundi matrimonij. Bart. conſilio 128. libro 1. Steph.

Grat.Rom.deciſ.Marchiæ 26 num.10.
2 cum ſeq.è contra vidua † ſine filiis nil poteſt prætendere nomine interuſuriorum ab hæredibus mariti,niſi poſtquam erunt conſtituti in mora per interpellationem, & liqueat aliundè de intereſſe viduæ.Abb. conſ. 39. lib. 2. Afflict. deciſ.284 Bald.conſ. 86.vol.2. Crau.conſilio 189.Rol.à Vall.conſ.55. lib.2.Plot.ad l.ſi quando n.458. vſque ad num.466.C.vnde vi Surd.de alim. tit.5 quæſt 22.Theſaur.deciſ 43.& 44. Sufficit aliquando deſtinatio ad onera matrimonij quoad lucrum dotis, non etiam quoad interuſuria(alimenta appellant ) quando ſocer feciſſet pactum cum genero quod non teneatur dare dotem,niſi vſque ad quinque
3 annos † ſi interim moriatur vxor, nihilominus vir facit lucrum dotis. Surd.de alim.tit.1.qu.42.numer.54.& ſeqq.Dec. rat Phanucc. de lucro dot. ver.reſtituenda.n.38.Carpa. ad ſtatut. Mediol.p.1.c.298.nu. 246.cum ſeqq. quicquid aliis viſum ſit ex Iaſ. in l.ſi donatarius.col.vlt.ff. de cond.cau.dat. Gram.deciſ.97.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Pro prima vice clauſula ad exequutionem actus,non ad factum refertur.*
2 *Pro vna vice,in gratioſis quid operetur.*

* CLAVSVLA 332.

*Pro prima vice,vel pro vna vice.*

REfertur non incongruè clauſula (pro prima vice) ad effectum, &
1 executionem † actus,non ipſum factum Steph. Grat. Rom. for. diſcept. cap 53 num.23 ſequens autem clauſu-
2 la in † gratioſis efficit gratiam perſonalem, & in omni diſpoſitione reiicit extenſionem. Dec. conſ. 442. Burſ. conſilio 281.numero 34 volum.3. Flamin. Pariſ.de reſig.benef.lib.2. quæſt. 4 num.61.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Creditor confitendo minus debitum ſibi quod ad reliquum præiudicat, quoties clauſula pro reſto, & pro ſaldo, eſt addita,niſi addita eſſent verba aliqua reſtrictiua:quod quomodo fiat declaratur num.3.*
2 *Creditor petens pro reſto ex computatione rationum,ſi adſit error de errore poteſt docere neque ſibi præiudicat.*
3 *Reſtans pretium quomodo accipiatur.*

CLAVSVLA 333. *

*Pro reſto,& pro Saldo: vel,reſtans autem debitum.*

HÆc clauſula hoc præſtat, vt creditor † qui minus ſibi debitum 1
fatetur quam ſibi reuera deberetur,ſibi quod ad reliquum attinet præiudicet,vt notat glo. in l. ſi ex pluribus in verb.reliquum D.de ſolut. & ad eum locum Ang.nu. 4. & Imol. & docent interpretes,& præcipuè Bald.& Salyc. ad l. ſi quidem. C. de tranſact. idem Bald.ad l.ab Anaſtaſio num.10.in fin. C.mand.Paul.Caſtr.ad l.2.num. 5. C. de hæred. inſtit. qui affirmat cautos mercatores numquam addere huiuſmodi clauſulam, & Iaſ.ibid. nu 7.qui admonet creditorem debere eſſe cautum in huiuſmodi clauſula non apponenda.

Limitatur tamen primo niſi peteret pro reſto ex computatione rationum,quia † tunc de errore poteſt do- 2
cere,l.1. de erro.calcul.& tradit Salyc. ad eam l.ſi quidem nu.3. in fin. C. de tranſact.latiſſime Steph. Grat. Rom. diſcep.foren.c 3.n.2.cum ſeq.

Limitatur ſecundo, quando addita eſſent aliqua verba reſtrictiua, tunc enim clauſulæ hunc effectum non operarentur, veluti quia dictum eſſet (per ſaldo della preſente liſta) vel(per reſto del debito vecchio ) tunc enim hoc dum taxat præſtat, ne creditor poſſit ratione illius crediti quidquam

con-

conſequi.Gratian.Roman. prænotato loco.clauſula enim hæc generalis (pro reſto) reſtringitur ad ſpecificata, vt probat eleganter text.in eadem l.ſi ex pluribus ff.de ſolut. Bertaz.tract.clauſularum,clauſula 35.gloſſ.11.

3 Porrò reſtans † debitum accipitur bifariam, primo namq; quod de preſenti reſtat tempore inſtrumenti: ſecundo quod in futurum reſtabit vſque ad tempus quod præſcriptum comperitur implemento ſecuro:veluti menſuræ, calculorum redemptionis & huiuſmodi: ſic ſane impellente natura participij, quod reſoluitur in relatiuum: & indicat tempus præſens, vel in futurum,gloſſa in clem.1.verſic. dignitatibus, de præbend. Alexand. conſilio 119.num.3.volum.2.Menoch. conſilio 294. numero 6. & 7. Imo inducit conditionem, quando penitus abſolutè:vel quando eſt iunctum verbo futuri temporis.Bart.in l.1.numero 34.cum ſeq ff.de condit. & demonſt. Roland.à Vall.conſilio 43.num.34.& ſeq. volum. 4. alioqui nec conditionem importat, nec trahitur ad futurum. Alexand.conſilio 28. numero 5. vol.1.& conſilio 2.numero 15. volum. 4.latiſſimè Cardinalis Tuſcus practicabilibus iuris concluſionibus, littera P.concl.101. Idipſum optimè probat Beret.loquens de libro rationum conſilio 257.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Aquæ ſeruitutem ex puteo vicini habens an amittat illam ob noui putei conſtructionem in proprijs ædibus.*

2 *Pro,dictio quid præſtet.*

3 *Seruitus reſtringitur ad neceſſitatem prædij dominantis.*

4 *Vſus proprij locatoris neceſſitas plurimum poteſt*

5 *Æmulatio conſideratur etiam in aquis.*

6 *Seruitutum obligatio eſt præciſa, nec in his admittitur præſtatio intereſſe.*

CLAVSVLA 334. *

*Pro vſu domus venditæ.*

DVbitatum aliquando fuit circa ſenſum d.clauſulæ: quando dominus binarum ędium contiguarum, in quarum vna non adſit puteus,eamque vendidit cum iure, & facultate hauriendi aquam ex puteo alterius domus venditæ, nunquid conſtructo puteo per emptorem in domo ſic acquiſita ſileat ſeruitus iam impoſita, fortè per text.in l.ſi quis alia ff.quemadmodum ſer.amitt. Mihi probatetur opinio contra prætendentem poſthac vti d.ſeruitute ſcilicet,†poſt.d.putei conſtructionem,non quidem ex d. 1
l.ſi quis alia, quia hæc lex exigit temporis à iure conſtituti fluxum,vt ſeruitus amittatur, per l.ſi communem. §. 1. & per l. antecedentem. d.legem ſi quis aliàs:ad quas ſe remitti. Duaren. d.loco Surd.conſ.121 numero 21.vt in ſimili obſeruatur de vſu alterius viæ, vel itineris prætermiſſo pro tempore inſufficienti ad perdendam ſeruitutem.Sed conſidero vim illius dictiunculæ † (pro,) & indolem ſeruitutum 2
realium,illa enim importat cauſam finalem:qua ceſſante protinus ceſſat effectus diſpoſitionis. Bald. conſil.340. numero 2.volum.3. Oldrad.conſ.162. Oſaſch.deciſ.171. numero 5.cum ſeq. & numero 15.Rim.Iun.conſil.203 numero 70. & cumulatè Franc.March. deciſ.858 parte 1 Atqui hæc fundata eſt, ac omninò defixa in indigentia prędij dominantis, quam ſitim extinguit,depellitque nouus puteus. l.1.ff. com.præd.l. ergo & l. veluti ff.de ſer. ruſt.pred. Confirmatur ex traditis per Surd.conſil.27. numero 8. & conſilio 41.num.1. quia ſeruitus permiſſa ad vſum alicuius prędij, † reſtringitur ad 3

id, quod eſt neceſſarium pro illo vſu. Accedit ſimile, quod habetur in l.æde. C.loc.vbi fit poteſtas locatori intempeſtiue expellendi conductorem pro
4 vſu proprio †, ſcilicet neceſſario, niſi huic iuri renuntiatum eſſe oſtenderetur. Surd.conſilio 103 Vallaſch.de iur. emphyt.quæſt.22.numer.2. cum ſeqq. Caroc.de locato part.2.tit.de recuſat. primę editionis. Additio ad Bertaz. conſilio crimin.595. vſque adeo, vt nec ad hæredem locatoris, aut ad ceſſionarium tranſeat iſthæc facultas. Surd. d.conſilio 103. numero 12. Stephan. Grat.Roman.diſcep.forenſ. capit. 217. numero 19.Burſat.conſilio 422.vol.4.
5 Tentari etiã poſſet, an ęmulationē, † vel quaſi redoleat velle vti in puteo ſeruienti non data maiori bonitate aquæ illius poſt nouum puteum æque bonum & præterea commodiorem: obex enim iſte truderet emptorem ab vlteriori vſu aquarum primi putei arg. not. per Alexand. conſ.174.volum.2. Iaſ.conſilio 150.numero 18.vol.2.Alb. conſilio 187.Burſat. conſilio 57. vol.1. & Gail. obſeru.27. cum ſeq. libro 2. quod ſi prædictę meditationes forte non placerent ingenio peritorum, aut non ſatisfacerent deſiderio ſubtilioris ob aliquas circumſtantias facti adhuc non deguſtatas, cogendus eſſet
6 dominus prędij ſeruientis † pręſtare patientiam, eamque ſucceſſiuam, à qua nec quidem pręſtando intereſſe ſe eximeret per Lharum, ff.ſi ſer. vend. Bartol.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.& Lancellot.Galliaul.in l.2.§.& harum numero 27. vbi notat Alexandri incogitãtiam, dum cenſuit in ſeruituribus obligationem non eſſe pręciſam, ſed obligatum liberari pręſtatione intereſſe ff.eodem de verb.oblig.

*Io.Bapt. Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Prout ſunt de preſenti, clauſulæ natura, & effectus in diuiſionibus.*

## CLAVSVLA 335.

*Prout ſunt de præſenti.*

Apponi etiam ſolent huiuſmodi † verba in inſtrumentis diuiſionum (prout ſunt de pręſenti) quæ prędicantur eſſe relatiua eorum omnium, quæ tempore terminationis competebant ipſis partibus, & ſecundum ea modificant & limitant ipſas diuiſiones fiendas, ita ex Bart.Felin.ac aliis tradidit Decian.conſilio 3.numero 144.vol.1. 1

*Io.Bapt.coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, prouiſo quod beneficium debitis non fraudetur obſequijs quid operetur.*

## CLAVSVLA 336.

*Prouiſo quod dictum beneficium, &c.*

In omnibus diſpenſationibus de percipiendis fructibus in abſentia de ſtylo poni conſueuit hęc clauſula, Prouiſo † quod dictum beneficium propterea Diuinis non fraudetur obſequiis, &c. & nihil operatur, quia ſubintelligitur. Vide Calderin.in conſilio 221. circa finem, alias eſt conſilium vnicum de clericis non reſidentibus, ideo dicendum eſt quod ipſa clauſula ponitur ad maiorem declarationem. 1

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Pro tempore reſpectiue, quid operetur.*

## CLAVSVLA 337.

*Pro tempore reſpectiuè.*

Qvando diſponens per hãc clauſulam † vult obſeruari tempora, tunc neminem obligat, niſi qui in illo tempore reperitur, vnde ſi teſtator inſtitutis pluribus hæredum gradibus, mandet

mandet aliquid annuatim ſolui per hæredes pro tempore reſpectiuè, non obligantur niſi illi hæredes, qui pro tempore fuerint, vide Caualc.in deciſ. 31.num.7.par.5.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Prout videbitur, ſaluat libellum à contrarietate.*

2 *Poſita in principio, influit in ſequentia.*

CLAVSVLA 338.

*Prout vobis videbitur.*

1 SI in libello hęc clauſula poſita fuerit, illum ſaluat †1 à contrarietate, & incertitudine, quia ad arbitrium iudicis omnia referuntur, Lapus allegat. 50.num.9.verſic.Nam agere, vbi dicit quod ſi tunc opponatur de contrarietate, poterit replicari de ſimplicitate iuris Canonici.

2 Hæc clauſula, ſi eſt poſita † in princip.influit in ſequentia, Corn.in conſ. 18.num.8.volum.3.

SVMMARIA.

1 *Iuſpatronatus quot modis dicatur mixtum.*

2 *Legatus de latere an poſſit derogare iuripatronatus mixto.*

3 *Papa confert iuſpatronatus Eccleſiaſticum abſque derogatione.*

4 *Iuſpatronatus quantum ad effectum derogationis, an debeat dici Eccleſiaſticum, vel Laicale.*

5 *Iuſpatronatus quando dicatur laicale, etiam ſtante mixtura.*

6 *Clauſula Quatenus mixtum, in derogatione iuriſpatronatus, quid operatur.*

7 *Iuſpatronatus mixtum cum Rege quam derogationem requirat.*

CLAVSVLA 339.

*Quatenus iuſpatronatus mixtum exiſtat.*

IN iurepatronatus † multipliciter conſideratur mixtura, videlicet, quādo à principio tam laicus, quā Eccleſia fundarunt, & dotarunt, vt quia Eccleſia poſuit fundum, laicus dotem, nam tunc mixtum appellatur. Pariſ.in conſil.35.numer.5.& ſeq. volum.4. & ibi numero 13.& numero 16.probat, quod Legatus † de latere non poteſt derogare huic iuripatronatus. Federic. de Sen.in conſilio 65.in principio. Interdum dicitur mixtum, ſi teſtator laicus totum fecerit, ſed voluit quod præſentatio pertineret ad ſuum hæredem, & Rectorem Eccleſiaſticum, contemplatione Eccleſiæ, quia tunc dicitur mixtum: ſecus eſt, ſi tranſit ad Eccleſiaſticam perſonam contemplatione perſonæ, puta quia frater teſtatoris eſſet Rector, vel beneficiatus Eccleſiæ, Pariſ.in d.conſ.35 numero 13.& ſeq.& verſ.dubium tamen, volum.4. item dicitur mixtum quando Eccleſiaſticus, vel laicus dotauit Eccleſiam partim ex bonis Eccleſiaſticis, partim ex laicalibus. Pariſ.in conſ.128. per totum, volum.4. 2

3 Et quia Papa confert † iuſpatronatus Eccleſiaſticum abſque derogatione, Achill.deciſione 3.num.8.de iurepatronat. Ideo Doctores diſputarunt, vtrum hoc iuſpatronatus mixtum, quantum ad effectum huiuſmodi derogationis, † debeat dici Eccleſiaſticum, vel laicale, nam Abb.in cap. quia propter, in fine, de iurepatronat tenet, quod debeat iudicari Eccleſiaſticum, & hanc opinionem ſequuta eſt Rota antiqua in deciſ. 46. de conceſſion. præben.in antiq. 4

Sed contraria opinio eſt verior, videlicet, quod debeat iudicari laicale, Abb.in cap.dilectus, circa finem, de legat. Calderin. in c.finali, circa finem, ℣. extra gloſſ. de iurepatronat. Federic.de Sen.in conſilio 45. Felin.in trac-

ctatu quando litteræ Apoſtolicæ preiudicent patronis, ampliatione 6. vbi relatis opinionibus, probat hanc opinionem eſſe veram, & hãc ſententiam tanquam veriorem amplexa eſt Rota, mutata ſententia priori, vt per Achill. in d. deciſione 3 de iurepatronat. & per Caſſador. deciſione 4. de probationibus, & deciſione 7. de iurepatronat. & per Puteum deciſ. 59 parte 1. Et
4 ideo iuſpatronatus † fundatum à duobus laicis, & vno Eccleſiaſtico dicitur laicale, vt probat Rochus in tract. de iure patron. §. ius, numero 24. Item, ſi Eccleſiaſticus fecit de bonis patrimonialibus dicitur laicale, Rochus ibid. numero 26. Lambertin. in tractatu de iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 9. art. 28. numer. 4. & ad hoc vide Put. deciſ. 228. parte 2. & Menoch. libro 3 præſumpt. 53. & de arbitrariis caſu 195. Et ſi fundatum à laico relinquatur quatuor laicis, & vni clerico, dicetur laicale, Creſcent. deciſ. 3. de iurepatronat. Item, ſi laici ſunt per longiſſimum tempus in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, dicitur laicale, & non Eccleſiaſticum. Put. d. deciſ. 228. numero 4. & ſeq. part. 2. Mohedan. deciſ. 9. de iurepatronat.

Propterea in iurepatronatus mix-
6 to Papa derogat † pro medietate videlicet pro parte laicorum, & addidit hanc clauſulam, quatenus mixtum exiſtat, quo caſu non importat cognitionem iudicialem, ſed informationem, & cognitionem cauſę extraiudicialem, vt probat Caualcan. in deciſ. 22. numero 5. parte 1. Iuri autem patronatus laicorum ſimpliciter Papa derogare non conſueuit, de hoc ſatis ſcriptum eſt in Digeſtis Nouiſſimis, tomo 6. titulo derogatio, & titulo Iuſpatronatus.

Cum autem iuſpatronatus eſſet
7 mixtum, ſed mixtura † eſſet cum Rege fundatore ſimul cum Eccleſia, vel quia Eccleſia fundaſſet, & Rex dotaſſet, quo caſu non ſufficit ſimplex derogatio pro medietate, vi Clauſulæ, Quatenus mixtum exiſtat, quod probatur ex Regula Cancellariæ, 41. vbi diſponitur, iuripatronatus ſpectanti ad aliquem Regẽ, & Principem, non cenſeri derogatum, niſi ſpecialis de illis mentio habita fuerit, & ad hoc plurima allego, in Voto 193. inter deciſiones Piſanas.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, Quam ex nunc vacare decernimus, quomodo intelligatur.*

## CLAVSVLA 340.

### *Quam ex nunc vacare decernimus.*

CVm Eccleſiam parochialem obtinenti ſit gratia ad aliud beneficium incompatibile, ſolet in prouiſione hæc clauſula apponi, dictam Parochialem dimittere tenearis, † quam ex 1
nunc vacare decernimus, & licet hoc idem diſpoſitum ſit de iure communi, per Cõſtitutionem Ioannis XXII. tamen hęc clauſula apponitur ad maiorem declarationem. Et debet intelligi poſt pacificam aſſequutionem ſecundi, non autem quod vacet ſtatim de præſenti, prout etiam ita de iure intelligitur.

## SVMMARIA.

1 *Gratia expectatiua efficitur conditionalis propter clauſulam, Quam duxeris acceptandam.*

2 *Gratia generalis cum appoſitione temporis, an præferatur ſpeciali.*

## CLAVSVLA 341.

### *Quam duxeris acceptandam.*

IN gratia expectatiua † hæc clauſula 1
apponi ſolita eſt, & ideo facit gratiam conditionalem, nam attenditur tempus acceptationis, an beneficium

cadat

cadat ſub gratia, Oldr. in conſilio 229. numero 4. Caſſador. deciſ. 3. numero 24. ſuper Regul. & dicit Federic. de Senten. in conſ. 197. verſ. non ſic eſſet, quod ſi gratia eſt generalis † cum ap-
2 poſitione menſis, non præfertur ſpeciali poſteriori, ſecus ſi haberet hanc clauſulam, quod beneficium duxeris acceptandum. Vide Oldrad. in conſil. 175. numero 2. vbi quod ſi in gratia adiiciatur tempus, non eſt conditionalis, ſed pura.

SVMMARIA.

1 *Reſcripta contra ius non ſunt exequenda.*

2 *Clauſula, quod non fiat proceſſus in cauſa, eſt contra ius.*

## CLAVSVLA 342.

*Quod non fiat proceſſus in cauſa.*

1 QVando hæc clauſula † in reſcripto non apponitur, ipſum Reſcriptum exequendum non eſt l. reſcripta, C. de precibus Imperatori offerendis. vbi Bar. in fine dat rationem, quia lex derogat impetrationi reſcriptorum contra iura ab Imperatore, vel à Papa emanata, l. nec damnoſa, C. eodem titulo, cui legi non derogatur, niſi ex certa ſcientia Papæ, quia huiuſmodi reſcripta præſumuntur obtenta per importunitatem, Gloſſ. in cap. 1. de conſtitut. libro 6. in verſic. nouatur, circa finem, gloſſ. in cap. ſtatutum, de reſcript. libro 6. in ver. litterarum in fi-
2 ne. Hæc autem clauſula † eſt contra textum in capit. quoniam contra, circa finem de probationibus. Nam hoc tendit contra bonum publicum, quod pereant probationes, cum neque Notario, neque Iudicibus credendum ſit, niſi quatenus conſtet legitimis documentis, vt ibi in fine.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, quod poſſit vbique conueniri, quomodo intelligatur.*

2 *Forum vbi dicatur locus idoneus.*

3 *Iudex extra territorium nihil poteſt etiam ſtante aliqua clauſula.*

## CLAVSVLA 343.

*Quod poſſit vbique conueniri.*

DE validitate huius clauſulæ ſcribit Baldus in conſil. 40. per totum, volum. 3. & intelligitur † de lo- 1
co idoneo, gloſſa, in l. eum qui verbo quocumque loco, ff. de iudic. gloſſ. in l. ſi duo, §. 1. verſic. ſed & certo, ff. de cõſtit. pecun. gloſſ. in l. qui certo, in verſ. quolibet, ff. de condict. indebiti. Et
dicitur † locus idoneus, vel ratione 2
domicilij, vt dicunt præfatæ Gloſſæ, vel quia in aliquo loco repertus fuerit debitor, gloſſ. in l. vnica verſ. & alio loco, Cod. vbi conueniatur qui certo loco dare promiſſ. Bald. in Rubric. numero 6. C. de conſtit. Pec. Iaſ. in l plus
autem, numero 25. inſtitut. de actioni- 3
bus. Ideo non poſſet iudex † huiuſmodi debitorem citare vigore huius clauſulæ extra territorium ſuum, ne multiplicentur ſpecialia, vt ſcribo late in Voto 96. inter deciſiones Piſanas. Et an debitor eum huiuſmodi clauſula ante litem conteſtatam poſſit declinare forum, vide Ancharan. in conſil. 140. numer. 5. & ſeq.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, quomodocumque, & qualitercumque quid comprehendat.*

2 *Dictio, Quomodocunque, non recipit reſtrinctionem.*

3 *Dictio, Qualitercumque, quomodo extendat diſpoſitionem.*

4 *Dictio, Quomodolibet, cui æquiparatur.*

5 *Clauſula, Quouis modo, impedit reſtrinctionem, & comprehendit caſus ſimiles, & diſſimiles.*

## CLAVSVLA 344.

*Quomodocumque, & qualitercumque.*

GEneralitas huius clauſulæ com-
1 prehendit omnia,† & quæcumque iura, & prætenſiones quæ alicui competere poſſunt, Dec. in conſilio 599.num.3. Gozadin. in conſ.14. numero 22. Socin.iun. in conſil.251.numero 17. volum.2. item, habet reſpectum etiam ad ius futurum, Dec.in conſilio 379.numer.11. verbum quo-
2 modocumque † non recipit reſtrinctionem,Gloſſ.in Clement.1.de re iudic.gl.in l.cum pœna,ff.de arbitr.Alexand.in l.ſi prætor, col 10. ff. ad Trebell. Iaſ.in l.1.§.nunciatio,colum.8.ff. de noui oper.nunciatione,& in l.1.colum.3.C.de ſacroſ. Eccleſ. & in l.2.§. prætor ait, ff.qui ſatiſd.cogantur. Soc. in conſil.55.colum.finali, vol.1. Felin. in cap.eum te,§.illud,in fine verſ. ſecunda declaratio,de reſcript. item di-
3 ctio, qualitercumque, † extendit diſpoſitionem ad caſum improprium,& alioquin ſub diſpoſitione non comprehenſo, gloſſ. in Clement. prima, verbo,aut earum, de foro competenti vide Schrader.de feud.in 2.parte, nonæ partis principal. Sectione 5. numero 41.

Huic clauſulæ æquiparatur dictio,
4 quomodolibet, † quæ eſt abſoluta, vide Io. Vinc. de Anna, Allegatione 41.numero 12.item,æquiparatur clau-
5 ſula quouis modo, † quę impedit reſtrinctionem, & includit omnes modos ſimiles,& diſſimiles,æquales,ac etiam maiores expreſſis, gloſſ.in Clement.ne Romani, in ver.quouis modo,de electione, Socin.in conſil 242. colum 1.vol.2.Cephal.in conſilio 150. numero 15. Hippolyt. Riminald. in conſilio 814.num.13. Et quod huiuſmodi clauſula quouis modo comprehendat etiam diſſimilia, probat Aret. in conſ.104.num.6. Alexan. in conſil. 7.numero 7.vol.2 Curt.ſen.in conſil. 40.col.7.verſ.2. Dec.in c.ſedes,num.8, verſ.2.limita, de reſcript. Socin.iun.in conſ 92.nu.14.vol.2. Et de ſimili dictione, quoquo modo, reſpondet Ruin.in conſ.98.num.11.vol.2.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, Re exiſtente, quomodo interpretetur.*

## CLAVSVLA 345.

*Re exiſtente.*

HÆc clauſula interpretatur, † id eſt, æquitate ſuadente, gloſſ. in l.1.verbo,Re exiſtente, C.de in ius vocando, & vide Corſettum in ſuis ſingularibus, in verbo, Re exiſgente. 1

### SVMMARIA.

1 *Renuntiatio omnium iurium præſentium, & futurorum inducitur per hanc clauſulam.*

2 *Quid in fideicommiſſo inter diuidentes bona obnoxium.*

3 *Calculus de nouo reuideri non poteſt ſtante hac clauſula.*

## CLAVSVLA 346.

*Remiſerunt ſibi inuicem iura competentia, & quę competere poterunt, &c.*

ILla eſt natura huius clauſulæ ſolitæ apponi in diuiſionibus bonorum,
vt † per eam tanquam habentem tractum in futurũ videatur renuntiatum omnibus iuribus præſentibus,& futuris, ex quo non apparet, quod de alio iure debeat intelligi quam de iſto. Bardell.conſil. 10. numero 5.ita vt e- 2
tiam † futuro fideicommiſſo renuntiatum cenſeatur inter ſcienter diuidentes bona obnoxia. Hon. conſilio 41. numero 7. quæ verba exponit ibidem ſic (conceſſerunt ſibi ad inuicem omne ius) omnémque actioné,quod, & quam habent, vel habere intendunt,& quod,& quæ eis competit,vel com-

competere poteſt quocunque modo; iure vel cauſa. Pereg. de fideicom.art. 52.numero 28.cum ſeqq.

3 Inſuper † ſtante dicta clauſula calculus de nouo non poteſt reuideri, veluti ad mentem Bartol.Socin.Ruin.& Menoch.probat Turret.conſil.85.numero 4.vol.1.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula renuntiauit cuicumque nullitati, & appellationi intelligitur de nullitate dubia & diſputabili, non de nullitate notoria, & patenti, vel de appellatione iuſta & rationabili: quod habet locum ſiue ſit nullitas ex contractu, ſiue ex ſententia, numero 2*

3 *Nullitas quando poſſit allegari ad impediendam exequutionem conformium diſtinctione declaratur.*

4 *Arbitrium Iudicis plurimum poteſt ad videndum, an examen cauſæ ſit longum, vel breue, vt exequutio duorum conformium impediatur.*

CLAVSVLA 347.

*Renuntiauit, ac renuntiat cuicumque nullitati, & appellationi.*

1 INtelligitur de nullitate turbida, † ac velata ſeu diſputabili, & de appellatione friuola, non etiam de nullitate patenti, & notoria reſultante ex fine actus, ſeu inſpectione Inſtrumenti, aut proceſſus, quæ incontinenti probari poteſt: aut de appellatione omninò rationabili, & iuſta, ſiue agatur

2 † de nullitate contractus, ſiue de nullitate ſententiæ Couarr.pract. quæſt.c. 25.Pariſ.conſ.107. numero 8.& 11.volum.4. Natta conſ 153 numero 4.Gabr.conſilio 28.vol.2.Surd.conſilio 99. numero 6. cum ſeqq.Pedroc, conſilio 36.numero 393. cum ſeqq.Alb.conſil. 70.numero 13.iuncto conſil.609. numero 2.& 3.atque conſil.766.numero 6.Milaneñ.deciſ.2 numero 136.libr.2. Contard.de mom.poſſ.limit.7. etiam quoad impediendam executionem conformium, Alexand.& Rip. in l.4. §. condemnatum ff.de re iudic. Stephan.Grat.Rom. diſcept. forenſ. cap. 118. numero 47. Gabr.ſuis communibus titulo de execut. rei iudic.concl.1. de clauſula appellationis remota loquitur Felin.in cap. quoad conſultationem numero 20.de re iud.Boſſ.ſua praxi titulo de Principe numero 377. Surd. conſilio 361.numero 23. & deciſione 36. numero 1.& 18. Rot.Rom. deciſ.100.num.11.& 34.parte 1.in nouiſſ.ac deciſione 37. libro 2.Myſingh. obſeruat.3.centur.1. & obſeru.10. numero 3.centur.2. Adhibito tamen fœdere huius diſtinctionis ſcilicet: Aut proceditur via actionis: aut per modum excipiendi.j. caſu ſi tempora largiantur admittitur ad impediendam executionem: elapſo autem, & tranſacto tempore neutiquam: ſecundo caſu ſi recipit citra calumniam, & ſine cauillatione diſceptationem, aut poſtulat longius examen, non impeditur executio inſtrumenti, vel ſententiæ, aliter abſtinendum non eſt ab executione. quicquid in oppoſitum annotauit Cœph.conſil.201.num.7.& 8. ita ſanè diſtinguitur à Franc. Peruſin. & aliis commemoratis per Contard. de mom.poſſeſſ.d.limit.7. num.67. Anguil.conſilio 14.ad fin. Fachin. conſilio 68.in fin. libro 3. Crauet. conſilio 266.numero 7. Menoch. conſilio 110. numero 77. Oſaſch. deciſione 142. numero 31. Nec eſt obliuiſcendum quod ſcribit Gabr. conſilio 38.libro 2.plurimum præſtare in hoc argumento † arbitrium iudicis circa longum, 3 vel breue examen cauſæ etiam reſpectu modi, ne dum temporis.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Reductio an,& quando retardet executionem ſtante renuntiatione iurata.*
2 *Læſioni enormiſſimæ renuntiari nequit.*
3 *Læſio enormiſſima in reductione quanta eſſe debeat.*

* CLAVSVLA 348.

*Renuntiauit, & renuntiat omnibus remedijs ſuſpenſiuis.*

NOn impeditur effectus reductionis opportunè, ac legitimè petitę per huiuſmodi clauſulam etiam quoad retardandam executio-
1 nem laudi, quando †, allegatur læſio enormiſſima, aliquo fumo illius dato, ſcilicet, ſummatim deguſtata ſuperindè veritate huius allegationis. Alciat. conſilio 84.num.2.lib.7.Bero.conſilio 33 volum.3.Maluaſ.conſil.108. Burſat. conſ.431.& ſeq. volum.4 Corn.conſilio 221. volum.2. Gallia conſ.125. Syluan.conſil.71. numero 14. Rota Luc. deciſione 98 num.33. alioqui non dato fumo tantæ læſionis, non ſuperſedetur interim, ſed ſeruatur pactum alioqui validum. Alb. conſilio 281.numero 1.Grat.conſil.30.& 34. Gail.obſeruat.149.numer.2. libro 1 Lancellot. de attentat. cap.16. numero 39. cum ſeqq. Rim.iun. conſ.798. numero 28. cum ſeqq. Gabr. ſuis communibus titulo de arb.concl.3 numero 39.vbi limit.quando in ſpecie de lęſione enormiſſima eſſet facta mentio, non vt ea
2 promittatur,cui † nulla cautela verborum poteſt renuntiari. Menoch.de arbit.iud. caſu 73 lib 2. Burſ.conſil.99. num.11. cum ſeq. volum.1. Seraſin de iuram. prim.83.num.103. Maſcard. de probat.concl.531. nu 25.cum ſex ſeqq. etiam ſi adiecta eſſet illa clauſula(moderatè,& immoderatè, altè & baſsè) Gabr.d.concl.3.num.18.ſed vt interim fiat executio quatenus adhuc non ſit detecta læſio immodica,ſed detegenda. Intelligendo lęſionem enormiſſimam in hoc argumento iuxta † arbi- 3
trium Iudicis, non etiam vt quidam opinati ſunt, vt conquieſcat in ſexta parte illius rei,quæ in arbitrio deducitur. Cæuall. tract. com. contra com. parte 1 quæſt.93.

*Io Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Reſeruatum in donatione pro illius validitate quale ſit.*
2 *Reſeruatio in donationibus pro ſubſidio in neceſſitatibus non eſt potens de ſe ad ſuſtinendam donationem.*
3 *Verborum illorum (voglio eſſer padrone, ſin ch' io viuo) ſenſus expenditur.*
4 *Reſeruatione facta ſi vltra reſeruata donans diſponat quid agendum.*
5 *Reſeruatione in donatione facta ſi donans nihil expreſſe diſponat de ſumma reſeruata: nec per actum inter viuos: neque per vltimam voluntatem ad quem ſpectent pecuniæ reſeruatæ.*

CLAVSVLA 349. *

*Reſeruato vſufructu dum viuit,& facultate diſponendi de mille pro libito ſuæ voluntatis.*

PArum proficeret reſeruatio ſolius vſusfructus tenuis, non ſufficientis ad alimenta, quando donatio eſſet facta de omnibus bonis præſentibus, & futuris cum pro validitate donationis requiratur † quod reſeruatum 1
ſit tranſitorium ad hæredes,quòdque de eo poſſit donans teſtari,alioqui ſi † 2
reſeruatio fieret pro ſubſidio in neceſſitatibus, nihil operatur Honded. nuncupatim conſilio 39.numero 14. cum ſeqq. volum.1. Stephan.Gratian. Rom. diſcept. Forenſ.cap.120. numero 4. cum ſeqq. & deciſ. Marchiæ 39.

num.

num.1.cum ſeq.& reſeruatio vſusfructus intelligitur etiam per illa verba
3 †(voglio eſſer padrone ſin ch'io viua,) cum hæc clauſula magis ad donationem inter viuos referenda ſit, quam ad donationem cauſa mortis optimè Corn. conſilio 223.volum.1.Iam verò in argumento reſeruationis contingit
4 aliquando, quod † donator diſponit vltra reſeruata,& tunc pro rata quilibet habens cauſam à donatore de ſumma reſeruata ſubiacet diminutioni: vt optime aduertit Caſtr. in conſilio 331.in fin.volum. 1. apud nos tractat. de rata q.125. Venetæ æditionis: Interdum nihil diſponit,& tunc † com-
5 peritur variatum pleniſque ſententiis; dum aliqui inclinant donatario, quos intereminet Burſat. conſ.226. vol.3. Alij diſtinguunt inter reſeruationem quantitatis,& reſeruationem facultatis. Alij verò indiſtinctè tuentur partes venientium ab inteſtato proximiorum donatoris, quod probabilius eſt, ac tutius,vbi non repugnent alia verba conuentionis nec diſſuadeat conditio perſonarum, vel non aduerſentur veriſimiliores coniecturæ. Teſſaur. deciſ.97. quam deciſionem impugnat Ioſephi Seſſe deciſ. Aragon. 48. ſed de Teſſaur. mentionem facit. Peregr.de fideicomm.art.40. numero 19.cum ſeq.Menoch.conſ.1130.numero 13 cum ſeq Surd.pleniore ſtylo deciſio. 272. vbi adducit rationes non paucis,& ſoluit omnem nodum. Addo Vinc. de Franch. deciſ. 45. 594.& 600.& ampliſſimè apud DoctumHiſpanum Fontanell.tract.de pact. nupt. clauſula 4. gloſ.23. à numero 8. vſque ad numerũ 16.nec diſplicet diſtinctio, quam Steph. Gratian. Rom. diſcept. forenſ.cap.50.num, 18. cum ſeqq. exhibet ad mentem Gabr.conſ.143. poſt med.vol.1.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Conductori exfructuanti fundum ſibi locatum quid periculi ingruat.*

2 *Conductori quid liceat in fine locationis.*

3 *Conductor,an poſſit mutare vſum & formam agri.*

## CLAVSVLA 350. *

*Reſtipulari in fine locationis,vel coloniæ non poſſit &c.*

POſtquam conductor antiquus tenetur reſtituere prædia in eo ſtatu, in quo reperiit ab initio locationis, non ſit ei poteſtas exfructuare fundum in præiudicium noui conductoris.l.ſi merces §.conductor,iuncta l. & hæc diſtinctio §. vlt. ff. locat. Deciſ. Peruſ.62.p.2.Sur.dec.131. optimè Caroc.de locato tit.de recuſat. q. 9. vbi appellat hoc pactum de reſtrigliando: & quamuis de iure communi circumſcripto pacto de huiuſmodi † reſtipu- 1
latione poſſit expelli conductor, etiamſi fuit promiſſum de non expellendo.Bertaz.conſ.395 col.vlt. vol 2. crimin.Nihilominus eſt conſultius, vt intercedat huiuſmodi conuentio, fortè ex his, quæ protulit celebris I. C. Leonin.conſ.69. num. 3.& 4. vbi ſcribit, quando conductor † in fine ſuæ 2
locationis trahit ad ſe commodum, quod pertineret ex euentu ac ſequentis temporis conductorem, conſtitutum eſt,eum nec ciuiliter teneri ad reſtitutionem eius, quod percipit, niſi quod factum eſt magis contigerit vt ſucceſſori, vel domino noceretur, quam vt conductor ſibi prodeſſet:qua ratione conductores non poſſunt deglabrare arbores quaſi deplumare, nec decruſtare prata, nec hortos per reductionem ad culturam, † & mu- 3
tare vſum, ac formam agri in præiudicium domini pro annis ſequentibus Ronchegall.in l.5. numero 28. ff. de duobus reis. Caroc. d. loco q. 10. quod ſi prædominaretur conſuetudo

regionis contraria, illam toto pectore amplectendam laudaremus d. deciſ. Peruſ.62.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Ingratitudo futura non poteſt remitti etiam cum iuramento.*

2 *Ingratitudo donatarij, quomodo probetur.*

3 *Iuramento ſuppletiuo locum non eſt quoad probandam ingratitudinem.*

CLAVSVLA 351.

*Nec per ingratitudinem poßit reuocari*

NOn deſino mirari incogitantiam aliquorum Pragmaticorum, qui in inſtrumento donationis inter viuos inſerunt hanc clauſulam parui certè, & nullius momenti, cum ſit explorati iuris, quod per pactum e-
1 tiam iuratum † non poteſt remitti ingratitudo futura, Corn.conſ.69 num. 21. volum.2. Serafin. de iuram. priuil. 108 Surd.de alim.tit 1.q.55.num.21. ſatiſque probata dicetur ingratitudo
2 per donantem † ſi allegauit donatarium non adimpleuiſſe conuenta, cum acquieſcentia donatarij. Maſcard. de
3 probat.concl 897.num.12.non † ſufficiente iuramento ſuppletiuo ad probandam ingratitudinem Bertaz.conſ. ciuili 84.nu.38.Serafin.d.loco nu. 12.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Reſeruans omne ius, de quo intelligatur.*

2 *Non comprehendit inſolita, & inaudita.*

CLAVSVLA 352.

*Reſeruans omne ius.*

1 ID quod in ſcriptura expreſſum † eſt, ſub hac clauſula non continetur, ad alia igitur, quæ competere poſſunt, relationem habet, vt probat Signorol. de Homodeis, in conſ.75.col. 8. V.venio ad decimum principale, And Barbatia, in conſ.21.num.16.vol.2.Boer.in dec. 243.num. 11.verſ. quod facit ad quæſtionem, vbi poſt Barbat. probat, quod non comprehendit inſolita, &
inaudita. † Schrader.in tract. de feudis, 2
par.6.cap.5.num.38.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſaluo iure ſuperflui, in libello quid operetur.*

2 *Creditor petens plus debito, quando excuſetur.*

CLAVSVLA 353.

*Saluo iure ſuperflui.*

QVando creditor † in libello po- 1
ſuerit hanc clauſulam dicitur declaraſſe ſuam intentionem, quod plus debito doloſè nõ petierit, Specular.in tit.de libelli conceptione, §.nunc oſtendamus, in fine, Anton. de Butr.in cap.2 col.finali, verſ. dicit tamen de libelli oblatione.Iaſ.in §.tripli, num.25. & §.ſi quis agens, num.3. inſtit.de Actionibus. Neuizan.in conſ. 94.num. 14.& ſeq.qui ceteros refert. Et ideo,li-
cet is qui plus debito petit, crimine 2
ſtellionatus, & in expenſis puniatur, Iaſ.in § ſed hæc quidem, in fine inſtit. de Actionibus. Neuizan. in d. conſ. 94.num.11.tamen excuſatur, quando in libello poſuerit hanc clauſulam, quia dolus excluditur.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Saluo iure impertinentium, quid operetur.*

CLAVSVLA 354.

*Saluo iure impertinentium.*

SI per iudicem reſeruatio cum iſta
† clauſula facta fuerit, & poſtea ex- 1
ceptiones veras, & iuridicas eſſe apparebit, quidquid poſtea factum fuerit, pro non facto habetur, vt declarat Bartol.

Bartol.in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, numero 5. ff. ad Trebellian. & ibi ſequuntur Io. de Imola, & Doct. per textum ibi, & in l. prætor, in principio & in l. qui vias, ff. de damno infecto, Bald. in conſilio 80. vol. 3. Aretin. in c. exhibita, col. fin. de iudic. idem Bart. in l. ſi quando, de legat. primo, Canoniſtæ in c. ſi diligenti, de officio delegati, Marſil. Singulari 365. Menoch. in conſilio 567. n. 8.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ſaluis ſupraſcriptis, &c. reſtringit ipſam generalitatem, & eſt tanquam limitatio ad regulam.*

2 *Repetit præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus.*

3 *Pacta correſpectiua magis ſuam naturam retinens, quando clauſula ſupraſcriptis eſt addita.*

* CLAVSVLA 355.

*Saluis ſupraſcriptis, & infraſcriptis.*

CLauſula hæc eſt modificatiua & reſtringit ipſam generalitatem, & † eſt tanquam limitatio ad regu-
1 lam. l. ſi debitor. §. 1. ff. quibus mod. vſusfr. amitt. l. item Labeo. 1. quare ff. famil. herciſc. Bald. ad l. aſſe toto. ff. de hær. reſtit. & in Authent. interdicimus. C. de epiſc. & Cleric. & in l. peremptorias C. ſentent. reſcind. non poſſ. Ang. conſilio 27. & 42. col. 3. in fin. Rom. in conſ. 89. in 3. col.

2 Deinde † repetit præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus, & non aliter, l. fin. C. de hæredibus reſtit. l. qui liberis. §. hæc verba de vulg. & pupil. Bart. conſilio 7. Aret. conſilio 153. & in conſil. 156. in princip. Crau. conſil. 98. num. 8. Pariſ. conſ. 49. num. 22. in 3.
3 hinc eſt, vt † pacta quę ſuapte natura ſunt correſpectiua Gram. dec. 103. nu. 157. cum ſeqq. Corn. conſilio 283. in princ. volu. 4 Rimin. iun. conſ. 273. numero 56. & ſeq. vol. 3. Bero. conſil. 161. volum. 1. Gebr. conſ. 61. volum. 2. Crau. conſil. 70. vol. 2. Dec. conſil. 265. col. 3. Burſ. conſil. 231. num. 12. volum. 2. eam magis retineant quando huiuſmodi clauſula eſt addita.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Saluo iure Primogenituræ, clauſulæ ſenſus.*

CLAVSVLA 356. *

*Saluo iure Primogenituræ.*

HÆc verba, † quæ quandoque reperies in donationibus intelli- 1
guntur, etiam quod donatio fuerit reſtricta ad maſculos, & ſenſus erit, quod talis, & eius deſcendentes maſculi poterunt diſponere ſaluo iure primogenituræ, id eſt, vt antiquiores materiali ſemper præferantur l. cum ita §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 1. Alba. conſ. 473. num. 8.

*Io. Bapt. Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Saluo iure, &c. clauſula in inueſtituris fundi emphytheotici ſubauditur licet non ſit expreſſa.*

2 *Quid ſi ſit facta inueſtitura in præiudicium iuris tertij.*

CLAVSVLA 357. *

*Saluo iure quarumcunque perſonarum, &c.*

LIcet in inueſtitura alicuius fundi emphytheotici non ſint expreſſa huiuſcemodi verba, † nihilominus 1
ſubintelliguntur Bartol. in l. dotalem ff. de teſtam. milit. notatur in l. ex facto in princ. ff. de vulg. l. 2. §. merito & §. ſi quis à Principe ff. quod met. cauſ. gl. fi. in c. 1. vt lite pend. Dec. conſil. 33. n. 1. 6. volum. 1. † quod tamen non procedit quando appareret inueſtituram factã eſſe ad derogationem iuris tertij, vt ex Alb. Brun. Pariſ. & Iaſ. tradit Decian. ibid. nu. 127. ex gl. in l. ſi debitor, §. 1. & in l. item Labeo §. 1. ff. quib. mod. pign.

regionis contraria, illam toto pectore amplectendam laudaremus d. deciſ. Peruſ.62.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Ingratitudo futura non poteſt remitti etiam cum iuramento.*

2 *Ingratitudo donatarij, quomodo probetur.*

3 *Iuramento ſuppletiuo locum non eſt quoad probandam ingratitudinem.*

* CLAVSVLA 351.

*Nec per ingratitudinem poßit reuocari.*

NOn deſino mirari incogitantiam aliquorum Pragmaticorum, qui in inſtrumento donationis inter viuos inſerunt hanc clauſulam parui certè, & nullius momenti, cum ſit explorati iuris, quod per pactum e-
1 tiam iuratum † non poteſt remitti ingratitudo futura, Corn.conſ.69 num. 21. volum.2. Serafin. de iuram. priuil. 108. Surd.de alim.tit 1. q.55.num.21. ſatiſque probata dicitur ingratitudo
2 per donantem † ſi allegauit donatarium non adimpleuiſſe conuenta, cum acquieſcentia donatarij. Maſcard. de
3 probat.concl 897.num.12.non † ſufficiente iuramento ſuppletiuo ad probandam ingratitudinem Bertaz.conſ. ciuili 84.nu.38. Serafin.d.loco nu. 12.

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Reſeruans omne ius, de quo intelligatur.*

2 *Non comprehendit inſolita, & inaudita.*

CLAVSVLA 352.

*Reſeruans omne ius.*

1 ID quod in ſcriptura expreſſum † eſt, ſub hac clauſula non continetur, ad alia igitur, quæ competere poſſunt, relationem habet, vt probat Signorol. de Homodeis, in conſ.75.col. 8. ver. venio ad decimum principale, And Barbatia, in conſ.21.num.16.vol.2.Boer.in dec. 245.num. 11.verſ. quod facit ad quæſtionem, vbi poſt Barbat. probat, quod non comprehendit inſolita, &
inaudita.† Schrader.in tract.de feudis, 2
par.6.cap.3.num.38.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ, ſaluo iure ſuperflui, in libello quid operetur.*

2 *Creditor potens plus debito, quando excuſetur.*

CLAVSVLA 353.

*Saluo iure ſuperflui.*

QVando creditor † in libello po- 1
ſuerit hanc clauſulam dicitur declaraſſe ſuam intentionem, quod plus debito doloſè nõ petierit, Speculat.in tit.de libelli conceptione, §.nunc oſtendamus, in fine, Anton. de But.in cap.2 col.finali, verſ. dicit tamen de libelli oblatione. Iaſ.in §.tripli, num.25. &§.ſi quis agens, num.3. inſtit.de Actionibus. Neuizan.in conſ. 94. num. 14.& ſeq.qui ceteros refert. Et ideo, li-
cet is qui plus debito petit, crimine 2
ſtellionatus, & in expenſis puniatur, Iaſ.in § ſed hæc quidem, in fine inſtit. de Actionibus. Neuizan. in d. conſ. 94.num.11.tamen excuſatur, quando in libello poſuerit hanc clauſulam, quia dolus excluditur.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Saluo iure impertinentium, quid operetur.*

CLAVSVLA 354.

*Saluo iure impertinentium.*

SI per iudicem reſeruatio cum iſta 1
† clauſula facta fuerit, & poſtea exceptiones veras, & iuridicas eſſe apparebit, quidquid poſtea factum fuerit, pro non facto habetur, vt declarat

Bartol.

Bartol.in l.ille à quo,§.ſi de teſtamento,numero 5 ff. ad Trebellian. & ibi ſequuntur Io. de Imola, & Doct. per textum ibi,& in l.prætor, in principio & in l.qui vias, ff.de damno infecto, Bald.in conſilio 80. vol.3.Aretin.in c. exhibita,col.fin.de iudic.idem Bart.in l.ſi quando,de legat.primo, Canoniſtæ in c.ſi diligenti, de officio delegati, Marſil. Singulari 365. Menoch.in conſilio 367.n.8.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ſaluis ſupraſcriptis,&c.reſtringit ipſam generalitatem, & eſt tanquam limitatio ad regulam.*

2 *Repetit præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus.*

3 *Pacta correſpectiua magis ſuam naturam retinens,quando clauſula ſupraſcriptis eſt addita.*

CLAVSVLA 335.

*Saluis ſupraſcriptis,& infraſcriptis.*

CLauſula hæc eſt modificatiua & reſtringit ipſam generalitatem, & † eſt tanquam limitatio ad regu-
1 lam.l.ſi debitor.§.1. ff.quibus mod. vſusfr.amitt.l item Labeo.1.quare ff.famil. hercìſc. Bald.ad l.aſſe toto. ff. de hær.reſtit. & in Authent.interdicimus. C.de epiſc.& Cleric.& in l.peremptorias C.ſentent.reſcind. non poſſ.Ang. conſilio 27.& 42. col.3.in fin.Rom.in conſ.89.in 3.col.

2 Deinde † repetit præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus, & non aliter, l.fin. C. de hęredibus reſtit. l.qui liberis.§. hæc verba de vulg. & pupil. Bart.conſilio 7.Aret.conſilio 153.& in conſil.156.in princip. Crau. conſil.98. num.8. Pariſ. conſ.49. num.22. in 5.
3 hinc eſt,vt † pacta quę ſuapte natura ſunt correſpectiua Gram. dec.103.nu. 157. cum ſeqq. Corn.conſilio 283. in princ.volu.4 Rimin.iun.conſ.273.numero 56.& ſeq.vol.3.Bero. conſil. 161. volum.1.Gabr.conſ.61.volum.2.Crau. conſil.70.vol.2. Dec.conſil.265.col.3. Burſ.conſil.131. num.12.volum.2. eam magis retineant quando huiuſmodi clauſula eſt addita.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Saluo iure Primogenituræ,clauſulæ ſenſus.*

CLAVSVLA 356.

*Saluo iure Primogenituræ.*

HÆc verba, † quæ quandoque reperies in donationibus intelliguntur,etiam quod donatio fuerit reſtricta ad maſculos, & ſenſus erit, quod talis, & eius deſcendentes maſculi poterunt diſponere ſaluo iure primogenituræ, id eſt, vt antiquiores materiali ſemper præferantur l.cum ita §.in fideicommiſſo. ff.de leg.1. Alba.conſ.473.num.8. 1

*Io.Bapt.Coſtæ.*

SVMMARIA.

1 *Saluo iure,&c. clauſula in inueſtituris fundi emphytheotici ſubauditur licet non ſit expreſſa.*

2 *Quid ſi ſit facta inueſtitura in præiudicium iuris tertij.*

CLAVSVLA 357.

*Saluo iure quarumcunque perſonarum,&c.*

LIcet in inueſtitura alicuius fundi emphytheotici non ſint expreſſa huiuſcemodi verba, † nihilominus 1 ſubintelliguntur Bartol. in l. dotalem ff.de teſtam.milit.notatur in l.ex facto in princ.ff.de vulg.l.2.§. merito & §.ſi quis à Principe ff.quod met.cauſ.gl.fi. in c.1.vt lite pend.Dec.conſil.33.n.16. volum.1. † quod tamen non procedit quando appareret inueſtituram factã eſſe ad derogationem iuris tertij,vt ex Alb.Brun.Pariſ. & Iaſ. tradit Decian. ibid.nu.127.ex gl.in l ſi debitor,§.1.& in l.item Labeo §.1.ff.quib.mod.pign.

vel hypot.ſolu. Angel. conſ. 27. ad ſinem,& in conſ.41 num.289.Signorol. conſ. 60. Alber. Brun. conſ. 23. Pariſ. conſ.23.n.142.vol.1.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Mulieris aſſertio iurata circa ſecuritatem in bonis ſui viri an eidem noceat.*

2 *Renunciatio hypothecæ in bonis mariti ad fauorem tertij cum viro contrahentis quando præiudicet.*

3 *Mulier renuntians hypothecæ non cenſetur renuntiare doti.*

* CLAVSVLA 358.

*Sciens ſe cautam in aliis bonis Mariti ad dotem ſuffecturis,prout proteſtatur etiam cum iuramento &c.*

EQuidem veriſimilis eſt hæc ſcientia, ad plene tradita per Hond. conſ.80.volum.2.idcirco † præiudicat ſibi mulier in hypotheca,cui ſub dicta formula renuntiauit. Rom. conſ. 187. Serafin.de iuram.priuil.76.n.12. ad fi. ac melius priuil. 95.cum adductis per nos.remed.85.n.5.tract.de remed. ſub fid. Eſto, quod contrarium etiam in
4 iurata renuntiatione hypothecæ contendat Turret.conſ.78. num. 23. cum ſeqq.vol.1..Cæphal.conſ. 655. num. 6. cum commilitonibus,quia forte obtineret,quando alioqui mulier omnino indotata remaneret, quo caſu placaret temperamentum relatum à Teſſaur.deciſ.223.n.13.preſertim in dominio Mediolani ob Nou.conſtit.prouidentes indemnitati mulierum,& prohibentes omnem contractum præiudicialem dotibus mulierum in conſulto Senatu.Addo Aſin.de execut.§. 9.c.338.numer 4.cum ſeq.referentem remedia, quibus præſeruantur iura mulierum non obſtante renunciatione:porro ceſſante cauſa tanti præiudicij valida eſt renuntiatio hypothecæ in bonis viri facta per mulierem ſolemniter cum iuramento, & ſine præambulo metu,non tamen inde infertur renuntiatam eſſe doti,† cùm aliud 3
ſit dos, aliud hypotheca pro dote Seraf.d.priuil.95.num.5.Moror.conſ.87. num.8.

*Io.Bapt.Coſta.*

SVMMARIA.

1 *Suſpenſio à Diuinis nõ inducitur per clauſulam fore ſuſpendendum.*

2 *Sententia debet condemnare,& non dicere fore condemnandum.*

CLAVSVLA 259.

*Sentiamus fore ſuſpendendum à Diuinis.*

SEntentia cum iſta clauſula,non inducit † ſuſpenſionem à Diuinis, 1
Bart. in l. 1. C. ſi aduerſ. libertat. Io. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de exceptionibus,§.viſo,in additione quę incipit, dat intelligere, Bal.in l.ſolent, ff.de off.Proconſul.& in c.1.in fine,de off.legati.Aliud eſt condemnare, † a- 2
liud dicere condemnandum fore,gl. in c.frater,16 quæſt 1.in c.cum venerabilis,verſ.neq. credas quod dicta verba de except.& in c.non poteſt,de re iudicata.Alexan.in l.1 §.ſi quis ita,col. 3.4 de verb.oblig.gloſſ.magna,in l.1.in fin.C.ſi aduerſ.libertat.vbi ad hoc adducit multa ſimilia, quæ etiam recenſet Ferrett.in conſ.347.per totum,volum. 2. tractus futuri temporis non ſpectant ad iudicem,l.prima, in princ. ff.de vſur.l. non quemadmodum. de iudicijs. Et vide omnino ſuper hoc Alexan.in d.§ ſi quis ita.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,Singula ſingulis, quid importet.*

2 *Et relatiua, & comprehenſiua ſingulorum.*

3 *Relatio, quomodo fiat ſingula ſingulis.*

CLAV-

CLAVSVLA 360.

*Singula ſingulis.*

1 HÆc clauſula † idem importat ac ſi omnia ſuperius diſpoſita, iterum nominatim ſpecificata eſſent. cap. vt circa, & ibi gl. de electione, lib. 6. Clementina Conſtitutionum, eodem tit. Pariſ. in conſ. 97. num. 90. & ſeq. volum. primo. Curt. iun. in conſ. 43. num. 9. ℣. ſecundo principaliter, & numero 11. verſ. tertio principaliter, Ruin. in conſ. 103. num. 10 volum. 4. I-
2 tem, hęc clauſula † eſt relatiua, & comprehenſiua ſingularum, etiam ſi in diuerſa oratione ſint expoſita, gloſſ. in l. ſi negotium, in verbo geſtorum,
3 C. de negot. geſt. & relatio † fit ſingula ſingulis caute, vt dicit gloſſ. in l. finali, in ver. vniuerſitatis, C. de fideicommiſſ. vbi Angel exponit, congrua congruis referendo, ſecundum terminos habiles cuiuſcunque ad quem fit relatio, Dec. in conſ. 204. col. penult. verſ. & idem tamen. item, partes diſtinguit, & ſeparat, & vnicuique ius ſuum tribuit, Menoch. in conſ. 985. num. 16. vol. 10.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Si cum laudabilis vitæ, eſt conditionalis.*

2 *Et quando fallit.*

CLAVSVLA 361.

*Si cum laudabilis vitæ &c.*

1 EXequutor ante prouiſionem, † hanc clauſulam de idoneitate inquirere debet, quia cōditionalis eſt, & ideo requiritur declaratio, Oldrad. in
2 conſ. 41. ſecus ſi diceretur: † Prouideas ſi dictus clericus eſt laudabilis vitæ, quia non importat conditionem, neque requiritur declaratio, Oldrad. ibidem. Vide Lapum Allegatione 15. num. 5. verſ. non obſtat, & ibi Addentes.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Si, & in quantum, nihil ponit in eſſe.*

2 *Si fuerit dicta per Principem, quid operetur.*

3 *Quot modis concipi poſſit, & qui ſint eius effectus.*

4 *Clauſula, Si, & quatenus, conditionalem diſpoſitionem facit.*

5 *Clauſula, Niſi ſi, & quatenus, eſt affirmatiua.*

CLAVSVLA 362.

*Si, & in quantum.*

SCripſi ſupra de hac eadem † clauſula in clauſula 136. Addo, quod 1
hęc clauſula nihil ponit in eſſe, & pendet à futuro euentu, Caualcan. deciſione 11. num. 41 & deciſ. 28. num. 16. & num. 20. par. 3. & deciſ. 32. num. 9. par. 5.

Magna differentia eſt, ſi dicatur: Si, & inquantum de iure debet. Vel ſi dicatur: Si, & inquantum poteſt, quia prima minus concedit, quam ſecunda, quoniam multa fieri poſſunt, quæ fieri non debent, Ioan. de Imola, in conſil. 146. in princip. vbi etiam dicit, quod admiſſio ſupplicationis facta per
Principem, † Si, & inquantum poteſt, 2
non admittit diſputationem, prout eſt, ſi dixiſſet: Si, & inquantum debet. Item, ſi dictum fuerit: Si, & inquantum de iure, operatur, quod eſt ſublatum omne grauamen, & à tali admiſſione conditionali appellari non poteſt, Natta in conſ. 32. num. 8. verſ. Nec obſtat.

Item, eſt differentia † ſi concipia- 3
tur verbis affirmatiuis, veluti, admitto, ſi, & inquantum: & ſi dicatur verbis negatiuis, videlicet: Non admitto, niſi, ſi, & inquantum, quia ſi affirmatiue concepta eſt, iudex appellationi ab interloquutoria cenſetur detuliſſe: ſi vero negatiue, ſecus eſt, Benintend. in deciſ. Bononienſi prima, per totam, Caualcan. deciſ. 26. num. 32. parte ſecunda.

Clauſula, ſi, & quatenus, † condi- 4
tionalem diſpoſitionē reddit, Alexād.

in conſil.127.num.1.vol.7. Roman. in conſ.501.num.2. Cacheran. in deciſ. 2. num.9. & ſeq. Et operatur hunc effectum, quod ſi cauſa appellationis eſt rationabilis cenſetur admiſſa appellatio, ſecus ſi eſt irrationabilis, Felin. in c. cum contingat, num.13. de offic. delegati, Ruin. in conſ.61.num.27. vol. 5. Socin. iun. in conſ.18 num.16.vol.1. Et probat Maranta in ſuo Speculo iudiciorum, parte 6. in 2. actu principali, num.200. Et per iſtam clauſulam, Niſi,
5 † ſi, & quatenus, cenſetur aliquid affirmatiue poſitum in oratione, & ita appellatio admiſſa, quamuis ſub conditione, l. ſi feriatis, ff. de ferijs, l. actione, & ibi Iaſon, C. de tranſ. Alexand. in conſ.39.num.1.vol.7. Dec. in conſ. 532. num. 1.

SVMMARIA.

1 *Donatio pluris valoris poteſt fieri per clauſulam, Si plus valet, donat.*
2 *Clauſula, Si plus valet, donat, tollit conditionem indebiti.*
3 *Donatio, vt inducatur per clauſulam, Si plus valet, quid requiratur.*
4 *Renunciatio an ſufficiat ad tollendam laeſionem enormiſſimam.*
5 *Clauſula, Si plus valet, quando cenſeatur appoſita perſunctorie.*
6 *Semper eſt reſtringenda ad modicam quantitatem.*

CLAVSVLA 363.

*Si plus valet, donat.*

1 SI res vendita pluris valeat, † quam vendita fuerit, atque vendens hac clauſula vſus fuerit, ſi quid plus valet, donat irreuocabiliter inter viuos, tunc erunt duo contractus, alter venditionis, alter donationis, fieri potuerit, vt colligitur ex notatis per Bartol. in l. ſi quis cum aliter, num. 7. ff. de verborum obligation. & ibi Alexand. num. 13. Bald. in l. ſecunda, num.10. C. de reſcind. vendit. & ibi Salic. num.11. Aretin. in 6. actionum, num. 25. ℣. quaero quid ſi in inſtrumento inſtit. de actionib. Azo in ſumma, C. de reſcind. vendit. num.1. in fine, verſ. Niſi dixerit ſe donaturum, Pariſ. in conſ.48. in principio, vol.4 Decian. in conſ.107. num. 2. vol.4 Barbat. in cōſ.1. num. 18 vol.3.

Haec clauſula tollit † conditionem indebiti, & omnem aliam exceptionem ſibi competentem, ſub praetextu cuiuſcunque erroris, Bart. in l fin. §. idem quaeſiuit, ff. de condict. indebiti, & ibi Paul. de Caſtr. & Ang. Idem Bartol. in d. l. ſi quis cum aliter, col. finali, ff. de verbor. obligat. vbi dat practicam, quomodo in inſtrumento debeat apponi clauſula, Donationis. Abbas in c. cum cauſa, col. 1. de empt. & vendit. cum alijs per Ferrett. in conſil. 266. num.28 vol.2. 2

Declaratur haec concluſio, † vt procedat, quando venditor ſciuerit quantitatem maiorem donatam, atque ſcienter donauerit inter viuos, quia ita erit duplex contractus, & clauſula habebit effectum, Bart. in d. l. ſi quis cum aliter, & plurimos ad hęc refert Tiraquell. de retract. lignag. gloſſ. 18. num.14. & ſeq. Et in eo, qui vere ſcit quantitatem, importat quancumque ſummam, vt probat Hieron. Gabr. in conſ.168. quęſt.3. vol.1. Ita vt data ſcientia non poſſit vlterius agere remedio legis 2. C de reſcind. vend. etiamſi eſſet laeſus vltra dimidiam iuſti pretij, Bald. in conſil.3. num. primo, ℣. in contrarium videtur, vol.3 Item, data ſcientia quantitatis, ſi dictum fuerit: Donat irreuocabiliter inter viuos, tunc non poteſt vlterius dari de modicitate pretij, vel lęſione, Alex. plene in conſ.28. num. 6. & 7. verſic. tertio reſponderi poteſt vol. 5. vbi reſpondet ad l. ab Anaſtaſio. C. mandati vt non obſtet: quia eſt ſpecialis diſpoſitio in odium redimentis litem. Idem, in conſ.105. circa finem, num.3. verſ. nec puto, vol.6. allegat Bart. in d. l. ſi quis cum aliter in fine, ff. de verbor. 3

obli-

obligation. quem ſequuntur Communiter ſcribentes, vt atteſtatur Fabian.de Monte, in Tractat.de emptio. & vendit. q.8.principali, in quæſt.4.
4 Non enim generalis † renũciatio ſufficit ad tollendam læſionem enormiſſimam, niſi ſit informatus de valore, Alexand. in conſilio 1.num.2. & ſeq. & num.6.volum.6. Paul. de Caſtr. in d.l.ſi quis cum aliter. item,ſi huiuſmodi donatio eſt de ſumma magna, requiritur inſinuatio, Anchar.& Imol.in dict. cap. cum cauſa,de empt. & vendit. Roman.in l. ſecunda,columna 4. in princip. & ibi Alciat. numero 16.ff. de verb.oblig. Alexan. in dict.l.ſi quis cum aliter, columna 4.verſ.item quæ ſunt, l.cum hic ſtatus, §. penult.verſic. idem reſpondeo,ff.de donat.inter vir. & vxor.l.ſi quis donationis, ff.de con-
5 trah.empt. Alias † hæc clauſula cenſetur appoſita perſũctorie de ſtylo Notariorum, & nihil operatur, vt diffuſe probat Tiraquel.in dict.§.1.gloſſa 18. numero 16. Et quod iſta clauſula conſueuit apponi de ſtylo Notariorum, Alexan.in conſ.125.numero 10.verſic. nec obſtat,vol.1.
6 Regulariter autem hæc † clauſula eſt captioſa, ideo ſemper eſt reſtringenda ad modicam quantitatem. Bal in conſilio 376.verſic.illa autem verba, vol.... & in conſilio 3.per totum,vol.3 Item, nihil operatur propter dolum, vel fraudem contrahentis cum minore, Alexand. in d.conſil.125.col.1. in fine,verſic.& dicit Antonius, volum.1. vbi eo ipſo quod minor donat, videtur male conſumere.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſi ſenſeris te grauatum vnde, & cur ortum habuit.*

2 *Preceptum cum Clauſula, ſi ſenſeris te grauatum, reſoluitur in ſimplicem citationem.*

CLAVSVLA 364.

*Si ſenſeris te grauatum.*

De hac clauſula † ſcripſerunt Plot. in l.ſi quando,num.100.C.vnde vi, Alexand. in conſil.143.in fin.vol.7. Specul. in titulo de ſent.§.ſpecies, nu. 4. & ibi Io.Andr. in additionibus, Riminald.ſent.in conſilio 270. volum.2. Riminald.iun.in conſilio 333.volum.3. Maranta in 6.part.numero 27.& plur. ſeqq. Marſil. Singulari 643. vbi plurima dicit. 1

Angel.in l.de pupillo, §.meminiſſe, ff.de noui oper.nũciatione, dicit, quod Romana Curia introduxit hanc formam faciendi præcepta, cum huiuſmodi clauſula, & tunc citatus ſi comparet, præceptum reſoluitur in vim ſimplicis citationis, ſequitur Felin.in conſ.5 num.8. idem dicit Bald.in conſ. 245.in fine, volum.2. & in conſil.463. numero 7.volum.4. Iaſ.in d.§.meminiſſe, num.8. Caſtrenſ.in conſil.3.numero 2.in fine, verſic. præceptum autem, vol.2. Bartolus in l.1.C.de excep. rei iudicatæ. Bal.in rubrica, C.comminat.vel epiſtol. Bauerius in ſuis Singularibus. ꝟ.Citatio num.29.

Et dicit Angel. † Aret.in conſ.77. numero 22.& ſeq. quod ſi præceptum eſt iuſtum, id eſt ex actis iuſtificatum, tunc non reſoluitur in ſimplicem citationem per comparitionem citati. 2

Si hæc clauſula omittatur, præceptum eſt nullum, & ſperni poteſt, Iaſ.in l.ne quidquam, §.vbi decretum, num.6.ff. de offic. Proconſulis, vbi ſcribit multas limitationes.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſi per diligentem informationem, quid importet.*

2 *Alienatio rei Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, quando ſit valida.*

3 *Tranſactio facta in ſpiritualibus nunquam poteſt valere ſine conſenſu Papæ.*

4 *Alienatio rei minoris aliquando eſt valida ſine ſolemnitatibus.*

5 *Alienatio pendente conditione beneplaciti Apoſtolici, non poteſt reuocari.*

6 *Iudex cum clauſula, Si per diligentem, quid debeat facere.*

## CLAVSVLA 363.

### *Se per diligentem informationem, &c.*

IN Breui Apoſtolico, commiſſionis cauſæ, quæ dicitur, ſi in euidentem vtilitatem Eccleſiæ eſſe apparuerit, huiuſmodi clauſula apponi conſueuit: Si per diligentem informationem per vos, ſeruatis ſeruandis, ſuper præmiſſis habendam, apparuerit eſſe in v-
1 tilitatem Eccleſiæ, &c. Per quam Papa omnino vult, † quod adhibeantur ſollemnitates iuris, & cauſa neceſſaria, aut euidens vtilitas; & reſcriptum, nō ſupplet alias ſollemnitates, vt probant Rodericus Suarez, in Allegatione 21. numero 1. & Petrus de Anchar. Regienſis, in quæſt. 52. num. 6. & ſeq. & nu. 17. par. 2.

2 Declaratur autem hæc concluſio, vt non procedat, † quando alienatio rei Eccleſiæ eſt facta in cauſam neceſſariam. Item ſi eſt vtilis Eccleſiæ: item, ſi Eccleſia velit eam ratam habere: quia tunc contractus eſt validus, & non licebit emptori ab emptione recedere, ne illud quod in Eccleſiæ fauorem inductum eſt, in eius odium conuertatur, c. ſi quæ de rebus, 12. q. 2 gloſſ. in c. 1. verſic. ſede vacante, & l. quod fauore, & l. nulla, ff. de legib. l. non eo minus C. de procurator. & ita dicunt Innoc. & Abb. in c. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, Abb. in conſilio 89. numero 4. volum 2. But. in c. ſi quis presbyterorum, num. 9. Imola, numer 21. verſ. nec obſtat, de reb. eccleſ. non alienand. Bald. Angel. & Iaſon in l. cum hi, §. eam autem, ff. de tranſact. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 31. de Conſtit. Creſcent. deciſ. 1. de locato, & conducto. Put. dec. 310. par. 1. & fuit dictum in Cortonen. bonorum coram Plato, 3 Iulij 1589. & in Comen. Bonorum 1575. coram Seraphin. & in Romaſia Palatij, 15. Martij, 1604. coram Pamph.

Et licet contrarium fuerit deciſum aliquando, vt per Put. dec. 2. & dec. 352. par. 2. Achill. de Graſſ. dec. 2. de pactis. Verall. dec. 184. p. 1. in manuſcriptis, & in dec. Pampilon. de Sangueſſa, 3 Martij 1578. coram Aldob. tamen iſtæ deciſiones loquuntur in transa- 3
ctione † inita in ſpiritualibus, & beneficialibus, quæ ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ eſt omnino illicita, c. ſuper eo, de tranſactionibus: & ita procedit tex. & ibi gloſſ. in l. à Diuo Pio, ff. de ritu nuptiarum, allegatus à Tiraq. pro iſta parte, de legibus Connubialibus, lege 8. num. 98. ſecus eſt in alienatione rei Eccleſiæ, in qua ante beneplacitum expeditum non eſt locus pœnitentiæ, vt fuit reſolutum in Romana domus, quarta Decem. 1592. coram Mantica.

Ergo remanet firma concluſio, quod quando alienatio eſt vtilis Eccleſiæ, & ipſa vult ratam habere, contractus eſt validus, ſicut dicimus in alienatio- 4
ne † rei minoris in qua requiritur decretum, ob cuius defectum cauſam neceſſariam, & in vtilitatem pupilli, etiam abſque decreto, valida eſt, gloſſ. in l. cum his, §. tranſactionem, ver. alimentarius, ff. de tranſac. quem ſequuntur ibi Bal. Odofred. Angel. & Iacobin. in 1. lectura, Iacob. Turinger. in l. magis puto, ff. de reb. eorum, Io. Fab. in §. ne huius, inſt. de eo cui liberr. cauſa bona adiiciuntur. Rom. in conſilio 416. Dec. in conſ. 131. verſ. 2. principaliter reſpondetur, late Barbat. in conſ. 61. vol. 3. Iaſ. in §. actionum autem, num. 24. inſtit. de actionib. & ideo gl. in l 2. ff. de acceptilationibus,

nibus, dicit, contractus ad commodum minoris, etiam abſque authoritate tutoris, & iudicis, etiam ſi minor obligetur, eſt validus.

Item ſupradicta concluſio eſt vera, etiam ſi alienatio rei Eccleſiæ facta fuerit ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, & non aliter, & ita habeat tacitam conditionalem, ſi beneplacitum fuerit expeditum: nam pendente con-
5 ditione, † non licet emptori diſcedere à contractu, quoniam venditio, etiam conditionalis, dicitur perfecta, ad effectum, vt altero inuito non poſſit diſſolui, l. neceſſario, §. item ſi res, cum gloſſa l. quis iura, ff. de pericul. & commodo rei venditæ, l. quod ſæpe, §. in his, ff. de empt. & vend. Caſtr. in l. 2. circa fin. C. quando lic. ab empt. diſc. Dec. in conſ. 179 numero 3. Afflict. deciſione 280. numero 3. & ita fuit deciſum coram Mantica in Romana domus, 4. Iulii 1593.

6 Iudex cui committitur † hoc negotium à Sede Apoſtolica, cum clauſula, ſi per diligentem, &c. debet ſubtiliter inueſtigare omnia diſcutienda, ſcilicet bonorum valorem, reddituum vtilitatem, vel neceſſitatem, alias eſſet in negligentia, ſiue dolo præſumpto, & lata culpa, vide Caualcan. in deciſ. 46. numero 155. & plur. ſeqq. & num. 450. & plur. ſeqq.

Svmmaria.

1 *Reſtitutio ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa, quando eſt de iure ciuili, & quando de iure Prætorio.*

2 *Maiores quando reſtituantur per clauſulam generalem.*

## Clavsvla 366.

*Si qua mihi iuſta cauſa.*

De hac clauſula eſt text. in l. 1. in fi. ff. ex quibus cauſ. maiores, & ibi illam tractant Doctores, ideo licet origine ſit de iure ciuili, tamen hoc intelligitur in illis caſibus, † in quibus 1
de iure ciuili ſpecialiter diſpoſitū eſt, reſtitutionem eſſe concedendam: ſed in aliis caſibus, à iure ciuili non expreſſis, vbi iuſta cauſa adeſt, de iure Pretorio reſtitutio in integrum conceditur, Oddus, in tract. de reſtit. in integrum, quæſt. 1. numero 84. & quæſt. 8. numero 1. & plur. ſeqq. vbi diffusè tractat de hac clauſula.

Et quod quando maiores non poſſunt reſtitui ex illis cauſis, ex quibus
reſtituuntur † minores, tunc ſtante læ- 2
ſione reſtituantur ex dicta clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa, vide Corneum in conſilio 184. colum. finali, volum. 3 qui plurimos cumular, Alciat. de præſumptionibus, Regula 1. præſumptione 42. numero 3. & ſeqq. Menoch. in conſilio 932. numero 11. item, in quibus caſibus maiores etiam vigore huius clauſulæ non reſtituantur. Vide in Digeſtis nouiſſimis, tomo 1. Titulo Reſtitutio, in pluribus capitibus.

Svmmaria.

1 *Clauſula, Sine lite in ſolutione penſionis quid importet.*

2 *Per hanc clauſulam cenſetur renunciatum ſtatuto de conſilio ſapientis petendo.*

## Clavsvla 367.

*Sine lite, & exceptione.*

Creditores penſionarij conſueuerunt à beneficiatis hanc promiſ-
ſionem obtinere, quæ clauſula † im- 1
portat ſolutionem eſſe faciendam, abſque retardatione, & actu iudiciario, vt probat Marius Anguiſſola, in conſilio 59. numero 22. Verall. deciſ. 205. numero 4. parte 1. Neuizan. in conſilio 6. numero 4. & tunc nullum iudicium fieri poterit ad imprimendam, & retardandam ſolutionem penſionis, Caualcan. in deciſione 26.

numero 70. parte 2. qui plurimos refert.

Et ſi extat Statutum de petendo
2 conſilio † ſapientis in omni negotio, tunc promittens cum iſta clauſula, cenſetur renunciaſſe Statuto de conſilio ſapientis petendo, vide Caualc. in deciſione 28. num. 67. & numero 88. part. 2. qui plura allegat ad hoc.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Sola facti veritate inſpecta, Principes ſoli vtuntur.*
2 *Inferiores à Principe non poſſunt iudicare ſola facti veritate inſpecta.*
3 *Clauſula, Sola facti veritate inſpecta, quomodo ſit valde potens.*
4 *Plus operatur, quam clauſula ſummariè.*
5 *Iudex vigore clauſulæ, ſola veritate inſpecta, poteſt iudicare, vt arbitrator.*
6 *Clauſula, ſola veritate inſpecta, quando tollat ineptitudinem libelli.*
7 *Operatur, vt poſſit iudicari ſuper petitorio, & poſſeſſorio ſimul.*
8 *Iudex quando virtute huius clauſulæ poſſit admittere probationes leuiores.*
9 *Exceptio præſcriptionis non poteſt tolli per clauſulam, ſola facti veritate inſpecta.*
10 *Beneficium excuſsionis non tollitur per clauſulam, ſola facti veritate inſpecta.*

CLAVSVLA 368.

*Sola facti veritate inſpecta.*

1 PRincipes † non recognoſcentes ſuperiorem, iudicant cauſas ſecundum eorum conſcientiam, ſola facti veritate inſpecta, non ſe aſtringentes ad allegata, & probata, Bar. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduocatis, Bald. in l. finali, in princ. C. de iure deliberandi, & in c. 1. col. fin. De nou. in forma fidelitatis Iaſon in l. 1. numero 9. ff. de conſtit. princip. Afflict. in cap. 1. num. 72. Quæ ſint Regalia. Iacobin. in ſua inueſtitura feudali, in ver. Princeps, Boſſius in titulo de Princip. numero 72. præſertim, vbi non agitur de iudicando per diffinitiuam ſententiam, ſed de tollendo aliquo grauamine illato, procedentes ſolùm manu Regia, vt dixi ſupra in clauſula, Manu Regia. Inferiores autem à † Principe nullatenus 2
poſſunt ſecundùm virtutem huius clauſulæ iudicare, niſi eiſdem à ſupremis Principibus demandatum fuerit, Ioan. Andr. & Imol. in c. venerabili, de cenſibus Bald. in c. 1. §. Sacramenta, De cõſuetudine recti feudi, quoniam huiuſmodi iudices nihil contra iura definire poſſunt, l. 2. C. de offic. præfecti prætorio, c. quod ſuper his, de maior. & obedientia. Purpurat. in l. 1 numero 153 ff. de offic. eius. Guido Pap. deciſ. 29.

Hæc clauſula † valdè potens à Do- 3
ctoribus appellatur, Anton. de Butr. in cap. 1. de iuram. calamniæ. Natta, in Clemen. Sæpè, §. non ſic tamen, verſic. ſexto. Maranta in Praxi iudiciorum, parte quarta, diſtinctione 9. num. 32. Cacheran. deciſione prima, numero vigeſimo, quoniam illa clauſula, Seruato iuris ordine, eſt permiſſiua, ſed hæc, Sola facti veritate inſpecta, eſt prohibitiua, ſed diſpoſitio prohibens eſt multo potentior, Bald. in l. ſi Ruffinus, C. de teſtam. milit. Dec. in conſilio 44 colum. finali, & conſilio 167. num. 3. & conſ. 581. numero 7 in fine. Item, hæc clauſula † plus operatur, quã 4
clauſula ſummariè, &c. ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Dec. in c. quoniam contra, numero 16. de probationibus. Alexand. in conſilio 6. num. 1. in fine, vol. 3. Felin. in c. dilecti, de iud. Cacheran. in d. deciſ. prima numero 10. Et ideo iudex deputatus cum hac clauſula, plenius procedere poteſt.

Iudex deputatus † cum hac clauſu- 5
la,

la, ordinem iuris reiicere poteſt atque procedere,& iudicare more arbitratoris, Berous in queſtione 25.numero 4. & numero 8. Item poteſt iudicare ſuper cauſa probata,etiam non deducta in libello, Alexand.in l.ſi ita ſtipulatus,§.Chriſogonus,numero 8.de verb. oblig. Maranta in l.is poteſt,num.133. ff.de acquirend.hæredit.& in Speculo ordinis iudiciarij, parte 4. diſtinct.9. numero 17.& numero 32.Surd.in conſil.273.numero 2.& ſeq. volum.2. Cacheran. in deciſione quinta, numero
6 21. Item,in virtute † huius clauſulæ tollitur ineptitudo libelli, Iaſ in l.vinum,colum.fin.ff.ſi cert.pet. Maranta in d.l.is poteſt,numero 195 Sed hoc intelligitur parte non opponente, ſecus eſt ſi pars opponat, quia non poſſit deliberare an cedat,vel contendat, vt per eundem Iaſ. in d.l. vinum, numero 34.& trigeſimoquinto,ff.ſi certum petat. & probat Andreas Gayll. in libro primo Obſeruationum. capitulo 66.

7 Hęc clauſula operatur, † vt cauſa proprietatis, ſimul cum cauſa poſſeſſionis definiri poſſit, Dec.in conſilio 449.numero 21.Rubeus in conſilio 4. numero decimo ſecundo.Menoch.in conſilio ſecundo, num.184. Purpurat. in l.edita,numero 240. C.de edendo. Cacheran. in d.deciſ.prima, num.vigeſimo octauo, Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſina 17. numero vigeſimo ſecundo, quoniam hæc clauſula tollit ordinem iudiciarium,c.dilecti. de iudiciis.Roman.in Singulari 785. & ibi Addentes plurimos cumulant.Practica Papienſ. in forma libelli actionis realis,in verbo, Summariè nu.decimo octauo.

8 Et ſi iudex † in virtute huius clauſulæ poſſit admittere probationes leuiores, Dec.in d.cap.dilecti, de iudiciis.Menoch.de arbitrar.libro 1.quæſt. 24. Rolandus in conſilio ſeptimo,nu. 36. volum.3. tamen hoc intelligitur, quando aliunde ſcit veritatem aliter ſe habere, vt probat Crauetta, in tractatu de Antiquitate temporum, in nona particula primæ partis principalis,numero 6. quæ incipit: Octaua datur.

Non poteſt iudex † in virtute huius clauſulæ reiicere exceptionem pręſcriptionis, vt poſt alios probat Menoch. de arbitr.iud. libro 1. quæſt.29. 9
Neque poteſt tollere beneficium † excuſsionis Crauetta in conſilio 263. numero 3.Cephal.in conſilio 86.numero 16. volum.1. Natta in conſilio 521. num.13.Menoch.de arbitrar.quæſt 51. numero 4. 10

SVMMARIA.

1 *Clauſula,Solutis meliorationibus,quid importet.*
2 *Cautio de ſoluendo meliorationes quando non ſufficit.*
3 *Exequutio ſententiæ non impeditur per exceptionem meliorationum.*
4 *Meliorationes quomodo ſint æſtimandæ.*
5 *Exequutio pro meliorationibus, ante illarum exequutionem,eſt nulla.*

CLAVSVLA 369.

*Solutis meliorationibus.*

QVando ſententia lata eſt ,cum hac Clauſula, & ipſæ meliorationes ante ſententiam † deducta, & probatæ fuerint, tunc neceſſe eſt illas ſoluere cum effectu,nec ſufficit cautio de illas ſoluendo, Franch.deciſ.112.num. 36. Nam ſi conſtat meliorationes factas eſſe, etiam ſi illarum valor probatus non fuerit, tunc non ſufficit cautio † de illas ſoluendo, ſed omninò antea exſoluendę ſunt,vt probat Galleſius de obligatione Camerali, parte quarta,quæſt.2.numero 14.verſ. ne tamen erres, Fabius Anna, in conſilio 43.numer.11.Neguſant.de pignoribus

parte quarta membro quarto numero 11. & ſeq. & vide Alciat. in conſilio 63. in fine libri noni, & Simon de Pret. de interpretat. vltim. voluntat. libro 3. Solut. 5. numero 21. & ſeq. fol. 359. & Marzar. in Epitome de fideicommiſſ. quæſt. 66. num. 19. Benintend. deciſione 16. num. 5. & deciſ. 77. numero 5. & ſeq.

Sed ſi non conſtat de meliorationibus ante ſententiam, ſed poſt eam in
3 exequutione † de eiſdem opponitur, fiet exequutio ſententiæ, cum cautione de illarum pretio exſoluendo quatenus appareat factas fuiſſe, Franch. in d. dec. 112. numero 17. Boer. in deciſione 43. Caualcan. qui multos refert, in deciſ. 28. num. 5. parte prima. Vbi etiam tractat, an, & cui danda ſit retẽtio pro meliorationibus, & coram quo iudice peti debeant.

4 Et quomodo meliorationes † ſint æſtimandæ, & quando debeantur, & quando dicantur meliorationes, & quando refectiones, vide diffusè per Boer. in deciſione 44. Æſtimantur autem hoc modo, vt ſi plus fuerit impenſum, quàm melioratum, vel plus melioratum, quàm impenſum, ſemper attendatur illud quod minus eſt, ex Regula l. in fundo, & ibi gloſſ. ff. de rei vendic. & probat Petra, de Fideicommiſſis, queſt. 15. & ita fuit iudicatum. Capic. deciſione 93. Rota Peruſina, deciſione 93. Rota Peruſina, deciſione 58. numero 15. multos ad hoc congerit Caualcan. in d. deciſione vigeſimo octauo in Additionibus numero tertio, & 4. part. prima, & ſi fie-
5 ret exequutio † pro meliorationibus ante ipſarum liquidationem, ipſa exequutio eſſet nulla, lege hæc autem §. primo, ff. ex quibus cauſa poſſeſſ. eatur, Bald in conſilio 99. num. 1. vol. 5. & tenuit Rota in Meliten. Bonorum, 17. Maii, 1591. coram Pegna, & in Fauentina de Paſiis 28. Nouembr. 1605. coram Coccino, & in Romana vineæ 24. Octobris 1605. coram Ludouiſio.

## SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor Prætorius eſt liberatus etiam ſtante decreto illius reſeruatiuo.*

2 *Clauſula, Stante prima* Fideiuſsione, *quando poſſit operari.*

## CLAVSVLA 370.

### *Stante prima Fideiuſsione.*

CVm iudex abſente † fideiuſſore, 1
qui primo loco pro reo ſe obligauit, mutat locum carceris cum decreto, & hac clauſula, Stante prima fideiuſſione, hæc clauſula quo ad fideiuſſorem nihil operatur, Decian. in conſ. 72. num. 12. 13. & 39. vol. 2. Cephal. conſilio 437. numero 18. Imola, in conſilio 12. numero 4. Marſil. de fideiuſſoribus, numero 89. verſic. ſexto quære Andreas Gayll. Obſeruatione 30. nu. 11. libro 2. Franciſc. Marc. deciſion. 539. numero 6. parte 1. Hieronymus Magonus deciſ. Florentina 110. numero 4. & ſeq. Caualcanus deciſione 14. parte quinta, qui reſpondet contrariis. Nam in huiuſmodi fideiuſſionibus, & ſtipulationibus prętoriis, ſtatim fit nouatio, l. Valerianus, ff. de prætor. ſtipulationibus.

Sed hęc Clauſula † poterit operari 2
effectum in caſu ſuo, videlicet, quando fuerit reuerſus ad primum locum, quod ex illo loco non debeat exire ſine licentia iudicis, cum dicta prima fideiuſſione, Gabriel. in conſ. 170. volumine ſecundo. Simon. de Pret. de interpret. vltim. voluntat. libro 5. dubitatione prima, numero 186. fol. 658. Cacheran. deciſ. 76. num. 10. Caualcan. d. deciſ. 15. num 25. par. 5.

## SVMMARIA.

1 *Delegatus cum clauſula, Conſcientiam veſtram*

*veſtram oneramus, an poſsit ſubdelegare.*

2 *Iuramentum præſtandum poteſt committi in animam committentis.*

3 *Iudex an debeat iudicare ſecundum conſcientiam, vel ſecundum allegata, & probata.*

4 *Iudex non poteſt iudicare de his, quæ ſcit vt priuatus.*

5 *Quæſtio, an debeat iudicari ſecundum veritatem, vel mendacium æquiparatur quæſtioni, an ſecundum conſcientiam, vel allegata & probata.*

6 *Iudex veritatem, non mendacium ſequi debet, & ex quibus probetur.*

7 *Conſcientiam duplicem dari in iudice, eſt contra naturam.*

8 *Conſcientia ſemper impugnatur, cum quid fit contra veritatem.*

9 *Probationes fiunt iudici, & ideo poteſt dicere eas non probare.*

10 *Iudicis ſcientia ſuperat omnem probandi modum.*

11 *Iudex poteſt moueri ad iudicandum ex alijs non allegatis à partibus.*

12 *L. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſid. quomodo intelligatur.*

13 *Iudex appellationis an debeat ſequi ſententiam primi iudicis.*

14 *Commiſsio cum clauſula, Conſcientiam veſtram oneramus, non eſt iudicialis.*

15 *Veritas tantum habet locum in foro conſcientiæ.*

16 *Veritas præualet etiam ſcandalo vitando in foro conſcientiæ.*

17 *Per clauſulam, Conſcientiam veſtram oneramus, excluditur omnis exceptio, & appellatio.*

## CLAVSVLA 371.

*Super quibus conſcientiam veſtram oneramus.*

1 DElegatus †cum iſta clauſula non poteſt alteri ſubdelegare, quia eſt electa eius perſonæ induſtria, Ioãnes Andreas in c. ſecundo, de teſtam. libro 6. & ibi Geminian. Oldrad. in conſil. 99. Bald. in l. nulli, verſ. qui pro ſua conſcientia, C. de epiſcop. & cleric. Idem Geminian. in c. vt circa, §. penult. de electione, libro 6. gloſſ. in cap. finali, de dilation. quòd vbi requiritur præſentia alicuius, non poteſt actus fieri per procuratorem, textus in l. finali, ff. de excuſat. tut. & ibi Bald. per illum tex. in verſ. dummodo per ſe exerceat, c. licet de decimis, vbi priuilegium datum facientibus actum propriis manibus, non habet locum in his, qui exercent per alios.

Contrarium tenet Abb. in c. finali, § is autem, in fine, de offic. delegati, qui dicit ita ſe conſuluiſſe, quia deciſio negotij non erat commiſſa alicuius conſcientiæ, ſed clauſula erat appoſita ſuper toto negotio, ideo ſatis erat, quòd alteri committendo non facere contra conſcientiam Angel. in Auth. Adhæc, C. de iudic. dicit, quòd iſta quæſtio fuit diſputata in facto, & quòd fuit iudicata pro opinione Abbatis. Idem Abbas in capitulo, cum in veteri, col. 1. de electione, lib. 6. probat, quòd per iſtam clauſulam, non eſt electa induſtria perſonæ; ſequitur Anchar. in Clemen. 1. in quæſt. 15. de foro comp. Et ita fuit iudicatum in Rota in deciſione 441. incipiente: Fuit dubitatum vtrum exequutor, in Nouiſſ. quam deciſionem citat ad hoc Benedict. de Vadis. in repertorio Felini, in verbo, Conſcientiam tuam oneramus, & Milus in ſuo repertorio, in verbo, Conſcientiam. Et pro hac opinione facit; quòd etiam iuramentum † poteſt al- 2
teri committi, vt iuret in animã committentis gloſſ. in c. Tibi domino, diſtinct. 63. Alexan. in conſil. 149. numero 9. volum. 5. Bald. & Alexand. in l qui bona, § ſi alieno, ff. de damno infecto, Communiter per Doct. in l. 2. §. fin. C. de iuram. calumn. Corta in ſuis

OO

memorialibus, verbo Procur. poteſt. Ergo ſubdelegatus à iudice deputato cum iſta clauſula, dicitur ſequi conſcientiam ipſius delegantis.

3 Vtrum iudex † deputatus cum iſta clauſula, debeat iudicare ſecundum conſcientiam ſuam, id eſt ſecundùm ea, quæ ipſe verè ſcit, vel potius ſecundùm allegata, & probata, quam quæſtionem tractat D.Thom.in 2.2.quæſtion.67.artic.2. vbi diffuſius Caietanus, Summa Silueſtrina in verbo, Iudex, in ſecundo, q.5. D.Antoninus in 3.parte ſuæ Summæ, titulo 9.cap.2. §.6.& ex Modernis Decianus in tractatu criminali, lib.2.c.14. Et communis omnium Theologorum, Canoniſtarum, & Legiſtarum reſolutio eſt, quod iudex ſuſtinet duas perſonas, alteram

4 priuati, † alteram tamquam iudex: ſi quid igitur tanquam priuatus iudicare vult, ipſe non poteſt, l.priuatorum, C. de iuriſd.omn.iud.ergo ſecundum iudicis regulas à l.ei datas, iudicare opus eſt, videlicet, ſecundum Leges, c. iudicet, 3.q.7. vbi quòd bonus iudex, non ex arbitrio ſuo, ſed iuxta leges, & iura pronunciat, & ſtatutis obtemperat, vt index publica vtitur poteſtate, l.Barbatius ff.de offic.prætoris, c.1. de re iudicata, lib.6.ergo debet ſequi publicam ſcientiam, & publicam iudicandi regulam à legibus præſtitutam, videlicet vt ſecundum allegata, & probata iudicet, l.illicitas, §.veritas, ff.de offic.præſid. Nemo iudex, & teſtis ſimul eſſe poteſt, ergo cum quid ipſe ſcit, vti priuatus, non poteſt miſcere cum perſona iudicis.

Et licet iſta opinio ſit communis, tamen contrariam firmarunt etiam grauiſſimi viri, Nicolaus de Lyra ſuper Exodi c.23. Adrianus in Quodlibeto 2.ad fin.Præpoſitus, in c.iudicet, 3.quæſt.7.Calderin.& Abb.in c.paſtoralis, §.quia verò, de offic. deleg.Abb. & Imo. in c.1.de off.ord.

Sed circumſcripta ratione deſumpta ab authoritate Doctorum, ego credo validioribus rationibus poſſe in iure ſuſtineri, quòd Iudex ordinarius (circumſcripta hac clauſula) debeat iudicare ſecundum conſcientiã ſuam, & multò magis, quando eſt deputatus cum iſta clauſula.

Primus igitur articulus eſt in iudice Ordinario, in quo arbitror tantam vim habere titulum quæſtionis, vtrum † debeat iudicare ſecundum cõſcientiam, vel ſecundum allegata, & 5
probata, quantam vim habet iſte titulus, vtrum debeat iudicare ſecundum veritatem, vel ſecundum mendacium: Nam ſi ipſe iudex certò ſcit aliquid, quia vidit, & poſtea contrarias probationes ſcriptas perlegit (quarum maxima eſt copia in Italia) ipſe quidem mendacium † ſequi non debet, quod 6
alieniſſimum à iudice eſſe oportet: Nam boni, & innocentis viri officio fungi opus eſt, l.ceteræ, §.mala, ff.fam. herciſc. Improbi homines mentiri ſolent, & ſimulare, propter quod puniẽdi ſunt, cap.1.de crimin. falſi, l. ſed ſi parte, §.1.ff.quod cum eo, qui in alien. poteſt. Iudex veritatem ſequi debet, ex probationibus falſis moueri non debet, ita iure ſancitum eſt. Exceptio non numeratæ pecuniæ, nullam conſtituit differentiam, vtrum actor iurauerit, vel non, l.finali, C.de non num. pecun. Item, confeſſio propria non mutat veritatem l. quidam quaſi ex Seia, & l.ſeq.ff.de probationibus. Itẽ, contractus imaginarii iuris vinculum non obtinent, cum fides facti ſimulatur, non intercedente veritate, l.contractus, ff.de actionibus, & obligationibus. Item veritas naturæ non eſt ciuilibus conſtitutionibus adumbranda, ſed vbi vera res non eſt, ibi poteſt ars, & humana authoritas naturam imitari, l.filio quem, ff.de liber & poſthum. Namque (inquit) in omni ferè iure

iure ſic obſeruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ veritas adũbretur. Item, non poteſt lædi veritas de ſtatu alicuius per tenorem inſtrumenti malè concepti, l.Imperat.ff.de ſtatu homin.argum.l.fin. ff.eodem titulo. Item, alimentorum cauſa, quantumuis fauore digna, non facit præiudicium veritati, ſi quis non ſit filius l. pen. ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.Item,veritas rei geſtæ ſemper ſpectanda eſt, etiamſi aliud ſit in opinione, l. quæ vtiliter, §.Titius pecuniam, ff.de neg.geſt. In ſumma, Veritas Domini manet in æternum, aduerſus omnes omnium opiniones, & mendacia.

7 Item iudici † dare duplicem perſonam, & duplicem conſcientiam eſt contra naturam, contra Ius, & contra Æquitatem; Nam conſcientia eſt ſecretum animi iudicium, per quod aut accuſatur falſitas,& turpitudo,aut defenditur veritas, & honeſtas, ſecundum infallibilem famulam iuſtitię inſculptæ nobis à Deo: vnde Prouerbiũ, conſcientia mille teſtes, quia eſt res ſimpliciſſima, neque diuidi poteſt in vno, & eodem homine, & quidquid
8 fit contra conſcientiam, † fit contra veritatem, vt probat Innocent. in c. litteras, de reſtit.ſpoliat. Cùm igitur primarium iudicis officium ſit, amplecti veritatem in iudiciis, atque veritatem ad æquitatem dirigere, id quidem fieri non poteſt, niſi in iudicio conſcientiæ ſuæ.

9 Neque obſtant illæ probationes, quæ in proceſſu factæ ſunt, quoniam illæ quidem non partibus, ſed ipſi iudici factæ dicuntur, l.quinquaginta, ff. de probationibus,& ipſe ſemper poteſt dicere, hoc mihi non probat: Et quonam modo probare potuerunt contra illud, quod ipſe iudex certò ſcit, illa ſcientia † ſuperat omnem 10
probandi modum, l.2.in fine, ff.de feriis, l. minor vigintiquinque annis, ff. de minoribus, c. dilecti, de appellationibus, c.nec aliqua, 7.quæſtion.2. §. quando autem, 2.quæſt.1. Item illa acta, & probationes deſeruiunt iudici, quando veritatem in ſua conſcientia ignorat, quoniam diuinare non debet, ergo per contrarium, quando veritatem certò ſcit, illam omnibus probationibus præferre debet.

Præterea, omnes Doctores communiter fatentur, iudicem moueri
poſſe ad dicendam † ſententiam ex 11
cauſis à partibus non allegatis, ſi fortè aliundè colligat veritatem, l.ſi adulterium, cum inceſtu, § iidem Imperatores, ff.de adulter.c. Rainutius, §.finali, de teſtament. vbi iudex motus fuit ex rationibus à partibus non allegatis cap.cum dilectus, de Conſuetudin. l.1.C. vt quæ deſunt aduocat. l.1. C.qui,& aduerſus quos. Sed quid eſt aliud ſupplere defenſionem partium niſi veritatem ſequi?

Et ideo textus in d.l. illicitas, † §. 12
veritas, ff.de offic.pręſid.loquitur de iis quæ frequentius accidere ſolent, vt eſt quod iudex ſequatur veritatem quę colligitur ex actis, ſed quando ipſe iudex ſcit veritatem facti, & acta facta non probant iudici, cui probare debent, d. l.quinquaginta, ff.de probat. nullam illam veritatem ſequi opus eſt, quam ſcientiam veram,& conſcientiam ſuam, aliàs mendacium ſequi oporteret, quod à iudice alienum eſſe debet, vt probatum eſt.

Sed quid poſtea faciet † iudex ap- 13
pellationis? Reſpondeo ad hoc etiam eſſe inſtitutos illos Apoſtolos, quos vocant miſſiuos, vt C. de relationibus. Item ad hoc conſilium à Doctoribus datum eſt, vt ſi iudex aliunde, quam ex allegatis ſententiam

proferat, illud nominatim in ſententia adiiciat: Aut ſaltem pronunciabit, ſibi non liquere, l. idem Pomponius ſcribit, ſi de meis, §.fin. ff.de arbitr.l. Pomponius, ff.de re iud.Angel. in l. non quemadmodum, ffde iudic. & ſcribit exemplum Aulus Gellius in libro 14.c.2.

Circa ſecundum articulum, Nimirum in iudice deputato cum iſta clauſula, Conſcientiam veſtram oneramus, multò fortius hoc idem concludendum eſt, quoniam iſta commiſſio
14 eſt conſcientialis, † non autem iudicialis, vt dicit Bald.in l.certum, numero 7.in fine, C.Vnde legitimi. Felin.in cap.1.verſ.& ſi dicatur, conſcientię tuæ committimus, de Conſtitut.cum aliis ad hoc allegatis per Mandoſ. in Additionibus ad Lapum ſuper Allegatione 15.in fine.

15 Item quia in foro † conſcientiæ ſolum veritas locum habet. Innoc.in c. quia plerique de immunit.Eccleſ.Abbas in d.cap.11.numero 10.de Conſtitut. Idem Abb. & ceteri, in capitulo primo de Sponſalibus. Ancharan. in Regula Poſſeſſor, de Regul.iur. libro 6. & ideo licet lex induceret præſumptionem iuris, & de iure, tamen hoc foro præualet veritas, capitulo, inquiſitionem, de ſent.excommunic. Felin. in d.c.primo, numero 49.de Conſtit. & ibi Abb.numer.9. in Additionibus dicit quòd licet multa permittantur ad euitandum ſcandalum, tamen in
16 foro conſcientiæ veritas † præualet ſcandalo. Multa ſimilia, & exempla ad hoc adducit Decian. in Tractatu criminal. in dicto libro ſecundo, capit. 14.numero 33.& ſeq.& in capit.15. numero 1.& ſeq.

17 Et in tantum per hanc clauſulam † ſequenda eſt conſcientia, vt excludatur omnis exceptio, gloſſ.in cap. ſtatutum, verbo, aſſeſſorem, de reſcript. libro ſexto, & ibi Geminianus numero quinto, verſicul.nota ex his.Lap.dicta Allegatione 15. numero octauo, in fine. Item excluditur omnis appellatio, vt probat Mandoſ. in additione finali ſuper dicta Allegatione 15.verſ. Ampliatur, vt etiam allegat Lap. Allegatione 60. cum aliis, vt per eum. Vide Iaſ.in l.à iudice, colum.finali, verſic. Secundo facit quod vult gloſſ. C.de iudiciis.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, tam, & quam, quando ſtet augmentatiuè.*

2 *Et quando reſtringat.*

3 *Et quando æqualiter tribuat actum vnicuique.*

4 *Et quando denotet ordinem ſucceſſiuum in inueſtituris.*

## CLAVSVLA 372.

### *Tam, & quam.*

ISta clauſula aliquādo ſtat augmentatiuè, vt ſcribunt Anton. de Butr. 1
in conſilio 19.vol.3.verſic. item tertio, Crauetta, in conſilio 227.numero 9. in fine, Menochius in conſilio 195.numero 7. veluti ſi alicui conceditur priuilegium in omnibus, & per omnia, prout habet talis, & ſubiungitur, tam quò ad iuriſdictionem, quam quò ad alia, tunc ipſa clauſula extendit. Butrius in dicto conſilio 19. numero 4.
Aliquando reſtringit, † vt ſi ſocietas 2
ſit contracta de omnibus quæſitis, & quærendis, tam ex arte, quàm ex operibus, tunc ipſa ſocietas reſtringitur ad explicata per clauſulam. Ioan. de Imola, in conſilio quingenteſimo tertio columna finali, verſ. in contrarium tamen facit.

Item, iſta clauſula eſt diuiſiua,
quæ † æqualiter tribuit actum cuilibet 3

nun-

enuntiato, l.ſi cui legatorum ff. Vt in poſſeſſionem legat.nom. Grat.in conſilio nono,n.99.volum.1. Menochius in conſil.400.n.9.

Item poſita in inueſtituris tam pro maſculis, quam pro feminis inducit
4 ordinem † ſucceſſiuum, vt feminę admittantur poſt maſculos, Signorol. in conſ.decimo,col.2.verſ.non obſtat,& in conſ.ſequenti.Purpurat. in conſilio 267.col.2.vol.primo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Terminis non ſeruatis, non excludit ſubſtantiales.*

CLAVSVLA 373.

*Terminis ſeruatis, & non ſeruatis.*

1 PEr iſtam clauſulam † non tolluntur termini ſubſtantiales, ſed ſolum fieri poſſunt breuiores. vide Ferret.in conſilio 99. num. 2. & in conſ. 219.num.2.vol.1. qui multa ſcribit de hac.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, valeat eo modo quo valere poteſt operatur idem, quod iuramentum.*

CLAVSVLA 374.

*Valeat eo modo, quo valere poteſt.*

1 SVper renunciatione † appoſita hęc clauſula tantum operatur, quantum ipſum iuramentum, l.1. §. quod autem, ff.quorum bonorum, Bar. in conſ.69. Factum tale eſt, & diffuſe ſcribit Afflict. in titul. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ, n. 9. vbi etiam quod idem operatur clauſula, ex nunc, prout ex tunc, l. huiuſmodi, ff. de verb. oblig. & ibi multos ad hoc allegat.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Vel circa, in diſpenſationibus, quod tempus importet.*

CLAVSVLA 375.

*Vel circa.*

IN diſpenſationibus † conſueuit apponi hæc clauſula, quinto decimo ętatis tuę anno, vel circa, & tunc intelligi debet de duobus, vel quattuor, aut quinque, ſiue ſex menſibus, Alex. in conſ.88.num.15.vol.6.& quomodo in hac debeat regulari arbitrium iudicis, vide Menoch. de arbit. caſu 46. num. 5. Scripſi etiam de hac ſupra in clauſula in circa. 1

SVMMARIA.

1 *Clauſula, viſis, & conſideratis verbis inſtrumenti, de ſtylo Notariorum, quid importet.*

CLAVSVLA 376.

*Viſis, & conſideratis verbis Inſtrumenti.*

NOtarij † in inſtrumentis ratificationum ſemper ſolent apponere hanc clauſulam, vt atteſtatur Menoc. in conſ. 561. n.34. & importat confirmationem, & validitatem ipſius ratificationis, vt ibi.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, vt ſi ſpecialiter in ius Petri, quod importet.*

CLAVSVLA 377.

*Vt ſi ſpecialiter in ius Petri.*

ILla clauſula † priuil. vt ſi ſpecialiter in ius Petri importet exemptionem, quia omnes Eccleſiæ ſunt de iure Petri, vt dicit Abbas in cap. recepimus, numero 2. de priuileg. & vide Honded. in conſ. 13. numero 47. volum.1. 1



[library stamp]

# TRACTATVS DE CLAVSVLIS

## PARS SECVNDA.

## IN QVA AGITVR DE CLAVSVLIS pertinentibus ad feuda.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ad beneplacitum, facit conceſſionem perpetuam.*

2 *Clauſula, Donec, & quouſque iudici placuerit, facit diſpoſitionem perpetuam.*

3 *Pœna exilij, vel relegationis ad beneplacitum, eſt perpetua.*

4 *Clauſulæ, Ad beneplacitum, æquipollet clauſula, Donec eris fidelis.*

5 *Clauſula, Beneplaciti, an ſit addita perſonæ, vel dignitati, eſt magna differentia.*

6 *Clauſula, ad beneplacitum, ſi ſit appoſita in feudis, quæ anno finiuntur, quid operetur, & num. 10.*

7 *Officia tempore Romanorum erant annalia.*

8 *Feuda quomodo fuerint annalia, & poſtea inceperunt habere maiorem firmitatem.*

9 *Feuda gratuita facilius reuocantur, quam acquiſita ex cauſa oneroſa.*

11 *Verba nulla, cuiuſlibet diſpoſitionis debent eſſe fruſtratoria.*

12 *Clauſula, ad beneplacitum, & voluntatem, quid aliud importet, & quãdo faciat conditionem.*

CLAVSVLA I.

*Ad beneplacitum.*

CONceſſio feudi ad beneplacitum † c. ſi gratioſe, de reſcriptis, libro ſexto vbi habe- 1
tur, quod quando conceditur ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, per mortem Papæ non ſpirat, ſed durat perpetuo donec reuocetur, & ibi hoc notarunt gloſſ. Archidiacon. Io. Andr. Ioan. Monach. Geminian. & Fran. Idem tradit Bartol. in l. more maiorum, num. 7. ff. de iuriſd. omn. iudic. & in l. centeſimis, §. ſi ita ſtipulatus, num. 1. & ibi Iaſ. numer. 13. ff. de verb. oblig. vbi firmant, quod ſi dictum fuerit,
Donec, † & quouſque iudici placue- 2
rit, ipſa diſpoſitio dicitur perpetua, atque morte diſponentis non finitur, Calderin. in conſilio 3. in titulo de reſcript. quod ſi Rector prouinciæ contulit officium, vſque ad eius beneplacitum, finito Rectoratu, adhuc durat officium, quia beneficium collatum à Principe decet eſſe perpetuum, capit. decet, de regul. iur. lib. 6. quia Principis dignitas perpetua eſt, vt probat Geminian. in d. c. ſi gratioſe, de reſcript. lib. 6. & Ruin. in conſilio 104. numero 2. & numero 11. verſiculo ſecundo non obſtat volum. 5. Menoch. de arbitrar. quæſt. 69. numero

3 mero 7. idem eſt in pœnis, † ſi exilium, aut relegatio, vel alia pœna fuerit impoſita ad beneplacitum iudicis, vel Principis. Gomeſ. variar. reſolut. in titulo de exilio, & relegatione, numero 5. Foller. in Practica crimin. canonica, cap. 33. numero 78. Couar. in libro tertio variar. reſol. cap. 15. numero 2. cum aliis per Petr. Caball. in reſolutione criminal. 143. numero 7. & ſeq. & de hoc ſatis ſcriptum eſt in Digeſtis Nouiſſimis, tom. 2. titulo, pœna.

4 Huic clauſulæ † æquipollet altera clauſula, Donec eris fidelis, & obediens nobis, & dictæ noſtræ Eccleſiæ, ac ſucceſſoribus, quia hæc etiam ſignificat eos, qui in eamdem dignitatem ſucceſſuri erunt, ita vt per illius mortem non cenſeatur renunciata conceſſio, Grat. in conſil. 62. numer. 9. volum. 1. Ruin. in conſ. 104. numer. 8. verſ. & non ad ſucceſſores volum. 5. & dum dixit, Eccleſiæ, oſtendit potius dignitatem vel perſonam perpetuam, non autem morituram, ſed conceſſio ad beneplacitũ dignitatis perpetua eſt.

5 Eſt autem magna differentia, † dicere, Placet Regiæ maieſtati, ad ipſius Regię Maieſtatis beneplacitum, & dicere, placet ad beneplacitum Regiæ maieſtatis, quoniam hoc caſu apparet beneplacitum ad dignitatem conferri, quia vnica eſt oratio, & tota diſpoſitio confertur ad beneplacitum dignitatis: ſed in priori caſu, cum reſcriptum duas habeat partes, & vna reſpiciat gratiam, altera tempus gratiæ, neque ex illis verbis expreſſis in prima parte requiritur neceſſario, quod Rex fuerit dignitatem contemplatus, cum illa verba, placet Regiæ maieſtati, ita conueniant perſonæ Regis, ſicut dignitati eius, cum poſtea ſequitur ad ipſius Regiæ maieſtatis beneplacitum, id quidem refertur ad maieſtatem, & ita beneplacitum potuit contemplari vtrumque, videlicet, dignitatem, & perſonam Regis, & ideo probatio remanet dubia, & regulariter interpretanda eſt contra eum, qui tali probationi innititur, capitulo in præſentia, de probationibus. Bald. in lege quoties, §. ſi quis ita, ff. de hæred. inſtit. etiamſi materia eſſet fauorabilis. Alexand. in conſ. 152. volumine quinto. Etiam ex parte rei, l. matrem, C. de probation. l. ff. de except. etiam in inſtrument. Calderinus in conſilio finali titulo de donationibus. idem in legibus Bart. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis.

Sed quid ſi hæc clauſula appoſita † eſſet in feudis, quæ anno finiuntur, 6
vt in capitulo primo de feud. guardię, & in capitulo 1 §. finali, & ibi gloſ. & Doctor. pignori dato feudo quid iuris ſit, Zaſ. in tract. de feud. parte vltima concluſ. prima. Huic quæſtioni reſpondet Schrader. de feud. p. 2. capitulo quarto, numero 33. quod ſi huiuſmodi feuda ſint conceſſa ad beneplacitum, non anno, ſed morte Domini finiuntur, Bald. in d. c. 1. de feudo guardiæ, numero 4. Afflict. ibi. numer. 16. Niſi is, qui concedit hoc feudum, illud concedat, non ſolum ad ſuum, ſed etiam ad illius qui præeſt beneplacitum, tunc enim neque morte illius qui de hoc alium inueſtiuit, finitur: ſed ita demum exſpirat, ſi vel is qui hoc pacto conceſſit feudum, vel illius ſucceſſor declaret ſe nolle, vt apud feudatarium alterius permaneat.

Sed hæc reſolutio habet falſum preſuppoſitum, videlicet quod huiuſmodi feuda anno finiantur. Primò hoc nullo modo probatur in dicto capitulo primo, de feudo guardię, quem textum ad hoc allegant.

Secundo monetur Schraderus, quoniam officia † in quorum remunerationem huiuſmodi feuda concedebātur, erant annalia, l. Publius, ff de con- 7

dic & demonſtrat l.pridie, ff.de ferijs, § 2.verſiculo,nam & ipſius, Inſtit. de perpet. & temporal. actionibus, & probant plures relati per Roſental. in c.2 concl.68.numero ſecundo, quod omni anno ſolebant mutari guardiani,caſtaldi,&c. Afflict.in d. Rubric.de feudo guardiæ.num.2.ſed hanc rationem valde oppugnat Schenkius in d. c.1.num.11.de feud.guardiæ,quoniam forma & ritus magiſtratus Romani nihil habebat commune cum caſtaldis, & guardianis, qui ſuſcipiebant conſeruationem, & tuitionem rei familiaris, & patrimonialis dominorum ſuorum. Item magiſtratus Romani nullum feudum ratione adminiſtrationis habuiſſe leguntur.

Ratio autem, cur huiuſmodi feuda
8 † tranſacto anno reuocari poterant, iſta eſt vera, quoniam cum primum feuda concedi cœperunt, illa quidem ad libitum auferri poterant, poſtea vſus incepit, vt per annum firmitatem haberent,eoque finito, domini quandocumque volebant,auferebant, c.1. §.& quia, de his qui feuda dare poſſunt,& hoc non ſolum in feudis, quibus certa officia erant annexa, verum erat,ſed etiam in ceteris, §. & quia,& c.1.de feud.guardię,imo verius erat in huiuſmodi feudis, quæ ſine pretio concedebantur,c.1 de feud.dat. in vicem legis commiſſariæ, quam in feudis,quæ pro mercede conceſſa erant, pro qua dabantur officia, d.ca.1. de feudo guardiæ, nam gratuita facilius reuocantur, quam acquiſita ex cauſa onerosa,l pen. C. de reuocandis, ijs quæ in fraudem credit. Sed cum poſtea introductum fuerit, vt feuda vſque ad mortem durarent, & quod in eis ſucceſſioni locus eſſet,d §. & quia hæc conſuetudo ad feuda certis officijs annexa ampliata non fuit, c.1 de feudo guardiæ, quia officium alicui emandatum, niſi fuerit conceſſum ad certum tempus,vel in perpetuum, reuocari poteſt,l.geometrę,l.iuriſperitos in princ & ibi gloſſa,ff. de excuſat. tut.l. ſi vero, ff. mandati. Cum igitur conſuetudo extendendi feuda vſque ad obitum vaſſallorum non habuerit locum in feudis,quæ certis officiis annexa ſunt, ideo in his remanſit priſtinum ius feudorum, d. c.1.de feudo guardiæ, vt illorum conceſſio ſolo anno valeat.

Ergo cum in conceſſione huiuſmodi † feudorum, quæ certis officijs 10
annexa ſunt, fuiſſet appoſita clauſula ad beneplacitum,ſiue voluntatem domini,hunc effectum habebit, vt dominus non ſolum poſt annum, ſed etiam intra annum poſſit feudum auferre, tum quia reſpectu temporis generaliter, & indiſtincte appoſita fuit, & ideo eodem modo generaliter accipienda, l.1.§. generaliter, ff.de leg. præstand.cum ſimilibus,tum, quia alioqui d.clauſula fruſtratoria eſſet, & nihil operaretur,cum poſt annum dominus quandocumque voluerit feudum huiuſmodi auferre poſſit, etiam ſi huiuſmodi clauſula appoſita non eſſet, & omnia verba in qualibet † diſ- 11
poſitione cum myſterio accipienda ſunt,ne cenſeantur fruſtratorie appoſita, l.1. §.fin. & ibi Iaſ.num. 6. quod quiſque iur. & ſemper intelligenda ſunt,vt aliquid operentur,l.ſi quando, de legat.primo, cum alijs ad hoc allegatis per Crauettam in conſ.20. nu.9.

Si fuerit dictum,ad beneplacitum,
† & voluntatem,hæc clauſula impor- 12
tat liberam voluntatem, ſecus ſi fuerit dictum ad beneplacitum tantum, quia importat arbitrium boni viri,vide Gabriel.in conſ.143 num.10. vol.1. Et quando importet conditionem,vide Bartol. in d.l. centeſimas, §. finali num.9. de verborum obligationibus. Magon.deciſ.Florentina 49. num.4. Et quod importet non ſolum voluntatem,

tatem, ſed etiam tempus, vide Surdum in conſ.524 numero 4.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ad habendum, dicitur permittere alienationem.*

2 *Poſita in feudalibus intelligitur ſecundum naturam contractus.*

3 *Cenſetur data facultas alienandi in præiudicium domini, non agnatorum.*

4 *Inter diuidentes tantum cenſetur data facultas alienandi, non in preiudicium aliorum.*

5 *Alienandi facultas conceſſa in feudis, intelligitur, ſi dominus requiſitus fuerit.*

6 *Clauſula, Ad habendum, cogit principem ad conſentiendum alienationi.*

7 *Alienatio in feudalibus permiſſa cenſetur ſolum inter illos de familia.*

8 *Pater non poteſt alienare feudum ſecundogenito in preiudicium primogeniti.*

9 *Refutatio feudi in proximè ſucceſſurum, poteſt fieri ſine conſenſu domini.*

10 *Dominus permittens alienationem feudi non dicitur ius ſuum perdere.*

11 *Clauſula Ad habendum operatur, vt dominus teneatur inueſtire de vtili dominio eum, in quem alienatio facta eſt.*

12 *Conſenſus domini in alienatione feudi facit præſumptam donationem.*

13 *Conſenſus domini [illegible] alienatione non extenditur [illegible] directum dominium.*

CLAVSVLA 2.

*Ad habendum, &c.*

SCripſi ſupra in par.1.cap.4. ſuper hac clauſula in duobus articulis, videlicet in emphyteuſi, & diuiſione, ac renunciatione fideicommiſsi: nunc ſupereſt ſuper tertio articulo videre, quid iuris ſit, quando in co[illegible]ſione feudi appoſita fuerit. [illegible] natura
1 huius clauſulę † eſt, permittere alienationem, vt probant Soc. in conſ.101. num.32. vol.2. Dec. in conſ.193. col. pen. verſ.2. reſpondetur, Cacheran. dec.164 & ideo contradicit de directo ipſi naturæ feudorum, quæ de ſe ſunt alienabilia, etiam ſi pro anima, cap.1. §.donate, qualiter feud.olim alienari poterat, cum ſimilib. & ideo ſi feudum concederetur pro ſe, & filijs, vel pro ſe, & alijs in diuiduo nominatis, eo ipſo quod poſtea additur clauſula, Ad habendum, &c. & ita permittitur alienatio ſtatim contradicitur priori inueſtituræ, per quam alter inueſtitus non poterat alienare in præiudicium alterius inueſtiti.

Ideo dicendum eſt, quod huiuſmodi clauſula †poſita in feudalibus, in- 2
telligatur ſecundum naturam contractus, Signor. in conſ.10.col.2.℣.non obſtat, qui reſpondit ſuper clauſula, & quibus dederit, poſita in feudalibus, & cum per eam pariter detur facultas alienandi, probat debere intelligi ſecundum naturam contractus, eandem ſententiam ſequitur Rubeus in conſ.119.num.11.& Bellon. in conſ.35. num.5. & Menoch. in conſ.67. num. 20.& num.24.

Item Bald. in conſ. 465. col. 1. ℣. non obſtat, vol.5. dicit hanc clauſulam debere intelligi, ſaluis pactis, & natura contractus, & Bal. loquitur in emphyteuſi Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus, ſequitur Crau. conſ.pro genero, num.308 qui probauit per huiuſmodi clauſulam dici conceſſam facultatem alienandi, ſed debere intelligi ſaluo iure agnatorum, & pro hac opinione Bal. & Rube. in locis citatis alleg. text. in l. non ad ea, ff. de cond. & demonſtrat. vbi probatur non eſſe præſumendam voluntatis correctionē, atque mutationē: vt igitur ipſa excludatur, operępretiū eſt hāc clauſul[illegible] naturā feudorum intelligere ad tradita per Bartol. in conſilio

71.nu.6.℣. ex quibus apparet, p.1. & per Cacheran.in d.dec.164.

Itaque multi ſcripſerunt per hanc clauſulam cenſeri datam liberam facultatem alienandi † reſpectu agnatorum, ſicut ſi eſſet appoſita in deciſione, vbi inter ipſos diuidentes † ſolummodo cenſetur data facultas alienandi, non autem vt alijs fiat præiudicium, ad quos bona, eueniente caſu fideicommiſsi, deuoluuntur, ita probat Ruin.in conſ.138.num.10.vol.2 Alba, in conſilio 74.numer.1. & ſeq. Alciat. in reſponſ.561.in fin & reſponſo 577. nu.3 Menoch.lib.3. præſumption.105. num. 59.

3

4

Et tenendo hanc opinionem vt reſpectu domini directi tantum cenſeatur data facultas alienandi, hæc declaratio intelligi debet, ſi ipſe dominus † prius requiſitus fuerit, ſecundum legis diſpoſitionem & ſecundum naturam feudorum, ita probat Caualcan.in conſ.51. num. 9 & ſeq. Nam etiam data facultate diſponendi de feudo, conſenſus directi domini requirendus eſt, vt ſit certus de perſona ad quam feudum ſuum pertranſit, vt diffuſius ceteris probat Camer. in l. Imperiale, fol.39. in magnis, per text. in l.fin.ff.de vſu, & habitatione. Et dicta † clauſula operabitur hunc effectum, vt ſicut ſi non eſſet appoſita liberum fuiſſet Principi directo domino conſentire, vel non, ita poſtquam eſt appoſita in contractu, Princeps non eſt amplius in libertate ſua, ſed cogi poteſt ad conſentiendum, vt probat Franch.de ponte, in conſ.2. col. 1. & ſeqq. & ideo conſenſus domini requirendus eſt, vt ipſe cognoſcat vtrũ alienetur fideli ſuo, vt probat Afflic. in c.feudum ea lege, Si de feudo fuerit controuerſ.in 8.notabili, nu. 29. Item feudum cum conſenſu domini, & Franc.de ponte, in conſ 81.num.59. nam ſi alienaretur infideli, vel nationi ſibi odioſæ, atque ſuſpectæ, ipſe Princeps iuſtam haberet diſſentiendi cauſam.

5

6

Alij dixerunt, vt propterea poſſit fieri alienatio † in illos de familia, 7
Rub.in conſ.110.num. 5. Nam de feudo ex pacto, & prouidentia diſponere non poteſt in præiudicium vocatorum ſuccedere debentium, vt puta ſi vni ex filiis vellet prælegare, Soc. iun. in conſ.72.num.17.vol.1. & conſ.170. nu. 34.vol.2. Gozadin. in conſ. 26.nu 2 & conſ.71.n.2. Pariſ.in conſ.106. num.4. vol.1. Alciat.reſponſo 481.num. 20. & num.22 & vide Fiecc.in lib.2 de ſubfeudis: in 1. quæſt. Aſſenſuum, vbi ſi
pater † obtinuit licentiam alienandi 8
feudum in ſecundo genitum, hæc licentia non valet in præiudicium primogeniti, & ideo licentia alienandi ſecundum hanc opinionem debet intelligi, in eos qui de proximo ſucceſſuri ſunt, Rubeus in d.conſ.110.nu.11. in fine reſultet contrarietas, & perplexitas, quod feudum ſit ex pacto, & prouidentia, & quod poſſit ad libitum alienari, Dec.in conſ. 193.col.penul.℣. non obſtat fundamentum, Bellon.in conſ.35.n.5. Calc. in dicto conſilio 51. nu.9.& ſeq.

Sed horum ſententia habet aliquam repugnantiam, nam quando fit alienatio in proxime ſucceſſurum, illa dicitur reſeruatio † feudi, quæ eſt iuris 9
ſui relaxatio, ideo fieri poteſt abſque aliqua licentia vel conſenſu domini directi, vt probat Andr.in c.1 §.Sed & res, per quos fiat inueſtitura. & in c.1. §.ſi Clientulus, de alienat. feudi paterni, & in c.1. de natura ſucceſſionis feudi. Franch.deciſ.4. num.15. qui alios refert. Nam dum ipſa lex conſentit, non requiritur conſenſus domini directi, & propterea iſta clauſula quo ad hunc effectum eſſet fruſtratoria.

Neque dici poteſt, quod dominus

† per

10 † per hanc clauſulam permittens vaſſallo vendere feudum, dicatur ius ſuum perdere, quaſi ex donatione, ex traditis per Bald. in conſ. 182. numer. 3. vol. 5. Nam conſentiendo donationi rei ſuæ, videtur donare, Afflict. in cap. ſi Titius, num. 13. Si de feudo fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. Nam quod agere probare dicitur, hoc eſt authorem ſe facere l. etiam, ff. de auth. tutorum, & conſenſus accommodatus ad vnam ſpeciem contractus, trahatur ad alteram, Bald. in l. ſicut, §. ſedis, ff. quibus mod. pign. vel hypotheca ſoluatur. Quoniam per huiuſmodi conſenſum non deſinit eſſe feudum, neque Dominus conſentit, vt perdat dominium directum, ſed vt vaſſallus dominium vtile in alium transferre poſſit, Paul. de Caſtro in l. dotalem, n. 4. ff. ſolut. matrim. ipſe tollit obſtaculum, ſicut in iuramento minoris, Præpoſit. in §. item Sacramenta, n. 4. circa finem, de pace iuram. firmanda. Itē officium iudicis imperratur ad remotionem obſtaculi, Baldus in rubrica ff. de interrogator. actionibus.

11 Et ideo huiuſmodi clauſula † operatur, vt Dominus directus teneatur inueſtire eum, in quem fit alienatio, Gabriel. in conſ. 1. num. 32. & num. 72. item Dominus præſtando aſſenſum in alienatione feudi cenſetur de feudo illum inueſtiuiſſe per præſum-
12 ptam † donationem, quæ reſultat ex ipſo aſſenſu, Freccia in lib. 2. de ſubfeud. in §. quæro de noua quæſtione, nu. 12. & aſſentiendo, nihil aliud facit, quam ſequi voluntatem alienantis, Frecc. in d. 2. lib. de ſubfeudis, queſt. 10. Quare iſte conſenſus ſolum comprehendit vtile dominium ipſius vaſſalli, non autem extenditur ad dominium
13 † directum ipſius domini, quia ad iſtum effectum nō fuit inueſtitus, Præpoſit. in c. præterea in primo. Quibus modis feud. amitt. & ibi Aluarott. n. 2. dicit, quod præiudicat in expreſſo, ſecus in tacito, nec excluditur ab omni iure ſuo, ſed ab illo tantum quod oritur, vt vendi poſſit, etiam inuito domino, qui cogi poteſt ad conſentiēdum, & inueſtiendum, dummodo non alienetur in perſonam odioſam, & ſuſpectam, vt dixi ſupra.

SVMMARIA.

1 *Res Eccleſiæ ſolitæ concedi in feudum, ſemper ſunt ita conceſſibiles.*

2 *Solitum quomodo inducatur in conceſſionibus feudalibus.*

3 *Solitum vltimum attendendum eſt, non antiquum.*

4 *Res Eccleſiæ ſi concedantur in ſecunda vice diuerſa à prima an valeant.*

5 *Et an valeant conceſſiones in eo, in quo conſiſtebat ſolitum.*

6 *Contractus liuelli quot modis fiat, & an & quando differat ab emphyteuſi.*

7 *Contractus liuelli in allodialibus quomodo fiant.*

8 *Contractus liuelli in allodialibus vtrum ſit vſurarius.*

9 *Contractus fraus, & ſimulatio arguitur ex pretio.*

10 *Contractus ſimulatio, ex quibus arguetur in liuello.*

11 *Confeſſio parte abſente valet ad excipiendum.*

12 *Venditio quando præſumitur ſimulata.*

13 *Contractus liuellorum in allodialibus ſunt veri, & non ſimulati.*

14 *Contractus duo eodem contextu facti, quando ſint vnus, & à quo debeat fieri dominatio, & quid ſi vnus eſt præparatorius, aliter præparatus, & numero 16.*

15 *In contractibus non attenduntur verba, ſed voluntas.*

17 *Contractus fraudulentus, & ſimulatus, quomodo differant.*

18 *Venditio eſt præparatoria ad Liuel-*

*lum in allodialibus.*

19 *Si venditor poſſidet, an præſumatur venditio ſimulata.*

20 *L. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mandati, declarantur.*

21 *Ceſſio iurium an, & quando poſſit fieri pro minori pretio.*

22 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij an faciat contractum vſurarium, & an requiratur conſuetudo fœnerandi.*

## CLAVSVLA 3.

### *Ad ſolitum Liuellum.*

1 RES Eccleſiæ † ſolitæ concedi in feudum, ſiue liuellum poſſunt ſemper concedi, quando ad Eccleſiam deuoluuntur, c. 1. & ibi Doctor. de his, qui feud. dare poſſ. cap. 2. de feudis, & in Extrauagante Paul. II. de rebus Eccleſiæ non alienand. Curtius in tract. de feudis, in prima parte ſecūdæ partis principalis. quæſt. 1. Guido Papę deciſ. 100. Afflict. deciſio. 305. & ibi Vrſill. alios congerit.

2 Solitum † autem poteſt verificari etiam in vna vice, textum & ibi gloſſ. & Bartol. in l. mella, §. 1. ff. de aliment. & cib. legat. Aretin. in §. ex non ſcripto in fine. inſtit. de iure naturali, gentium, & ciuili. Nam conſuetudo, etiam per vnicum actum inducitur. capitulo cum de beneficio, de prębend. libro 6. Et ideo res ipſa ſolita concedi dicetur, ſi ſemel, & ſollemniter conceſſa fuerit, vt dicta Extrauagante Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienand. Andr. in c. 1. de Clerico, qui inueſtitur, facit Zaſius de feudis, in 5. parte num. 52. Scripſi in tract. de Iuriſdictione parte 4. caſu 200. Et ideo res ſemel conceſſa cum authoritate Apoſtolica, ſemper remanet conceſſibilis iuxta ſolitum: & ita determinauit Rota, vt atteſtatur Gomeſius in Regula de triennali poſſeſſore, quæſt. 14. verſ. nec obſtat, quod res ſemel conceſſa, nota deciſione 12. & ſeq. & deciſione 554. par. 1 in Nouiſſ. Et quando dicatur ſolitum infeudari, vel concedi rem Eccleſiæ, ſcribit Rodoanus in Tractatu de rebus Eccleſ. non alienand. queſt. 10. vbi ponit, quod ſi innitimur ſola conſuetudine, requiruntur quinque requiſita, ſed ſi innitimur ſuper aliqua diſpoſitione particulari, tunc vnica conceſſio legitimè facta ſufficit.

In quo aduertendum eſt, quod ſolitum † vltimum attendendum eſt, nō 3
antiquum, dicta l. mella §. ſed ſi alimenta in fine, & ibi Bartolus in ſummario, & ceteri, ff. de alimentis, & cibar. legat. Baldus in l. binos, numero 4. C. de aduoc. diuerſ. iudici. Iaſ. in l. diem functo, numero 17 ff. de offic. aſſeſſor. Aretin. in conſ. 11. ante num. 6. Dec. in Rubrica, de conſuetudine in vltimo notabili, Cagnol. in d. l. diem functo, num. 7. Et in hoc ſolito inſpiciendum eſſe tempus vltimæ conceſſionis, fuit reſolutum in Rota, in Peruſin. molendini, 23. Maii 1567. coram Cotta.

Quid ſi res Eccleſiæ † ſit ſolita cō- 4
cedi ad ſecundam generationem, & concedatur ad tertiam, quid ſi in feudum nouum, & concedatur in feudum antiquum, & ita alteretur ſolitum? Quid ſi conſueuit concedi viginti nouem annos ad renouandum, & concedatur in perpetuum? Bartol. in Authent. qui rem, numero 7. C. de Sacroſanct. Eccleſ. dicit huiuſmodi conceſſionem, ſiue infeudationem non valere, Iacob. de Belloniſu, in c. 1. in princ. De his, qui feuda dare poſſ. & in c. 1. ſimiliter, de l. Corradi. Martin. Laudenſ. Præpoſit. & Aluarott. in d. c. 1. de his qui feuda dare poſſ. Camerar. in l. imperialem, fol. 32. & fol. 33 De prohibita feudi alienat. per Federic. quoniam contractus dicatur etiam indiuiduus ratione voluntatis contrahentiū, Bart. in l. Græcè, § illud, verſ. & dicitur indiui-

indiuiduum,ff.de fideiuſſoribus, Angelus,Imola,& Alexand.in l.1.§.ſed ſi mihi,ff.de verb. obligat. Cùm ad feudum nouum ſuccedant ſolum deſcẽdentes, ſi fieret infeudatio ſub natura feudi antiqui, ſuccederent etiam tranſuerſales, quod eſſet in præiudicium Eccleſiæ, & Prælatus facere non poteſt, Bald.in præl.feud.in 3.diuiſione,numero 43.Petr. Gregor. in tract. de conceſſ. feudi,p.5.queſt.3.verſic. iſtam Concluſionem : & hanc eſſe cõmunem opinionem atteſtatur.Cæpol. in conſilio 31.numero 6.& ſeq. Crau. de antiq.tempor. par.5.ſect.fin.numero 17.

5 Sed poſſet ſuſtineri, † quòd huiuſmodi concuſſiones valebunt in eo, in quo conſiſtebat ſolitum,ideo conceſſ. valebit, tanquam de feudo nouo. Item conceſſio perpetua valeret ad viginti nouem annos ad renouandum, & de hoc eſt caſus in §. quod autem, verſ.neque illud,vſque ad finem,Authent. de non alienandis : per quem textum ita tenet Bald. in Authent. ſi quas ruinas, C.de ſacroſ. Eccleſiis, & Dec.lauſſimè in d Authent. qui rem, numero 22. C.eod. titulo vbi atteſtatur eſſe communem opinionem, per illam regulam, quod vtile per inutile non vitiatur in feudalibus,de qua per Andream,in capitulo primo, §. profectò, circa finem, De lege Corradi,& capitulo de manſo,numero 15 ỷ.item nota.De controuerſ. inueſtitur. & dicta l.Imperialem §. præterea ducatus, numero 36.ỷ.ſecus ſi ſub colore.Item ad hoc eſt textus in capit.1.de allodiis, vbi venditio feudi, & allodij valebit de allodio tantùm,Clar.in § feudum, queſt.13.in fine,vbi atteſtatur hanc eſſe communem ſententiam.Sed ſi prælatus alterando naturam antiquæ inueſtituræ,faceret conditionem Eccleſiæ meliorem,conceſſio omnino ſuſtineretur, vide quę ſcripſi in dicto caſu 200.in fine.

Contractus liuelli † dupliciter fieri conſueuit. Aliquando,qui habet plenum dominium alicuius fundi, illum concedit ad liuellum pro annuo canone,& iſte contractus non differt ab empyhteuſi,& ita intelligitur Bartolus in l.1.columna ſecunda,C.de iure emphyteut. & adducta per Iaſ.ibid. numero 38. & ſequenti,& per Clar.in §. emphyteuſis,queſt.prima,vbi dicit ſecundum communem vſum loquendi, non differre hodie contractum emphyteuſis, & contractum liuellarium. 6

Et in hunc modum intelligenda eſt Pars capita excelſo conſilio Rogatorum, per quam diſponitur, quòd poſſidentes,& recognoſcentes aliquid ab Eccleſia ſub vniformi penſione per ſpatium quadraginta annorum, debeant inueſtiri ab eadem Eccleſia, vti liuellarij eiuſdem, ſuper qua Parte conſuluit Cardinalis Pariſius,in conſilio 23.vol.4.vbi etiam probat in hunc ſenſum, liuellum non differre ab emphyteuſi.

Interdum,qui non eſt directus dominus, ſicut eſt vaſſallus feudatarius, concedit aliquam portionem ipſius ſub minima penſione ad liuellum, & hic contractus eſt permiſſus de iure feudorum, Andreas in capitulo primo, numero 2 de alienat.feudi, & in capitul.1.§.libellario, in quibus modis feudum amittatur, in titulo primo,& de hoc eſt textus in cap.1 qualiter feudum olim alien. pot. & in capitulo 1. in fine, de prohibita feudi alien. per Lotharium, & ita declarat Bartol.in l. ſi finita, § ſi de vectigalibus, numero 2.ff.de damno infecto, & Menoch.in conſilio 291.num.7.volum.3.qui ceteros refert, quo caſu, ſi res detur ad liuellum de voluntate domini, ipſum ius Liuellarium,non autem ipſa res retinebitur in feudum,Præpoſit.in capi-

tulo 1.in fine, Quid iuris ſit, ſi poſt alienationem vaſſallus feudum recuperauerit, & ibi Balſa.numero 15.cum aliis per eum allegatis.

Et hic contractus differt ab emphyteuſi Eccleſiæ, quia contract. liuelli in feudalibus eſt perpetuus, Andr.in c.1.§.libellario, In quibus modis feudũ amittatur Butr.in c.1.de precar. Dec.in conſilio 329. Sed emphyteuſis Eccleſiæ nunquam cenſetur facta in perpetuum, niſi vſque ad tertiam generationem, Authent.de alien.& emphyteuſi, & ſi eſt facta vltra tertiam, & vltra ſolitum, valebit infra tertiam, vt dixi ſupra.

7 Ab hoc ſecundo † modo Liuelli, emerſit in practica tertius modus, videlicet, quòd ille, qui verè eſt dominus decem camporum terræ allodialis, valoris ſcutorum, verbi gratia mille, egens trecentis ſcutis, pro illis vendidit dictos decem campos, cum clauſula Conſtituti, & precarij, & idem emptor, in eodem contextu, & coram eodem notario, concedit eidem dictos decem campos ad liuellum, & hic cõtractus eſt vſu receptus in toto hoc Sereniſſimo Domino Veneto: Verùm in aliquibus ciuitatibus huius ſtatus conſueuit apponi pactum de retrouendendo ad fauorem ipſius emptoris ſiue verius creditoris, videlicet quandocumque illum pœnituerit emptionis, poſſit requirere libellarium, vt eidem reſtituat pretium. In aliquibus ciuitatibus hoc pactum apponi non conſueuit.

Ideo hoc anno 1614. cùm Patauij præſim primæ cathedrę Iuris Canonici, ſuper Rubrica de Vſuris, diſputaui
8 Quæſtionem, vtrum † huiuſmodi contractus ſit vſurarius, quam quęſtionem provt legi in ſcholis, & dominis ſcholaribus domi meæ dictaui, vti conſueui, ita & hic inſeri iuſſi.

Pro parte igitur affirmatiua, & quòd huiuſmodi contractus ſit vſurarius, allegabam, Primo text. in cap.1.§.donare. Qualiter olim feudum alienari poterat, vbi contractus liuellarius in feudis, † pro viliſſima pẽſionum duorum 9
denariorum facit præſumi cõtractum fraudulentum, & ſimulatum: Nam feudum non poterat concedi ad liuellũ ſiue alienari ſine conſenſu Domini. Ideo volentes alienare ſine conſenſu illud concedebant ad liuellum ſub viliſſima penſione: actus igitur, tanquam in fraudem factus, non ſuſtinetur, facit l.ſi quis conduxerit, ff.locati, vbi ſi quis conduxerit vno nummo, contractus eſt nullus, quia ad inſtar donationis eſt. Et hanc opinionem tenet Baldus, ibi & in l.finali, in fine, C.de condit.inſert. vbi allegando Archidiacon. in c.plerique, quarta quæſt.3. probat. quòd ex quantitate pretii contractus eſt ſuſpectus, de ſimulatione & fraude.

Secundo contractus † præſumitur 10
ſimulatus, cùm vnus contractus celebratur, & alius agitur in veritate, vt toto titulo, C. plus valere quòd agitur, & l. ſi donationis, C.de contrah.emp. ſed hic celebratur contract. liuelli, & reuera fit venditio: ergo eſt ſimulatus.

Confirmatur: quia ante hunc contractum fuit factus tractatus cum creditore de faciendo mutuum, vel celebrando liuello, & quia fieri non poterat, vt creditor lucraretur fructus, ideo ſimulatus eſt contractus venditionis, ſed tractatus pręcedens facit præſumi contractum ſimulatum, Hoſtienſ. & Anton. de Butrio in cap. ad noſtram de emptione & vendit. Bald. in l.emptione, C.plus valere quod agitur, & in l.ſimul tùm. C.ſi quis alteri vel ſibi. Item pro hoc facit quia vbi verba ſunt dubia, intelliguntur ſecundum tractatum pręcedentem. Angel. in l.ſi quis, cum alitero, ff.de verb.ſign. & probat

Cepoll.

Cepoll. in tractatu, de ſimulatione contractuum, præſumptione 9. numero 15.

Item confirmatur, quia quando cũ tractatu præcedenti concurrit confeſſio emptoris, qui dixerit, ſe feciſſe libellum cum Fulano, quia per illam confeſſionem contractus venditionis præſumitur fictitius, & ſimulatus, ita probant Iacob. Butrigarius, Bartol. & Bald. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. Angel. in l. 1. ff. de iudic. Bald. in d. l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi, contractus enim ex indiciis præſumitur ſimulatus, cap. illo vos, de pignoribus, C. ad noſtram, de emptione & vendit. quo caſu, quantumcumque
11 talis confeſſio † eſſet facta, parte abſente, valet, quia tendit ad excipiendũ, §. & licet, Authent. de teſtibus. & poſt in l. 1. ff. de interrogat. actionibus & in l. non ſolùm, §. liberationis, ff. de liberat. legata, & in l. generaliter, C. de nõ numer. pecun. gloſſ. & Cin. in l. cum falſa, C. de iur. & facti ignorant.

Tertio, quia cùm poſt venditionem ipſe venditor poſſedit, non præ-
12 ſumitur venditum, † quod in patrimonio effectualiter reperitur, l. ſicut, §. ſi ſuperuacuam, ff. quibus modis pignus, vel hypothec. ſoluatur, l. & qui ſub imagine, C. de diſtractione pignorum, & probat Bartol. in l. poſt contractum, ff. de donat. Alexander in conſil. 28. volum. 2. Specul. in titulo de donation. §. 1. ỷ. Item pone, Cin. in l. 2. C. de repudianda hęredit.

Item, quia talis venditio non pręſumitur cum effectu, ſed ſimulata, ſi eadem bona reperiuntur in æſtimo, ſub eodem nomine venditoris, qui etiam ſoluit collectam, nam attenta poſſeſſione, & deſcriptione in ęſtimo, & ſolutione collectarum, omninò præſumitur ille primus contractus venditionis ſimulatus, l ſollemnibus, C. de rei vendication. l. ſi quis, §. & quod C. de natural. liber. l. ſi is cui bonis, ff. de acquirenda hęreditate, l. 3. C. de repudianda hęreditate. Vbi ex poſſeſſione præſumitur ſimulatio.

Quarto, quia iniuſtitia pretij facit pręſumi contractum ſimulatum l. ab Anaſtaſio, l. per diuerſas, C. mandati, & hanc ſententiam tenet Rota, in deciſione 1. numero 4. de alienation. iudicij mutandi cauſ. fact. in Nouiſſimis, vbi quòd tunc ceſſio in toto pręſumitur ſimulata, & non valet.

Item, quia ſi cum hac pretij prauitate concurrat pactum de retrouendendo, contractus omnino eſt vſurarius, per textum in c. illo vos. de pignoribus.

Pro contraria parte, & hæc eſt veritas, quòd huiuſmodi contractus non ſit ſimulatus, ſed verus, conſuluit Pariſ. in conſil. 77. vol. 5.

Sed vltra adducta per Pariſium pręſuppono, quòd, quando ſunt duo cõtractus eodem contextu facti, † tunc 14
dicuntur vnus, & non duo, Affl. deciſ. 306. Franch. deciſione 309. Gramm. deciſ. 103. numero 56. Put. deciſio. 214. numero 4. part. 3. Ægid. deciſio. 12. Verall. deciſione 235. parte 5. Rota deciſ. 677. parte 1. in Nouiſ. quoniam ea quę in continenti fiunt, cenſentur ineſſe, l. lecta ff. ſi cert. pet. l. peteris, C. de practic. neque vnum dicitur abſolutum ſine altero. Bartol. & Bald. in l. contractus, C. de fide inſtrument. Dec. poſt alios, in l bonæ fidei, col. fin. numero 12. C. de pract. Felin. in cap. paſtoralis, numero 15. verſ. ſcias etiam de reſcrip. Put. deciſione 171. numero 1. parte 2. Et ita iſti duo contractus venditionis, & liuelli qui contextu celebrantur, eodémque tractatu tractati fuere, adeo cenſentur vnus, vt alter abſque altero conſiderari non poſſit.

Itẽ pręſupponendum, quòd quando in vno acto fiunt duo contractus, regula eſt, quod ſemper à primo de-

nominandus eſt, l.1.§.idem Pompon. ff.depoſiti, in verſic.& placuit mandati, l.qui id quod, in princip. ff.de donationibus. & ita probat Cacher. in deciſ.167.num.25. poſt alios, quos allegat, ſed iſta regula non procedit, quando vnus contractus eſt præparatorius ad alterum, quia tunc attenditur contractus præparatus, & nõ præparatorius, quoniam dicta in contractu preparatorio ſemper cenſentur repetita in præparato, vt habetur in l.per retentionem, C.de vſur & ibi per Cin. & Bald.l.tutor datus, ff.de fideiuſſor. cum aliis ad hoc allegatis per Alexan. in conſilio 94.numero 2. volum.3. & per Crauett.in conſil.135. numero 14. Item, quia contractus præparatus prę ponderat præparatorio, ſed pro regula traditur, quod quando ſunt duo contractus eodem contextu facti, ſemper attendendus eſt ille, qui præponderat, lege quæritur ff.de ſtatu hominum, quem text. ita ad hoc citat Gulielm.de Cuneo ibi in contractu mixto donationis, & venditionis, & in contractu venditionis & locationis, tex.in l.2.§.1.ff.locati, Alexan.in conſilio 119.colum.3.volu.5. plurimos ad hoc congerit, Tiraquell. de retrac.§. 30.gloſſ.1.n.9.

15 Et ratio eſt, quia in contractibus † non attenduntur verba, ſed voluntas contrahentium, l.in conuention.ff.de verb.oblig. l.fin.C. quæ res pignor.obligari poſſ. Bart.in l. ſemper in ſtipulationibus, ff.de regul.iur.l.ſi debitor, §.ſi veriſimile, ff.de contrahenda emp. Item, quia natura contractus facit vt à falſa denominatione recedatur l.inſulam, ff.de præſcr.verbis, l.ſi olei, C.de locato, ideo verbum emit, exponi poteſt, id eſt, conduxit, l.ſi quis, C.de locato, l.quoties, §.fin.ff. de publican. Menoch.in conſil 27.numero 44. & ſeq.& dixit Dec. in l. ſi paſcenda pecora, numero 19. C.de pact. quod non eſt propriè ſocietas, etiamſi illo nomine appellatur à partibus, cum rei dominium tranſlatum fuerit. Ita contractus emptionis appellatur emphyteuticus, & ſpreto nomine, effectus attenditur, & natura, Affl. deciſ. 72.in fine. Item, ſi quis concedat ſecũdum alicui, cum pacto, ne ad fidelitatem ſit obligatus, ſed certam annuam penſionem præſtet, non eſt contractus feudalis, ſed emphyteuticus. Schrader.de feudis, p.2.cap.2.numero 35. Item, de ſubſtantialibus mutui eſt, ne eadem res mutuo data reddatur, ſed alia eiuſdem generis, l.2.in princ. ff.ſi cert.pet. ſin autem mutuum fiat, cum pacto, vt illud idem reddatur, mutuum non eſt, quamuis contrahentes mutuum appellauerint, ſed eſt depoſitum, vel commodatum, alia ſimilia vide à Schradero, vbi ſupra allegata.

Cùm igitur iſti duo † contractus, 16
venditionis, & liuelli, oriantur ex eod. facto, atque denominatio facienda ſit ab illo contractu, qui in intentione contrahentium præconceptus fuit, vide liuelli, non autem vẽditionis. Ideo nulla conſideratio habenda eſt de iniuſtitia pretij ipſius emptionis, quia venditor non habuit intentionem transferendi dominium rei venditæ: ſed potius, vt mediante illo contractu venditionis celebraretur contractus liuelli, qui fit de re, cuius concedens non habebat plenum dominium, vt dixi ſupra in ſecundo modo, quo fit liuellus.

Sic in ſimili in §.præterea, inſtitut. quibus mod. ius patriæ poteſtatis ſoluitur: Nam antiquitus obſeruabatur iſta ſolemnitas, vt quando pater volebat emancipare filium, illum vendebat, & poſtea ab emptore manumittebatur, & iſti duo contractus ſimul, & ſemel fiebant, nec conſiderabatur vẽditio à patre facta, quæ erat imaginaria,

ria, ſed effectus in intentione contrahentium præconceptus vt filius manumitteretur, ita hæc venditio eſt potius imaginaria ad beneficium creditoris volentis facere liuellum, nec ipſa conſideranda eſt, ſed potius ipſe actus liuelli conſtituti.

Et retenta hac concluſione pro vera, non obſtant contraria: Ad primum reſpondetur, quod in dicto §. donare, cauſare præſumptionẽ fraudis, nõ autem ſimulationis, & inter ſe differunt:
17 nam contractus fraude factus eſt reſcindendus l. & eleganter, ff. de dolo, ſed contractus ſimulatus eſt ipſo iure nullus, toto titulo C. plus valere quod agitur, & quot modis contract. dicatur fraude factus, ſcribit Lucas de penna, in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. 12. vbi adducit 225. modos fraudis, quarum multos explicaui ſub regulis, in repetitione legis, poſt contractum, ff. de donationibus in lectura Piſana.

Ad ſecundum reſpondetur, quod argumentum non procedit, quando vnus contractus eſt præparatorius ad alterum, ſed hic contractus venditio-
18 nis eſt præparatorius † dationi ad liuellum, & ideo non poteſt dici, quod contractus venditionis eſſet ſimulatus. Item quia titulus, plus valere, quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, non procedit, quando vterque cõtractus oritur ex eodem facto, quia tunc ambo contractus facti dicuntur, ſed vnus eſt præparatorius ad alterum.

Ad confirmationem reſpondetur, quod iſte tractatus fuit de contractu liuellario, qui non poteſt fieri, niſi ab eo, qui habet aliquod dominium rei, quæ in liuellum concedi vult, ideo in exequutione oportuit pręcedere contractum venditionis, tamquam pręparatorium. Et ita pariter eſt reſponſum ad alteram confirmationem de confeſſione creditoris: Nam is confitetur ſe feciſſe contractum liuelli, à quo principaliter fit denominatio, non emptionis qui eſt præparatorius ad liuellum.

Ad tertium quod procedit, † quan- 19
do verè, & realiter tradidiſſet poſſeſſionem emptori, ſed fallit argumentum, quando venditor ſe conſtituiſſet nomine emptoris poſſidere. Nã tunc mutata eſt cauſa poſſeſſionis, & ceſſat ſuſpicio ſimulationis, per textum, & ibi Bald. in l. prima, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & declarat Angel. in allegato §. ſuperuacuum. Item, argumentum fallit, quando venditor poſſidet, & reſpondet emptori de fructibus, quia tunc ceſſat præſumptio fraudis, Bartol. in dicta l. poſt contractum, in princip. & in d. §. ſuperuacuum: Et ideo non procedit confirmatio, quia ipſe venditor vere, & realiter poſſedit, quam ob rem opus erat ſoluere collectam.

Ad quartum quod in allegatis legibus, ideo ceſſio † præſumitur ſimula- 20
ta, quia præſumitur facta cauſa vexandi debitores, vt probat Cin. ibidem, & gloſſa in verbo ex iis, quam communiter omnes ſequuntur ponit exemplum, quando creditori minus debito ſoluerit fideiuſſor, & obtinuerit ceſſionem contra debitorem principalem: nam tunc ipſa ceſsio habet iuſtum initium, & poteſt fieri valide etiam pro minori pretio, l. ſi fideiuſſores, §. idem reſpondit, ff. de fideiuſſor. Nec in fideiuſſore conſideratur defenſio debitoris, aut aliud, ſed tantum recuperatio contra debitorem principalem, eiuſque bona, ſed quia ceſſio habet iuſtum initium, tollitur calumniæ præſumptio, & ceſſat diſpoſitio illorum iurium. Et ideo Bart. poſt Petrum de bellapertica, ibid. facit regulam, quod tex. in d. l. per diuerſas, non procedit, quando creditor vel aliquis

21 alius de neceſsitate cedere † tenetur, quia illa iura loquuntur in ceſsione mere voluntaria, quo caſu conſideratur, & hoc caſu conſideratur vexatio, & præſumpta calumnia, & ideo Bart. ibidem numero 9. verſ. ſecundo modo, exponit gloſſ. & dicit, quod in omni caſu, quo ceſsio debet fieri de neceſsitate, illa lex non habet locum. Ideo quando creditor agens hypothecaria cedit poſſeſſori, pro minor. pretio, illa ceſsio valet, l. mulier, ff. de pignor. l. Paulus, ff. qui pot. in pignore habeantur. Quam ob rem vltra caſus expreſſos odio litium d. l. ab Anaſtaſio non habet locum.

22 Sola difficultas remanet, † quando iniuſtitia pretij concurrit cum pacto de retrouendendo. In hoc art. Doct. firmarunt etiam tertium requiſitum neceſſarium eſſe, videlicet, quod creditor fenerari conſueuerit. Tiraquell. de retractu conuent. in præfatione, numero 5. Couar. lib 3. var. reſ. capit. 8. numero 4. qui plurimos referunt, Viu. opinione 1029. Maſcard. concl. 447. Menoch. lib. 3. præſumpt. 122. numero 51. qui atteſtantur eſſe communem opinionem. Myſinger. Obſeru. 63. parte 3. dicens Aſſeſſores crebrius hanc ſententiam ſequutos fuiſſe, Cacheran. deciſione 42. numero 8. & ſeq.

Contrariam ſententiam, videlicet, duo tantum ſufficere ad probandum contractum feneratitium videlicet pactum de retrouendendo, & modicitas pretii, firmarunt, Gloſſ. in capit. conqueſtus, in verſ. de fundo, de vſuris, & ibi Abb. & Anan. Item Abb. in capit. ad noſtram, numero 4. de emption. & vẽd. item, in conſilio 76. parte 1. qui atteſtatur hanc eſſe magis Communem opinionem. Ambroſ. de Vignatæ, in capit. ſalubriter, numero 111. de vſur. Item Cagnolus in l. 2. numero 52. de pact. inter empt. & vend. dicens ſe alias credidiſſe primam opinionem eſſe Communem, ſed quod poſtea, re ipſa attentius conſiderata, atque facta denumeratione Doctorum, inuenit hanc eſſe magis Communem.

In hac quæſtione ego ita diſtinguo: Aut pactum de retrouendendo eſt pactum perpetuum ad beneficium venditoris, & tunc modicitas pretij, & ipſum pactum non ſufficiunt ad iudicandum cõtractum eſſe vſurarium, & procedit prima opinio. Aut eſt factum temporaliter, & ſtante modicitate pretii, contractus eſt vſurarius, etiamſi non probetur per creditorem eſſe ſolitum fenerari, & ita fuit pluries iudicatum, Caſſador. deciſ. prima, de vſur. Afflict. deciſ. 65. & deciſione 369. Grámatic. deciſione 76. Surdus deciſ. 34. Cacher. deciſ. 41 & ita iudicauimus Piſis, vt eſt Votum meum 54. vbi multos allego. Nam per pactum temporaliter factum ideo arguitur ſimulatio, quoniam non poteſt præſumi voluntas debitoris de vendendo ſimpliciter, neque creditoris de emendo ſimpliciter, & pure Crauetta in conſilio 156. num. 3. & numero 17. ad finem: & ita non poteſt tranſire in contractum venditionis, ſic inuitarentur homines ad mutuum ſub ſpecie emptionis, quod eſt ſimulatum Abb. in cap. ſignificante, de pignoribus, Gabriel. in conſ. 74. numero 3. volum. 1. Item, quia hoc pactum de retrouendendo temporaliter factum, æquipollet illi tertio requiſito, quod ſit ſolitus fenerati, vt probant Abbas in dicto conſil 76. volum. 1. & Gabr. in d. conſilio 74. numero 7. vol. 1. qui atteſtatur de magis Communi opinione.

Si vero eſt factum pactum de retrouendendo ad beneficium emptoris, tũc ſemper contractus eſt vſurarius, & ita ſpecialiter diſpoſitũ eſt in capit. illo vos, de pignoribus, à quo contrahentes liuellos omnino abſtinere debent.

SYM-

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ad renouandum de nouennio in nouennium, non eſt perpetua.*

2 *Renouatio inueſtituræ, quo caſu peti debeat.*

3 *Clauſula, in perpetuum, addita clauſulæ, ad renouandum, facit vnum contractum, & perpetuum.*

4 *Clauſula, ad renouandum, non eſt de eſſentia contractus, & quare apponatur.*

5 *Ex hac clauſula non afficitur res, ſed oritur actio perſonalis.*

6 *Actio perſonalis quæſita ex prouiſione pacti quando tollatur.*

7 *Emphyteuta quando non cadat à iure ſuo propter pacta non ſeruata.*

8 *Clauſula ad renouandum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, quid operetur.*

9 *Emphyteuſis Eccleſiæ quando tranſeat ad hæredes extraneos.*

CLAVSVLA 4.

*Ad Renouandum, &c.*

1 IN huiuſmodi † conceſſionibus ſolita eſt apponi clauſula, ad renouandum de Nouennio in nouennium, vel de alio tempore, & tunc tot dicuntur eſſe contractus, quot ſunt nouennia, & quot ſunt illa tempora, vt conſuluit Alciat. in conſilio 48. libro 8. tom. 3. & conſil. 113 eod. vol. Bero. in c. 1. numero 10 de precario, & in conſilio 116. numero 16. & 17. vnde finito tempore inueſtituræ, eſt finita conceſſio, & operæ pretium eſt fieri renouationem,
2 quæ renouatio † ſi non petatur, res ipſa incidit in commiſſum, vt prob. Afflic. in capit. primo, §. aut ſi libellario, numero 4. quibus mod. feud. amittatur.

Sed ſi vltra tempus determinatum
3 fuerit addita clauſula In perpetuum, † puta, quia dictum fuerit ad xxix annos ad renouandum in perpetuum, tunc vnicus eſt contractus, & vnica conceſſio, ita vt renouatione opus non ſit, neque inueſtitus cadit, niſi finita conceſſione, vel ex alienatione citra domini conſenſum ſequuta. Abb. in c. 1. in fin. de precar. & ibi Imol. Butr. & c. Bero. num. 10. Bald. in l. voluntas, C. de fideicommiſſ. And. in c. 1. §. aut ſi libellario, dicit, quod conceſsio eſt perpetua, Pariſ. in conſ. 28. num. 8. & ſeq. volum. 1. Dec. in conſil 329.

Item, hęc clauſula non eſt de eſſentia † contractus, ſed cenſetur appoſita, ne memoria contractus pereat, vt per Hoſtien. Abb. & cõmuniter Doct. in c. 1. de precario, Corbul. de emphyt. in xj. cauſa numero 17. & 36. & ita omiſſa petitione renouationis, inueſtitus non cadit à iure ſuo, quia per huiuſmodi clauſulam † non afficitur ipſa res conceſſa, ſed oritur actio perſonalis ad renouandum, Dec. in conſilio 329. numero 1. verſ. actio perſonalis, & num. 4. verſ. ſecundo etiam reſpondetur, Socin. in conſilio 99. nu. 7. & 8. vol. 1. Rim. iun. in conſil. 94. nu. 29. & ſeq. 4
Sed actio perſonalis † quæſita ex prouiſione hominis vel pacti non tollitur niſi ſpatio 30. annorum. Alex. in conſil. 68. num. 7. vol. 1. Rim. in conſil. 74. nu. 10. & ſeq. & num. 21. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem. Iun. in conſ. 22. numero 21. & conſil. 12. numero 19. & 20. Generale eſt † vt propter pacta non ſeruata, emphyteuta cadat à iure ſuo, vt probat Hoſtienſ. in cap. propter ſterilitatem, col 3. de locato, ſed iſta regula non procedit in conceſſione emphyteuſis perpetua, ſed in emphyteuſi ſimpliciter conceſſa, in qua tot ſunt contractus, quot ſunt renouationes. 5 6 7

Huic clauſulę, † ad renouandum in perpetuum, æquipollet altera clauſula, ad renouandum pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, & tunc ſi cõceſſio eſt facta cũ ſollemnitate Apo- 8

9 ſtolica,tranſit ad hæredes extraneos,† vt pro Couar.in libro 2. variarum reſolutionum cap.17.nu.5. & eſt Communis opinio,vt ipſe refert;& ita pluries fuit iudicatum Afflic.deciſ.100.& deciſ.386. numero 7. vbi hæres extraneus excludebat Eccleſiam,& vtrobique cumulantur Doctores per Vrſill. Franch.deciſion.235. Clarus in §.emphyteuſis,queſt.28.prope finem.

SVMMARIA.

1 *Conceßio feudi cum clauſula, Ad vtendum,fruendum,non extinguitur per mortem.*

2 *Legatum fundi cum clauſula, Ad vſum, vel vſumfructum, cenſetur de proprietate.*

3 *Conceßio facta pleno iure,non reſtringitur per clauſulam, Ad vtendum fruendum.*

4 *Clauſula, Ad vtendum fruendum in feudis,quomodo intelligatur.*

## CLAVSVLA 5.

*Ad vtendum fruendum.*

SI fundus concedatur in feudum cum hac clauſula, Ad vtendum
1 fruendum ipſa conceſſio † non extinguitur per morté, ita probat Iacobin. in tract.de feudis in verſic.in feudum, numero 18. Iaſon in præIud. feud.numero 103.& plur. ſeq. qui hoc probat
2 multis rationibus. Nam quando teſtator legat fundum cum hac clauſula, ad vſum,vel vſumfructum,ipſam proprietatem legare dicitur, & illa clauſula,ad vſum,vel vſumfructum,cenſetur appoſita cauſa demonſtrationis tãtum,non autem quod reſtringat legatum,l.ſpecies, ff.de auro, & arg. legato, l.donationes, §.ſpecies,vbi Bartol. ff.de donat.gloſſ.Cin.& Baldus in l.ſi mulier,C.de iure dot.Iaſon in l.illud, numero 3 & ſeq.C.de leg.Alexand.in conſilio 223.in fine,volum.2. Ruin.in conſil.123.numero 8. volum.2. Curt. iun.in conſilio 38. numero 3. Natta in conſilio 211.numero 17.Bero.in conſilio 33.numero 1.volum 2.Socin.iun. in conſilio 54.numero 16.volum.4.Mantica de coniectur.lib.9.titulo 2.numero 29 Simon de Pret.de interpretat.vltimar.voluntat. libro 4.interpretat. 1. dubitatione 10.numero 26.& ſeq.vbi plura ſuper hoc affert exempla.

Bald. in l.1.numero 2.C.de fruct.& lit.expenſ. dicit, quando aliquid conceditur † pleno iure, clauſula, ad vtendum fruendum,non reſtringit cõ- 3
ceſſionem, ſed conceſſio in feudum ſemper cenſetur, facta pleno iure, ita vt vtile dominium tranſlatum dicatur in feudatarium,ergo clauſula ad vtendum fruendum non minuit conceſſionem,Petr.Gregor.in tract.de conceſſ.feud,part.5.quæſt.2.verſic. ex quibus infero,ſed debet intelligi † quod 4
feudatarius habeat vſum, vſumfructum, atque commoditatem feudi,ſicut ceteri feudatarij, Scaccia in præludiis feudor. Rubrica,an feudi conceſſio, vbi probat hanc eſſe opinionem veriorem.Capic.in ſua inueſtitura feudali,Rubrica,Feudorum clauſulæ ver. Ad vtendum. Iacobinus de Franchis, in præludiis feudorum,numero 63. & ſeq.

SVMMARIA.

1 *Verbum, Concedo, quando importet tranſlationem iuris, & quando vſus*

2 *Verbum, Concedo, reſtringitur à ſua cauſa*

3 *Conceßio facta in feudum, quid importet.*

4 *Feudi conceßio eſt, ſi ſola fidelitas reſeruetur.*

5 *Doctoribus Ciuiliſtis non eſt credendum in materia feudali.*

6 *Conceßio in feudum ſub annua præſtatione,an ſit feudum.*

7 *Feudum non conſtituitur ex reſeruatione dominij, & recognitione.*

## CLAVSVLA 6.

*Concedimus in Feudum.*

VErbum, Concedo eſt aptum importare quamcumque conceſ-
1 ſionem, ſed quo ad ſui naturam † non importat translationem iuris, ſiue dominij. Gloſſ. in l. finali, ff. de donat. & ibi Imola, & in c. paſtoralis, numero 2. de donationibus. Afflict. in deciſ. 305. numero 3. Ideo dicit Roman. in d. l. finali, numero 4. quod tantum eſt aptum importare tranſlationem ſimplicis vſus, & quando adiungitur actui indifferenti, qui poſſit aliud importare, quam tranſlationem totius iuris, tunc importat ius ſpeciale tantum, & non omne ius. vt per textum in d. c. paſtoralis, dixit Felin. in c. cum venerabilis, num. 4. de exceptionibus.

2 Ideo hoc verbum, Concedo, † limitari, & reſtringi ſolet à ſua cauſa: nã ſi vniatur locationi, erit locatio, ſi vniatur depoſito, erit depoſitum, & ſic illius natura declaratur à cauſa, & à titulo, l. ſi vno ff. locati, & probat Andr. in cap. 1. ante numerũ 4. de vaſſallo decrepitæ ætatis, ergo omnis actus, in quo interuenit verbum, concedo, debet commenſurari à titulo, & à cauſa. Franciſcus de amicis, in titulo, De his qui feudum dare poſſunt, §. hoc etiam verbum, fol. 68.

3 Ergo ſi dictum eſt in feudum † cõceſſio reſtringitur à titulo, & ſua cauſa, & ita erit feudalis, c. ad Apoſtolicę, de re iudicata: nam dicendo in feudum, veniunt omnia illa, quę conſiderauit textus in capit. 1. de forma fidelitatis, & in titulo ſequenti. Et ad hoc eſt tex. in cap. 1. Quis dicatur Dux, in verſ. in feudum eſt inueſtitus, & in capit. 1. de conſuetudine recti feudi, verſic. vnde in poſſeſſionem illius feudi, & teneas illud pro feudo, & in v. natus eſt feudi, item ſi non dicatur in feudum, † 4
ſed reſeruetur fidelitas, vt probat Camerar. in l. Imperialem de prohibita feudi alienat. per Federic. fol. 37. Et hoc eſt etiam verum ſi concedatur in feudum pro annuo reddito frumenti, vel pecuniæ, aut ſimilis. Quidquid in contrarium ſcripſerint Ciuiliſtæ, † in 5
quibus in feudalibus nullatenus credendum eſt, qui feuda non exercuerunt, & contra quos inuehitur Camerar. in loco allegato, & determinat eſſe conceſſionem feudalem, ex dictis per Socin. in conſ. 257. Cum datio in feudum contineat fidelitatem, quæ eſt de ſui ſubſtantia, capitul. 1. §. finali, per quos fiat inueſtitura. In feudis non eſt credendum Ciuiliſtis, nam cum veritas legalis conſiſtat in opinione, debemus ſequi theoricam Ariſtotelis in libro 1. Topicorum, videlicet, Verum in opinione eſſe illud, quod dicunt omnes, vel horum maxime famigerati. Propterea in feudalibus ego magis credam Andreæ ſoli, quam Accurſio, Bartolo, & Baldo, & ceteris omnibus Ciuiliſtis ſimul iunctis: & ſi cum Andrea concurrat Camerarius, affirmabo eſſe Communem opinionem in feudalibus, quicquid in contrarium omnes Ciuiliſtæ ſcriptitarint.

Si vero non diceretur in feudum, † 6
ſed conceditur pro annua præſtatione, & tunc dico, non eſſe conceſſionem feudalem, præſertim ſi concedatur ab eo, qui potuit naturam feudalem mutare, Bald. in l. liberti libertæque. C. de oper. libert. Cin. in Authen. Ingreſſi. antepenult. quæſt. C. de ſacr. Eccleſ. Alexand. in conſil. 9. numero 8. volum 5. qui confeſſi fuerunt conceſſiones huiuſmodi non eſſe feudales, ſed emphyteuticarias. Idem dico, ſi non ſit conceſſum in feudum, ſed cõcedens reſeruauerint ſibi directũ dominium, & voluit, quod aliquid ſibi

ſolueretur in recognitionem. Hæc cõ-
7 ceſſio non eſt feudalis,† quoniam reſeruatio,& recognitio huiuſmodi non ſufficiunt,quę etiam in contractu emphyteutico fiunt,gloſſa,in l.1. verſ. alienationis. C de iure emphyt. gloſſ.in l.1.ff. ſi ager vectigal. Ruin. in conſil. 168 num.23.volum.1 Et in dubio ſemper iudicandus eſt contractus, qui minorem ſeruitutem inducat, & quod minus eſt,conceſſum eſſe cenſetur, l. apud Iulianum, §. Seio. de legat. 1. l. ſi ita ſcriptum, §. finali, de legat. 2 l. nummis, de legat. 3. Dec. in l. ſemper in obſcuris nu.2.verſ.habet, de regul. iur. & verba ſtipulationis ſemper interpretantur,vt minus obligent, Angel.in conſil. 67. prope finem. Dec. in conſ.423.n.8.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, citra præiudicium priuilegiorum cauſa remanent, declaratur & num.12.*

2 *Iuriſdictio an poſſit concedi in allodium, & n.6.& n.9.& 13.*

3 *Iuriſdictio ſola,an,& cui ſine feudo vendi poſſit.*

4 *Iuriſdictio cum feudo, cenſetur conceſſa in feudum.*

5 *Iuriſdictio poteſt haberi ſeparata à feudo.*

7 *Iuriſdictio ſemper præſumitur conceſſa in feudum.*

8 *Iuriſdictio præſumitur precaria.*

10 *Iuriſdictio non poteſt poſſideri iure priuato.*

11 *Princeps debet defendere ſubditos ſaltem per vltimas appellationes à Baronibus.*

14 *Iuriſdictio quomodo dicatur eſſe in proprietate Baronis.*

15 *Proprietas quomodo differat à dominio.*

16 *Proprietatis alter habet dominium directum,alter vtile.*

17 *Iuriſdictio ſemper cenſetur eſſe conceſſa cumulatiue.*

18 *Iuriſdictio acquiſita per præſcriptionem, an cenſeatur priuatiue.*

19 *Sacra conſulta cognoſcit de cauſis vaſſallorum Baronum ſtatus Eccleſiaſtici.*

20 *Feudum etiam pecunia emptum eſt proprie feudum.*

21 *Conceßio ſemper eſt gratioſa, quando pretium non eſt æquiualens.*

22 *Feudum licet ſit contractus,tamen præponderat à gratia.*

CLAVSVLA 7.

*Citra præiudicium Priuilegiorum.*

ALiquando Barones Regni Neapolis petunt in Magna curia Vicariæ remiſſionem cauſæ alicuius vaſſalli ad eorum forum, vigore priuilegiorum iuriſdictionis per inueſtituram adeptæ. Ad cuius relationem Sacrum Conſilium ſolet interloqui,citra
† præiudicium priuilegiorum, cauſa 1
pro iſta vice remaneat: nam cum illud æquiſſimum Prætorium moueatur ex aliqua ratione extrinſeca, & iudices potius perſonas, quam cauſam, ideo vtitur huiuſmodi clauſula, per quam non intendit præiudicium inferre Baronibus.

Aduerſus huiuſmodi interloquutionem D.Camillus de Curte (qui ob ſuam ſummam iuriſprudentiam fuit etiam Præſidens in illo ſupremo prætorio) in ſuo Diuerſorio iuris feudalis, in §.poteſt quoque conſtitui feudum, num.12.fol.28.inuehitur, denegando poteſtatem tribunalibus, & quod ita ſententiam ferre poſſit,in eorum præiudicium,qui habent ex contractu, & iure proprio iuriſdictionem. Et ea ratione mouetur: quia iuriſdictio
†poteſt etiam in allodium concedi,ſi- 2
ue vt in regno dicunt, in Burgenſaticum, quod idem eſt, & ita cenſetur etiam proprietas iuriſdictionis conceſſa,prout in multis Regni illius partibus conceſſam dicit: Ergo neque Rex, neque eiuſdem miniſtri in

præ-

præiudicium dictæ iuriſdictionis ita venditæ, atque pactorum, poteſt vlterius aliquid exercere, Freccia. in lib.2.de Subfeud. in 9.authoritate,fol. 142.

Ad probandum autem quod iuriſdictio poſſit in allodium concedi, ita vt proprietas illius data, & conceſſa dicatur,allegat Afflict. in c 1.§.è contrario, de inueſtitura de re aliena facta,Alber.Brun.in conſ 156. par. 2.Io. Faber, in l. & ſi ſeuerior, C. ex quib. cauſ.infam.irrogatur,Angel.in auth.vt nulli iudicium,col.1.& Io.Anton La-narium in conſ.52.n.6.

Sed iſta doctrina non eſt bona,quoniam Andreas, cuius doctrinam omnes profitemur,in c.1.§.ſi quis fecerit inueſtituram, verſ. ſed ſi vellet, quo tempore miles,dum quærit,vtrum iu-
3 riſdictio ſola † ſine feudo poſſit vendi in allodium,vel proprietatem, reſpōdet, aut venditur pari,vel ſuperiori, & poteſt,vt ſi concederetur alteri Regi,vel Principi : aut venditur inferiori,& non poteſt. Quid ſi venderetur ruſtico? vtique cum vniuerſitate, id eſt,cum feudo poſſet, tunc enim
4 ipſa iuriſdictio † etiam diceretur conceſſa in feudum, & eſſet duplex conceſſio,alia rerum corporalium, alia incorporalium, vt probat Albert. Brun.in con.157.col.1.verſic. cum duplex ſit feudum, corporale & incorporale, & vt ad hoc eſt tex. cum gloſſa, in c. 1 de controuerſia inter maſculum & feminam,de beneficio, quod ratione patris feudalis cetera præſumūtur feudalia, quam gloſſam ibi ſequūtur Iacob.de Belloviſu, & communiter Doct. item ſi caput eſt feudale, & cetera omnia alia præſumuntur,c.1.de conſecratione Eccleſ. vel altar. cap. ſi ciuitas,de ſentent. excommunicationis eod.lib.6.

5 Et cum dicitur, † quod vnus poteſt habere feudum corporale, & alter iuriſdictionem,Baldus in c.1. de inueſtitura de re aliena facta. Innoc.in cap. dilectas, de cappellis monachorum. Andr.in c.1 quod ſit inueſtitura, Affl. in cap.1 §.è contrario, num.1. verſ. Idem ſi vaſſallus, de inueſtitura de re aliena facta:non ideo ſequitur, ergo poteſt vendi iuriſdictio in allodium, † negatur conſequentia, quam mille 6
currus logicæ non traherent. Poteſt quidem vendi ſuperiori, vel pari, inferiori autem nequaquam, niſi cum Vniuerſitate, & tunc ratione capitis, & maioris partis,etiam diceretur conceſſa in feudum.

Propterea Doctores concluſerunt, iuriſdictionem † ipſam præſumi con- 7
ceſſam in feudum numquam in allodium,Bal.in c.1. §. ad hæc de pace iuram.firmanda,Franciſc.Marc.dec. 80. numero quarto par. 1. quia iuriſdictio eſt introducta de publico, & non poteſt iure priuato poſſideri, l. 1. §. huius ſtudij ff.de iuſtitia & iure. Par Regis, vel ſuperior poſſet: quia iure publico poſſideret: inferiores,& priuati non poſſunt, niſi in feudum. Albert. Brun. in conſilio 127. col. 3. quid ſi affirmamus probationes? & Rot.Rō.tenet, quod propterea ſēper præſumatur precaria, Par deciſion.
284. numero 2 † verſ. aliàs præſumi- 8
tur precaria, par. 2. item quia non poteſt vendi, neque alienari, vel aliter contrectari ſicut alia bona allodialia, ſed conſenſus Principis requiritur, ſicut in ceteris feudalibus, Bal. in c.1. nu.30.de allodiis Afflict.in § ad hæc, col. 2.de pace iurā.firmāda,Gozad. in conſ.4.n.25 ꝟ ad notū reſpōdeo, vbi oſtendit eſſe magis cōmunē opinionē, CollegiūPapienſe inter conſilia Pauli de Mōtepico.99.n.2 itē Affl. in Cōſtitutione Regni.Ea quę ad dec. n. 8 dicit,quod huiuſmodi iuriſdictiones vē-
dī † non poſſunt, quia publici iuris 9
ſunt & non recepiunt æſtimationem,

præſertim merum imperium, quod exercetur in perſonis, quarum nulla eſt æſtimatio, l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Gabr. in cõmunib. concluſionib. tit. de feudis, concl. 2 n. 5. in fi. item Bald. in c. 1. de feudo
10 Marchiæ, dicit iuriſdictionem † non poſſe poſſideri iure priuato, quia non eſt in patrimonio noſtro, & in c. 1. in fine, quæ ſint Regalia: Si igitur vendi non poteſt, ſi nullo modo contrectari, ergo allodialis eſſe non poteſt, ſed feudalis, id eſt, quæ vel in feudum incorporale ſola conceſſa eſt, & ita iure publico poſſideri dicitur, quia poſſeſſor feudatarius præſentat Principem concedentem, vel ſimul cum feudo corporeo, & ſic ſemper ſub recognitione † Principis conce-
11 dentis, cum intereſt defendere ſubditos ab oppreſſionibus feudatariorum ſaltem per vltimas appellationes, quæ ſunt fundamentum popularis libertatis, vt diffuſè ſcribo in tractatu de iuriſdictione, par. 1. c. 43. & ideo dixit Camerarius quod iuriſdictio eſt pupilla oculi Regis, & honor diadematis, & coronæ, ex quo infert Franc. de Amicis, in titulo, de his qui feudum dare poſſunt §. ſumus modo fol. 47. num. 15. & ſeq. quod quamuis Baronibus conceſſæ fuerint cognitiones primarum, & ſecundarum cauſarum, nihilominus ab illarum ſententia appellari poteſt ad Regem, non obſtante titulo, ne liceat tertio prouocare, quia Rex eſt dominus perſonarum, & hoc facere poteſt ratione directi dominij, ne ſubditi ſui male tractentur à feudatarijs, quando Baro male tractat vaſſallum, amittit feudum, vel poteſt vaſſallus petere ſe eximi de eius ſubiectione & vaſſallagio per eius ſuperiorem, Ioan. Anton. de Nigris ſuper capitulis Regni, c. grauamina, de pœna homicidij clandeſtini, num. 72. fol. 79 vbi diffuſè ſcribit per duas col. Item, Rex exigit tributa à ſubditis, vt inter eos conſeruet iuſtitiam, aliter tenetur ad reſtitutionem, D. Thom. in 2. 2. q. 62 art. 7. ſcripſi in Tractatu de iuriſd. par. 1. c. 52. num. 27. & ſeq. Ergo male opponitur contra illud ſupremum tribunal, de impotentia ita interloquendi, cauſa remaneat pro iſta vice citra præiudicium priuilegiorum: nam cum Sacrum † 12
Conſ. Neap. repræſentet Regem, atque ſententiam proferat nomine Sacræ & Cath Maieſt. ſtatim ad ſubditorum oppreſſiones olfacit, ita de æquitate iudicare poteſt, præſertim cum iuriſdictio nunquam in allodiũ conceſſa præſumatur, vt Camillus de Curte allegauit, & doctores ab eodem allegati, præter Afflictum in d. §. contrario, de cuius dicto non eſt curandum, cum etiam pro contraria parte nuper à nobis allegatus fuerit, in alium ſenſum loquuntur, vt videri poterunt. Quo vero ad conſilium 52. Io. Antonij Lanarij olim feudorum primarij in Florentiſſimo Neapolitano Gymnaſio profeſſoris, & poſtea eiuſdem Sacri Conſilij Præſidis, huic reſolutioni nullatenus obſtare probamus, quoniam poſt multos Doctores relatos concludit Barones Regni exercere iuriſdictionem iure proprio, id eſt, vt ipſe dicit, iure proprietatis & eſſe in eor. patrimonio, ex cuius dictis non poteſt inferri concluſio, ergo iuriſdictio eſt Baronibus † conceſſa in 13
allodium, quoniam allodialia ſunt libera, quæ ad alios libere transferri poſſunt, ſed iuriſdictio non poteſt, vt probatum eſt: item, Lanarius loquitur reſpectu fructuum iuriſdictionis, 14
qui ſunt pœnæ, & condemnationes, quorum reſpectu recte dixit eſſe in proprietate Baronis, (de qua re tractabo inferius in clauſula, cum Confiſcationibus) ſed non ſequitur, ergo iu-
riſdictio

riſdictio eſt conceſſa in allodium, & ita libere, ita quod totum dominium ſit tranſlatum in Barones, quoniam, vt docuimus in Scholis, ſuper §. Nihil commune, in lectura Piſana, q.1. per
15 totam, proprietas † differt à dominio, & oſtendimus proprietatem nihil aliud eſſe quam ipſam rem, id eſt, corpus l.interdum, l.quæſtio, ff.de verborum ſignificat. §. finali, inſtit.de vſufructu. Salicet. in l.proprietatis, C.de probationib. Socinus iun. in d. §. nihil
16 commune num. 128. cui proprietari † nihil conuenit Regem habere dominium directum, l.proprietatis dominium, C.de probationibus, l.ſi ita legatum, §. dominus proprietatis. ff. de vſu, & habitatione, & ſcripſi in d. quæſt.1 & Barones habere dominium, id eſt vſumfructum, propter quem poſſideat ipſam proprietatem, & ita in feudum, ſicut concedi poteſt.

Item ſecunda concluſio Lanarij in d.conſ.52.num.8.in iure non ſubſiſtit, præſupponit enim Barones habere iuriſdictionem in vaſſallos ſiue ex priuilegio, ſiue ex præſcriptione, & ſemper priuatiue ad Regem. Et contra iſtam doctrinam obſtat Regula, quod
17 iuriſdictio † ſemper cenſetur eſſe conceſſa cumulatiue, non autem priuatiuè. l.finali, C. vbi cauſæ fiſcal. l.1. C.de offic. præfecti vrb. Quando eſt ſimpliciter conceſſa, & in nihilo eſt derogatum iuriſdictioni ſuperioris, Rom.in conſ.393. in fin.verſ. nec dicetur, vbi allegat textum, quem dicit ſingularem, in l.tam collatores, C.de re militari, & pro hac opinione Schrader.in tractatu de feudis, p. 10. ſect.1. num.125. verſ. & licet, quo ad hoc allegat Bartolum, & triginta Doctores, qui illam firmant, atque oſtendit ipſam veriſſimam eſſe: niſi de mente Principis conſtet, quod illam priuatiue concedere voluerit, Capic. dec. 9. num.16. Grammatic. dec.30. & Voto criminali 28. & hanc eſſe Communem opinionem probant Iaſ.in l. quod in rerum, §.item, col.fin. de legat.1. & addentes ad conſilium 393. Romani.
Et illa concluſio, quod iuriſdictio † 18 quæſita per præſcriptionem cenſetur requiſita priuatiue, locum habet quādo conſtat quod ſuperior volens exercere iuriſdictionem fuiſſet ab inferiore prohibitus, prohibitioni acquieuerit per longiſſimum tempus, tunc enim ab ipſa prohibitione præſcriptio ſumit initium, Felin in c.paſtoralis, columna tertia, verſic. limita octauo, de officio Ordinar. Abb.in c.ſignificante, in 1.notabili de appellationib. cum alijs ad hoc in puncto allegatis, per Roland.in conſ.80. col. finali. vol.ſecundo.

Et ideo Romæ hæc concluſio non habet controuerſiam, & Sacra † Con- 19 ſulta, in omnibus cauſis Baronum Status Eccleſiaſtici ponit manus, & poſt relationes ſibi à Gubernatoribus, vel Aſſeſſoribus factas, reſpondendo, iubet, & multoties cauſas ad ſe euocat, quantumuis illi Barones iuriſdictionē ſiue ex priuilegio, ſiue ex præſcriptione prætendant.

Neq; poteſt capi cōiectura volūtatis Principis concedentis, ex eo, quia feuda cum iuriſdictione vendita ſunt, & ita per contractum, cui Principem ſtare decet l.digna vox, C.de legib. & per Canoniſtas in Clementia Paſtoralis de re iudicata, cum alijs ad hoc allegatis per Camillum de Curte, in d.§. poteſt quoque, numero 14. & ſeq.

Quia feudum, † etiam pecunia 20 emptum, eſt propriè feudum, Andreas, Bald. Aluarott. Præpoſit. & alij in c.1.de natura feudi, tam per illum text. quàm per alia iura, videlicet per c. 1 de benefic. fratr. & qualiter fratres ſuccedant in feudo, & c.1. quemadmodum feudum, ad fratrem pertin. & c.1.de Inueſtitura in maritum facta, &

RR

c.ſi Titius,in fine,ſi de feudo fuerit cõtrouerſ.inter dom.&c agnat.&c.ad noſtram,de reb.Eccleſ.non alienand. & eſt Communis opinio,vt probat Guerinus Piſonus,in præludijs feudorum, §.ſequantur illa verba. Item probatur per textum iuris communis Romanorum,l.Titius, ff.de obſequijs præſtandis.vbi ſi patronatus per pecuniã dat libertatem ſeruo, adhuc reſeruat iura patronatus, per quem textum probat hanc concluſionem Camerarius,in l Imperialem, fol.97. col. 4. I-
21 tem, quia quando † aliquod pretium ſoluitur, quod non eſt æquiualens conceſſioni,tota conceſſio dicitur gratioſa,& non attenditur vt contractus, ſed tanquam gratia, Socin.in conſ. 4. num.59. & conſilio 87.num.12.vol.3. Boſſ.in practica crim. titulo de Principe,num.153 & dicit Rota Romana in deciſ.457.num. 17.p.1. in Nouiſſ. quod ita ſemper fuit practicatum, & obſeruatum, ſicuti etiam videmus in materijs componendis,quæ nihilominus ſemper remanent gratioſæ,& illas obtinens non dicitur habere ex cauſa oneroſa,quoniam quod ſoluitur, non æquiualet ei quod conceditur: Quod non aduertit Viſillus ſuper deciſ. 7. num.3.Afflict.qui poſt aliquos allegatos firmat hanc ſententiam in practica obſeruari.

Item quia licet feudum ſit contra-
22 ctu, † tamen præponderat à gratia, quia inueſtitura eſt gratia,Andr.in c.1. de Inueſtitura de re aliena facta, & feudum non eſt ſine inueſtitura,Rum. in conſ.34.num.7.volum.1.Soc.iun.in conſ 102.num. 26.vol.2. Afflict. dec. 129.n.3.Rol.in conſ.50.n.10.vol.3.Sed gratia ſemper interpretatur, vt quantò minus lædat ius tertij. Propterea conceſſio in feudum cum mero, & mixto imperio, atque omnimoda iuriſdictione, non potuit tantum preiudicij ſubditis Regis concedentis afferre, quin oppreſſi ab eorum Barone, non poſſint ad Regem appellare, & ex cauſa obtinere,vt ipſa cauſa in Regis Prætorio cognoſcatur.

## SVMMARIA.

1 *Confirmatio Statutorum quomodo intelligatur.*

2 *Non porrigitur ad ea,quæ ſunt caſſata.*

4 *Clauſula confirmamus Statuta,non tollit defectum poteſtatis.*

4 *Confirmatio nunquam retrotrahitur in praiudicium tertij.*

5 *Statuta fori Fiuizani ſub qua forma debeant confirmari ab approbatoribus Florentinis.*

6 *Confirmatio Principis ex certa ſcientia, quos defectus ſuppleat.*

7 *Confirmatorum cauſa debet tractari coram Principe , vel eius Delegato.*

8 *Confirmatio facta à Principe tyranno non valet.*

## CLAVSVLA 8.

*Confirmamus Statuta.*

Confirmatio † Statutorum intelligitur in terminis,in quibus Statuta loquuntur, cuius natura eſt, vt addatur robur confirmato, non autem quòd extendat illa ad caſum,qui non continetur, l.Aurelius,§.teſtamento, ff.de liberatione legata, Bald.in l.nominationis,in fine,C.de appellationibus,Corn.in conſ.224 num.1. volum. 3.Alexand.in conſilio 158.num.16 vol. 1.& in conſil 11. num.18.vol.5. Decius in rubrica de confirmatione vtili, vel inutili numero 2.& ſeqq.Bero. quæſtione 150. numero 2. & ita fuit reſolutum in Rota Romana penſionis domus , vigeſima ſexta Ianuarij 1598.coram Lancellotto. 1

Sed

2 Sed hæc confirmatio † non porrigitur ad ea, quæ ſpecialiter ſunt caſſata, Iaſon in l doli clauſula, numero 2. ff.de verb.oblig.& in conſ.170.numero 1.volum 4. Zabarell.in Clement.1. numero 1.verſ.nos etenim, & ibi Anchar.in § finali, num.40. in 2. notab. de ſepultur.

3 Hęc clauſula † non tollit defectum poteſtatis, Rota deciſione 2 de confirmatione vtili vel inutili in Nouiſſ. ſecùs quando illum defectum intellexit, & in hoc ſufficit ſcientia in genere, Rota deciſione 455. numero 4. & ſeq.par.1.in Nouiſſimis. At ſi confirmatio reiteretur, dicit facta ex certa ſcientia, Dec.in conſilio 534.num.3.

Licet quibuſcumque verbis prægnantibus, & generalibus fiat, nihilominus nunquam retrotrahitur † in 4 præiudicium tertij, quantumuis ille tertius tale ius in iudicio non petierit, quia per hoc non infertur, quin dicatur ius delatum, & quæſitum, ita vt res non dicatur amplius integra, Bald. in tractatu de ſtatutis, in verbo, Confirmare, verſic.aut tempore confirmationis poterat actus geri, Alexand.in conſil 41.numero 11.volum.5 Cror.in l.omnes populi, in quinta quæſt. princip.ff.de iuſt.& iure. Etiam in confirmatione Principis ſubintelligitur clauſula ſine præiudicio iuris tertio quęſiti, Socin.in conſilio 164.colum. quinta, ver.ſed ad hanc obiectionem, volum.2.Alexand.in conſilio centeſimo quarto, volum.4. latè Dec. in cap. ſuper eo, de officio delegati, etiamſi Princeps vſus fuerit Clauſula ex certa ſcientia, Motu proprio, & non obſtantibus. De quibus clauſulis ſcripſi parte prima.

5 Statuta Fori Fiuizanenſis † debent confirmari ab approbatoribus Florentinis ſingulo quinquennio, ſoluendo vnũ fructum pro ſingulo anno, aliter non valeant, nec obſeruari debeant. Ideo approbatores ad lucrifaciendum ſolent apponere aliam clauſulam, videlicet, quod confirmant Statuta à die, qua cœperunt mori, & ſic retrotrahunt confirmationem à principio mortis, vt conſequantur præmiũ temporis mortui, & vacati, ſed huiuſmodi clauſula non præiudicat tertio, cui fuit ius quæſitum medio tempore, etiamſi illud ius eſſet in ſpe, vide ad hoc Caualcan. in deciſion.11 numero quinquageſimo ſecundo, & ſeqq. parte 2.

Si Princeps † cum cauſæ cognitione, ex certa ſcientia confirmat, talis cõfirmatio ſupplet defectum ſolemnitatis formæ, & perſonæ, Bald.in d.l. nominationis, numero 2.Iaſon in l.more maiorum, numero 4.ff.de iuriſd.omn. iudic. Hoc eſt intelligendum de ſummo Principe. Item quoad effectus iuris ciuilis, non autem naturalis, vel gẽtium puta conſenſus, c.1.de tranſactionibus & ibi Abb. numero 5. & ceteri Canoniſtæ, Clem.Paſtoralis de re iudic.Archidiacon.in cap.Cenomanenſem, numero 1.diſtinct.56.Angel. in l. adoptio non iure facta ff.de adoptionibus, Alex.in conſil.122. numero 21. in fine, volum.4. Specul. in titulo de legato.§.nunc oſtendendum, numero 14 & ſeq.vbi quòd clauſula, Supplentes defectus, refertur ad ſolemnitates iuris, non autem ad defectum inhabilitatis perſonæ, & de hac clauſula, Supplentes, etiam ſcripſi ſupra in parte 1. 6

Confirmatio Principis cum cauſæ cognitione, parit hunc effectum, vt ſolus Princeps, vel eius Delegatus cognitionem habeat, ſi in controuerſiam reuocetur, vel falſitatis arguatur, c.1.de confirmation.vtil vel inutil. Gloſſ. in 2.eod.titulo in verſic.excerta. 7

Si à Principe Tyranno facta fuerit, eſt nullius momenti, vide Franciſc. Marc.deciſ.Delphinali 408 parte 2.

Si ſuperior iurauit ſtatuta ſeruare, dicitur ea confirmare, Bald. in conſil. 86.vol.3. per l. cum pater, §. filijs matrem, de legatis ſecũdo. Rebuff. in Cordatis fol.570.col.1.

### SVMMARIA.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in feudis.*

2 *Succeßio in feudo antiquo eſt vigore inueſtituræ & non per ius accreſcendi.*

3 *Ius feudorum non eſt extendendum ad aliam materiam.*

4 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, nec in contractibus.*

5 *Ius non decreſcendi quando habet locum, & quando non.*

6 *Clauſula, & cuilibet eorum, an importet conceßionem in ſolidum.*

7 *Non eſt diſtributiua, ſed collectiua vniuerſalis.*

8 *Dictio, Quiſque, non importat ſignum diſtributiuum.*

9 *Inueſtiti cenſentur prouidere ſibi & poſteris, & non ſocio inueſtito.*

## CLAVSVLA 9.

*Cuilibet eorum.*

1 IVs accreſcendi, † non habet locum in feudis. c.1. de duob. fratrib. de nouo benefic. inueſtitis, c.1. §. de gradib. ſucceſſ. in feud. c. vnico, de benefic. fratris, & iſta eſt Communis regula, Pariſ in conſ.16. num.2. vol.4. Grat. in conſ.4. num.51. vol. 1. Imo; neque in antiquo locum habere. Communi-
2 ter concluſum eſt, quia † in eo dicitur ſuccedi iure inueſtituræ, & non iure accreſcendi, prout de Communi atteſtatur Clarus, in §. feudum quæſt. 77. num.5. verſ. ſecundo principaliter.
3 Et licet ius feudorum † non debeat extendi ad aliam materiam, vt fuit reſolutum in Rota, vt per Achill. de Graſſ. deciſ. 10. num.3. de ſent. & re iudicata: Tamen hoc idem eſt diſpoſitum iure Romanorum, l. ſi mihi, & 4
Titio, vt ibi Bartol. & Alex. atteſtatur de Communi, ff. de verb. oblig. l. reos §. cum in talibus, ff. de duob. reis. Afflict. deciſione 209. & declarat Cravetta, in conſilio 77. volum. 2. Ripa, in l. ſi ita ſcriptum, col. 2 & 3. de legatis primo. Quia in contractibus poſt acquiſitionem ſemel factam, non eſt locus iuri accreſcendi, l. 1. §. interdum, ff. de vſufructu accreſcendo, per quam rationem ita fuit deciſum, Hieronym. Magon. in deciſione Lucenſi 58. numero ſexto & ſeq. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 39. probat eſſe Communem. Et hanc ſententiam exornat Ronchegall. in d. §. cum in tabulis, in l. eamdem numero 128. ff. de duobus reis.

Item ius † non decreſcendi non 5
habet locum, niſi quando portio defecta non fuit à principio acquiſita, vel quia non fuit acceptata, vel dies eis inutiliter ceſſit: ſi vero fuit perfectè acquiſita, ſed propter mortem finita fuit, tunc eſt vlterius tractandum de iure non decreſcendi, quia textus in l. Titia, cum ibi notatis per gloſſam, ff. de annuis legatis, cum ſimilibus, non habent locum poſt acquiſitum, & reſolutum emolumentum. Et hanc doctrinam valdè probat Paulus de Caſtro, in conſilio 262. vol. 2. per totum conſilium.

Declarant multi Doctores huiuſmodi Concluſionem non procedere, quãdo fuiſſet appoſita huiuſmodi clauſula, Et cuilibet eorum †, quia tunc 6
cenſetur facta per diſtributiuum, vnicuique cenſetur facta in ſolidũ, Bart. in l. hoc articulo, ff. de hered. inſtit. & in l.

ſi plu-

ſi pluribus,in princip de legatis ſecundo. Doct.in l.ſi mihi & Titio,de verbor. oblig.Bald.in leg. vnica,C.quando non petent partes,Socin.in conſil. 50. numero 1.volum.1. quo caſu eſſe locum iuri accreſcendi concludit Dec. in conſilio 226. in princip. & alij plurimi Doctores ſequuntur hanc ſententiam, relati pe[r] ...ual in deciſione 30.num.34 part. 2.

7 Sed certe iſta clauſula, cuilibet eorum, † non eſt diſtributiua, ſed collectiua vniuerſalis,vt probat Alexand. in conſilio 17.numero 8.volum.5. per text.in d.l.hoc articulo,cum ibi notat. per Doct. ff.de hæredibus inſtit. & l.ſi neceſſaria,§.ſi annua,ff.de pignorat.actione,& notat Bart.in l.ſi creditores, C.de pactis.Ideo Io.de Imola,in l.pluribus, §.1.& in l.Stichum §. ſtipulatio, ff.de verb.obligat.reprehendit Ange-

8 lum vtrobique tenentem,dictionem † (quiſque) importare ſignum diſtributiuum, vt etiam atteſtatur Alexand.in d.conſil.17.numero 8.volum.5. Ruin. in conſilio 47.numer. 5.vol.1 Magon. in deciſione Lucenſi 8.& declarat Bartol.in d.l.hoc art.numero 6.quam doctrinam etiam probat Alexan. in conſil.13 numero 14.& ſeq.volum.5.

Item declaratur:Nam etiamſi clauſula importaret diſtributionem in ſolidum, & ita ius accreſcendi, tamen hoc non procedit, vt alter ex inueſtitis decedat cum filiis, & deſcendenti-

9 bus, quoniam † vnuſquiſque cenſetur prouidere ſibi, & poſteris, & poſtea ſocio inueſtito, vt docet Alex.in conſilio 119. numero 5. volum.5. per iura feudalia in puncto,quæ allegat & ibi numero 3.probat, quod licet huiuſmodi concluſio probetur iure feudorum expreſſo, tamen idem eſſe de iure communi Romanorum, & valere in omni materia. quemadmodum ergo filij alterius ex inueſtitis ſunt vocati ad portionem proprij parentis,& filij vnius inueſtiti non vocantur ad portionem alterius inueſtiti, etiam decedentis ſine filiis: eodem modo per huiuſmodi clauſulam,alter ex inueſtitis non cenſetur vocatus ad portionem alterius poſt eius mortem,etiam ſi ſine filiis deceſſerit,quod argumentum dicit eſſe veriſſimum, & non habere dubium,Ruin.in conſilio 47.numero 4.in fine vol.1.

SVMMARIA.

1 *Feudum intelligitur conceſſum ſecundum propriam naturam ſuam.*

2 *Clauſula,cui ius dabit in feudo,quomodo intelligatur.*

3 *Feudum in dubio cenſetur ex pacto, & prouidentia.*

4 *Feuda in Regno omnia ſunt hæreditaria.*

CLAVSVLA 10.

*Cui ius dabit.*

VBi non apparet inueſtitura ſemper feudum † intelligitur conceſſum ſecũdum propriam ipſius naturam,& ita,vt vadat ad eos,qui ex regula iuris communis ſunt in feudum ſucceſſuri, Bald.in conſilio 33.volum. 3.Frecc.in lib.2. de Subfeud. in quæſt. 35.in princip.Quid ſi appareat inueſtitura cum iſta clauſula,cui ius dabit? † Verba indeterminata intelliguntur ſecũdum naturam rei,& contractus, & iuxta ea naturaliter accipienda ſunt, Bald.in conſil.330.volum.3.ad l.iſta ſtipulatus,ff.de verborum obligation.& l.ſi ſtipulatus,ff.de vſur. 1 2

Andreas in c.1.numero 11. Ex quibus cauſis feudum amittatur,lib.3.intelligit huiuſmodi clauſulam ſicuti ius intelligit, videlicet pro ſe & hæredibus, ſed quia ad hoc allegat cap.1. de duobus fratribus à Capitaneo inueſtitis, ibi textus expreſſe dicit,hæredes intelligi de filiis, ideo Liparulus Do-

ctor conſummatiſſimus in Commento Andreæ aduertit, per huiuſmodi verba, pro ſe, & hæredibus ſuis, id eſt filiis, Andream fuiſſe opinionis, vt feu-
3 dum † in dubio cenſeatur ex pacto, & prouidentia; Conſule Liparulum ibi, qui huiuſmodi Andreæ opinionem optime probat, & huius opinionis fuiſſe probat Loffred. in conſilio primo, num. 101. & ita quod in dubio feudum erit ex pacto, & prouidentia, Camerat. in Imperialem, § propterea ducatus, in 2. quæſtion. probat hanc ſententiam eſſe veram, atque Andream eandem ſequutum eſſe, & in cap. 1. an agnatus, vel filius, num. 11. part. 3. Thomas de Marinis, in tractatu de generibus, & qualitate feud. Rubrica, de feudo ex pacto, & prouidentia, num. 53. Thomas Minadous, in conſilio 10. numero 1. in fine, Camias in cap. ſi aliquem, verſic. in antiquis, nu... ro 157. circa med. Afflict in c. 1. numero 14 & ſeq. an agnatus, vel filius. Iacobutius de Franch. in præludiis feudorum in Rubrica ſpecies feudorum quot ſint. numero 125. Frecc. in libro 1. de Subfeud. c. 1. numero 87 & ſeq. vbi monetur ex eo quia in iure feudorum non datur textus, qui mentionem faciat de feudo hæreditario, Schrader. de Feudis. parte 2. cap. 3. numero 31. Teſſaur. deciſione 99 num. 23.

Et pro hac ſententia plurimos Doctores congeſſerũt Ciuiliſtæ, Menochius in conſilio 61. num. 9. volum. 1. & libro 3. præſumptione 94. numero 7. Maſcard. de probation. concl. 267. qui atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. Diffusè hanc quæſtionem diſputat Intrigliol. in 1. Cent. de feudis, quæſt. 50. vbi allegat rationes pro vtraque parte, ibi vide per eum, licet ipſe poſtea ſequatur ſuum ſenſum ab aliis diuerſum.

Sed re vera non eſt diſcedendum ab opinione Andreæ, videlicet, quod in dubio, non apparente inueſtitura, dicetur feudum de iure feudorum, ex pacto, & prouidentia, quo iure nõ apparet dari feudum hæreditarium.

Hæc autem ſententia non † procedit in Regno Neapolis, vbi omnia feuda ex communi forma inueſtituræ ſunt hæreditaria, Affl. deciſ. 40. & deciſ. 193. & 295. & probat Frecc. in 3. lib. de Subfeud. §. ſed poſtquam feudor. numero 24. & ſeq. fol. 394. Et ideo Intrigliol. in d. quæſt. 50. numero 61. & ſequent. dicit omnes Doct. firmantes in dubio præſumi feudum hæreditariũ, loqui, vel ſecundum conſuetudines locorũ, vel in feudo abſolute, & ſimpliciter hæreditario ex forma inueſtituræ vt in puncto videri poterũt, paucos vero loqui de iure communi feudorum, ſed iſti pauci feuda non guſtarunt, nam in iure feudorum feuda hæreditaria ſcripta non ſunt. 4

Quare huiuſmodi clauſula, cui ius dabit, feudum ex pacto, & prouidentia conſtituit, atque omnes illos effectus parit, quos huiuſmodi feuda producunt, quos vide à Freccia, 3 libro de Subfeudis, de differentiis inter feuda hæreditaria, & ex pacto.

### SVMMARIA.

1 *Pœnæ, & multæ ſunt fructus iuriſdictionis, qui pertinent ad Barones.*
2 *Barones non habentes merum imperium, exigunt pœnas pecuniarias.*
3 *Vtile Dominium præfertur directo.*
4 *Vtile dominium eſſe Chimeram, quomodo intelligatur.*
5 *Confiſcationes pertinent ad fiſcum principis, non inferiores.*
6 *Clauſula, cum confiſcationibus, quid importet.*
7 *Confiſcationes poſſunt pertinere ex priuilegio.*
8 *Confiſcationes quæ pertinent ad feudatorios poſſunt remitti per Regem.*

9 *Prin-*

9 *Princeps directus dominus, poteſt condere legem, qua liget ſubditos mediatos.*

10 *Princeps per ſuam legem poteſt moderare iuriſdictione ſeudatariorum.*

11 *Abolitio generalis facta per viam legis, comprehendit etiam ſubditos Baronum.*

## CLAVSVLA II.

*Cum confiſcationibus.*

1 POenæ, multæ ſunt fructus iuriſdictionis, ideo ad Barones pertinẽt, quibus iuriſdictio in feudum data eſt, Andreas in capitulo primo, §. hęreditatem, colum. 2. de pace tenenda, & in Conſtitutione Regni, cum ſatis, & Conſtit. Iuſtitiarij nomen. Iacobin. in ſua inueſtitura, in verbo Marchio in Italia, col. 2 Freccia de Subfeudis, libro 2. in 13. authoritate, numero 1. Bartolus, Baldus, Alexand. & alij, in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bartolus in l. finali, ff. ſoluto matrim. Amadeus de ponte, in tractatu de Laudemiis, quæſtion. 24. col. 3. Boſſ. in titulo de pœnis numero 25. verſic. ſed ſi voluit, qui loquitur in omnibus pœnis, multis, & condemnationibus, Albert. Brun. in conſ. 31. vbi quod iſtæ pœnæ ſunt fructus iuriſdictionis ordinariæ, Iacobinus in l. ſi proprietati, ff. de iure dotium, vbi quia Barones habẽt onera feudi, ideo debent percipere omnia emolumenta ex feudo prouenientia. Teſſaur. in deciſ. 250. in princ. & deciſ. 266. numero 4. Becr. deciſ. 180. num. 6. Et licet

2 Barones † non haberent merum imperium, tamen pœnas pecuniarias cõſequi debent, quia pœnę pecuniariæ non ſunt de mero imperio, Bald in l. finali, ff. de offic. præfect. vigil. Paul. de Caſtro, in l. Imperium, ff. de iuriſdictione omn. iudic. quando non proueniunt principaliter ex delicto, ſed incidenter, vt dicit Bald. in l. ſi qua per calumn. C. de Epiſcop. & cleric. & Alexand. in Additionibus ad Bartol. in l. 2. de ſepulchro violato. Barones habent vtile † dominium, propter quod 3
præferuntur directo domino in huiuſmodi fructibus iuriſdictionis, Andr. in cap. 1. de inueſtitura de re aliena facta, numero 1. & ſeq. & licet Hoſtienſ. in Summa, titulo de feudis, §. quod ius, poſt Innoc. dicat, quod huiuſmodi dominium vtile † eſt ſicut Chimera, 4
tamen hoc dictum intelligitur ad notandum quod dominium vtile facillime conſolidatur cum proprietate, vt declarat Andr. in titulo, De feudo ſine culpa non amittendo, numero 5. Camerar. in l. Imperialem, § callidis, verſic. quarta concluſio. Bald. in §. finali, ex quibus cauſis feud. amitt. dicit, qui dicunt vtile dominium eſſe ſicut Chimeram, neſciunt quid dicant propter illum text. Affl. in prælud. numero 61.

Confiſcationes † autem ſunt de 5
Regalibus Principis, vt in titulo, quæ ſint regalia, in princ. & ideo applicantur fiſco Principis, non autem fiſco inferioris à Principe. Caſſanæus, in Conſuetud. Burgund. de confiſcation. Rubric. 2. §. 1. in verbo, *& appartient*, num. 1. Carpan. ſuper Conſtitution Mediolan. titulo de fiſco. capit. omnium, numero 479. quos refert Gualtier. in titulo de confiſc. bonor. tit. 21. numero 1. & propterea in conceſſionibus ſolet apponi huiuſmodi clauſula, † Cum 6
confiſcationibus, cuius vigore incipiunt pertinere ad feudatarios ex priuilegio, Boſſ. in titulo de crimine læſæ maieſtatis, numero 105. Carpan. in d §. omnium, numero 484. Ideo Bald. in l. 2. in fine, C. communia de vſucapionibus dicit, ciuitates non habere ius confiſcandi, niſi ex priuilegio † ha- 7
beant regalia, Bartol. in repetitione l. 1. colum. fin. C. de ſumma Trinit. dicit, quod ciuitates Italię non habent fiſ-

cum, nec iura fiſcalia, neque poſſunt bona publicare propter delicta: Niſi hoc habeant ex priuilegio, vel præſcriptione, ſiue antiqua conſuetudine, vt dicunt Doct. in d.l. Imperium, vbi Iaſ. col.9. verſ. ſed videndum, de iuriſdict. omn. iudic. Alexand. in conſilio 6. in fine, volum.1. Albert. Brun. in conſilio 120. verſic. ex quibus infertur. Quo caſu licet huiuſmodi confiſcationes per-
8 tineant ad feudatarios, tamen Rex † concedens poteſt illas remittere, Abb. in cap. ſpeciali, numero 6. de offic. deleg. vbi quod poteſt remittere pœnam alteri quæſitam.

Propterea ſi Rex propter aliquam lętitiam publicam concedat generalem abolitionem delictorum, de qua ſcriptum eſt in ff. nou. tom.2. tit. Abolitio, eo caſu generalis abolitio facta per viam legis comprehendit etiam vaſſallos Baronum, vt eorum delicta
9 abolita dicantur, quoniam Rex † directus dominus poteſt condere ſtatuta, & leges, quæ ligent etiam vaſſallos Baronum, etiam in feudo conceſſo, Laudenſ. in tract. de Princ. quæſt.72. Boſſ. in tit. de pœn. num.25. Rol. de lucro dotis, q.85. vbi quod ſtatutum cōditum per Principem de lucro dotis, habet locum etiam in terris infeudatis, & probat Surd. in conſil.53. num.5. Afflict. in Conſt. Regni, poſt mortem, colum.2. poſt medium, dicit: Nemo dubitat, quin directus dominus poſſit leges condere etiam in præiudicium legum inferiorum, quibus loca infeudata ſunt. Caſtren. in conſilio 268. in princ. volum.2. vbi quod decretum vigens in ciuitate, ſeruandum eſt etiam in locis ſibi ſubiectis, ratione directi dominij, Natta in conſilio 659. colum.
10 fin. Princeps † per ſuam legem generalem poteſt limitare, & moderari iuriſdictionem feudatariorum, ad Bald. Salic. & alios in l. omnes, C. ſi contra ius, vel vtil. publicam. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. titul. *Des Iuſtices*, §.8. in verbo, *quand le ſigne.* num.5. Boſſ. in tit. de foro comp. numero 49. Foller. in tract. de contract. cenſuratiis, ver. Nūquid clericus, numero 29. & ſeq. ergo quando generalis † abolitio eſt facta 11
per viam legis, nullo modo debemus dubitare, quin comprehendat etiam vaſſallos Baronum, & ſubditos mediatos legiſlatoris, quidquid in cōtrarium ſcripſerit Lanarius, in conſil.52. cuius principia, & rationes reſolutę fuerunt ſupra in clauſula, çitra præiudicium priuilegiorum.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cum integro ſtatu, refertur etiam ad habitum.*
2 *Non comprehendit tinas, vegetes, niſi in conceſſione vſusfructus.*

## CLAVSVLA 12.

*Cum integro ſtatu.*

HÆc clauſula † pertinet non tantum ad integritatem actus, ſed 1
etiam integritatem habitus, ſiue habere rei, vt probat Par. in tractat. de reintegratione feudorum, capit.214. incipit: Rex conceſſit feudum Gloſſ. in l. ſi quando, C. de bon. vacant. lib. 10. In conceſſione fundi cum integro ſtatu, non veniunt † tinæ, vegetes, Bal- 2
dus in d.l. ſi quando, videlicet, ſi contractus celebraretur ſuper proprietate, ſecus ſi ſuper vſufructu, l. ſed & ſi quis, §. proprietate, ff. de vſufructu, in gloſſ. vltima, de hac clauſula ſcripſit And. in tit. quid ſit inueſtitura, allegat d.l. ſi quando.

SVMMARIA.

1 *Clauſula incerta non probat.*
2 *Clauſula, cum pertinentijs, & poſſeſſionibus, non probat.*
3 *Pertinentiæ, & poſſeſſiones non præſumuntur*

*mentus feudales, ob clauſulam, & quando ſecus.*

4 *Inueſtitura non probat pertinentias & poſſeſſiones eſſe feudales.*

5 *Clauſula in integro ſtatu, iuribus, & iuriſdictionibus, & pertinentijs, an comprehendat merum, & mixtum Imperium.*

## CLAVSVLA 13.

### *Cum pertinentiis, & poſſeſſionibus.*

INcerta parum releuant, l. neque natales, C. de probationibus, ſed iſta
1 clauſula † incerta eſt, ideo non probat, niſi quatenus per alias probationes appareant ipſæ pertinentiæ, & cōceſſiones, & aliunde conſtaret, Alex. in conſil. 15. in princ. volum. 5. in conſ. 55. col. finali verſ. circa aliud dubium, vol. 4. Curtius iun. in conſil. 140. num. 4. & in conſil. 184. numero 1. Paul. de Caſtro, in conſ. 179. numero 1. volum. 1. Albert. Brun. in conſ. 1. num. 1. Dec. in conſ. 32. numero 3. ℣. præterea, & in dubio, & in conſil. 413. numero 7. & in conſ. 468. numero 6. Mandoſ. in Additionibus ad Roman. ſuper conſil. 336. numero 2. in verſic. appareat, qui multos allegat. Et hoc procedit etiam
2 ſi confinia † prædiorum, & poſſeſſionum conceſſarum eſſent ſpecificata. Alexand. in conſil. 187. numero 9. volum. 2. Dec. in conſil. 302. colum. 3. Pariſ. in conſilio 23. numero 9. volum. 1. Crauetta, in conſil. 293. per tot. Boſſ. in titulo de Princip. numero 253. in fine, vbi atteſtatur ita fuiſſe iudicatum in Senatu Mediolani, & eſſe communem opinionem probat Villalobos in libro comm. opin. verſic. Feudalis, num. 27.

3 Neque huiuſmodi pertinentiæ † & poſſeſſiones præſumerentur feudales propter virtutem dictæ clauſulæ, ex illa ratione, quia ratione partis feudalis, ita præſumerentur, per textū, cum gloſſa finali, in c. 1. de controuerſ. inter maſculum, & feminam, quia hæc ratio procedit, quando maior pars prædiorum eſſet feudalis, & quod eſſet vnum integrale, puta vnum Podere vnitum, ſeu vnus Manſus, vel Grancia vna, ita vt maior pars euidenter probetur eſſe feudalis. Plura ad hoc ſcribit Albert. Brun. in conſil. 127. colum. 3. ℣. quod ſi aſſumamus illam probationem, volum. 2. Inueſtitura non probat pertinentias, & poſſeſſiones † eſſe feudales, ſed tantum omne ius quod concedens habebat, ſed quælibet bona præſumuntur allodialia: Et hanc eſſe communem probat Alexan. in conſilio 55. numero 21. volum. 4. Cur. iun. in conſilio 41. Alber. Brun. in d. conſilio 1. vol. 1. Ruin. in conſ. 53. numero 4. volum. 4. Cephal. in conſilio 250. numero 54. & ſeq. volum. 2. Roland. in conſil. 82. per totum, & numero 98. vol. 1. qui etiam firmat, hoc multo magis procedere, ſi huiuſmodi bona ab alio tertio poſſiderentur, & vide Burſatt. in conſil. 41 col. 1. & ſeq. volum. 1. qui alios refert, & multa addit: Petr. Gregor. in tractatu de conceſſ. feudi, parte 2. quæſt. 1. colum. 2. vbi etiam ampliat alio modo. Andr. in cap. 1. §. huius autem generis, numero 13 ℣. per præmiſſa, ex quibus cauſ. feud. amitt. Pernus in conſ. 3. alia plurima ad hoc allegat Intrigliol. de feudis, Cent. 1. quæſt. 43. numero 25. & plur. ſeqq. 4

Et quid ſi dictum fuerit, conceſſit Caſtrum † cum integro ſtatu & cum iuribus, & pertinentiis ſuis, an videatur conceſſum totum territorium, pleniſſima iuriſdictio, ac merum, ac mixtum imperium, vide Bald. in cap. 1. de Capitan. qui Cur. vendidit, & in l. cum non ſolum, C. de bonis, quæ liber. & in l. 1. §. vrbem, ff. de offic. præfecti vrbis. Oldrad. in conſil. 253. Roman. in conſil. 333. Bartol. Bald. in l. ſi quando, 5

C. de bonis vacantibus. lib. 10. And. in titulo de controuer. feud. apud pares terminanda, & in §. præterea ſimiliter, de Capitan. qui cur vendidit, & in titulo, Quid ſit inueſtitura, & in titulo, de lege Corradi.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, cum iuribus, comprehendit iuſpatronatus.*

2 *Iuſpatronatus expreſſum in vniuerſitate, an & quando comprehendatur.*

3 *Iuſpatronatus cum Caſtro cenſetur tranſlatum iure feudi.*

4 *Clauſula, cum iuriſdictionibus, nõ comprehendit ſupremam iuriſdictionem Regiæ.*

5 *Suprema poteſtas data non cenſetur, & in quibus conſiſtat.*

## CLAVSVLA 14.

### *Cum iuribus, & iuriſdictionibus.*

1 Clauſula, cum iuribus, † comprehendit ius patronatus, quia illud in generali loquutione tranſit cum vniuerſitate bonorum. Abb. in cap. illud, verſ. ſecundo caſu principali de iurepatronatus. Et in puncto de huiuſmodi clauſula probat Ferrettus in conſilio 343. numero decimo ſexto. Dec. in conſilio 127. numero 2. Et licet multi velint hanc doctrinam nõ procedere, quando ipſum ius patrona-
2 tus † expreſſum eſſet in ipſa vniuerſitate, vt ſi dictum eſſet: vendo villam cum iurepatronatus, quia reſpectu iuriſpatronatus venditio nõ valet, Abb. in d. c. illud, Io. And. in capit. 1. eod. titulo libro 6. contrarium tamen eſt verius, videlicet quando dictum eſſet: cum iurepatronatus, quo caſu iuſpatronatus venit acceſſorie propter dictionem, cum, & venit declaratiue ad conceſſionem iurium in vniuerſali, & ita tenet Abb. in cap. querelam, de ſimonia, in verſ. & induco hanc gloſſ. & expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur. Dec. in d. conſ. 127. numero 2.

Licet Caſtrum † Regium fuiſſet 3 conceſſum Baroni cum iuribus, &c. non ideo, quia Baroni conceditur ipſum iuſpatronatus amittit nomen Regij, quoniam directum dominium retentum eſt, & vſufructuarius dicitur procurator proprietarii, qui poteſt, & proprio nomine, & Regis proprietarij actus explicare, l. 1. §. finali, de noui operis nunciat. Item, quia huiuſmodi patronatuum iura, ratione feudi competentia, ob rationem acceſſionis, & neceſſariæ dependentiæ à feudo, cenſentur eſſe tranſlata etiam iure feudi, & ad ipſius feudi vniuerſitatem reintegrandæ ſunt, ſicut ceteræ feudi partes, gloſſ. Afflict. & alii, in Conſtitutione Regni, incip. conſuetudinem, & probatur in cap. cum ad ſæculum, & c. cum litteris. & ibi Innocent. Io. And. Butr. & ceteri, de iurepatr. c. cum Bertoldus, & ibi Innoc. Abb. Felin. de re iud. & probat Lambert. in 2. parte primi libri, quæſtion. 5. art. 11. & plur. ſeq. & quæſt. 8. art. 2.

Quamuis Princeps † per clauſulam, 4 cum iuriſdictionibus, videatur transferre omnem iuriſdictionem, atque omne Imperium. c. valde. & c. mandata, 94. diſtinctione, non tranſtuliſſe cenſetur ea quæ in ſignum ſupremi, & ſupremæ poteſtatis habet oſſibus affixa, Abb. in c. mandata numero 2. de præſumptionibus, cap. 1. vbi Archid. Præpoſit. Gemin. & Turrecremata diſtinct. 94. in his iuriſdictionis tranſlationibus Rex maiorem retinet c. dudum, §. nos igitur, de prebend. lib. 6. l. 1. C. de offic. præfect. Vrbis, & ſuprema † poteſtas, tanquam foris oſſibus 5 affixa, data non cenſetur, Lucas de Pena in l. ſacris, C. de proxim. ſacrorum ſcri-

ſcriniorum, libro 10. col. fin. propterea non præcludit aditum miſerabilibus perſonis, & oppreſſis, quamuis iuriſdictionem omnimodam Baronibus conceſſiſſet, toto titulo, C. quando Imperator inter pupillas, & viduas, & habetur in Conſtitutione Regni, incip. Statuimus.

Et in quibus conſiſtat ſuprema iuriſdictio, ſcripſi in tract. de iuriſdictione, parte 1. cap. 35. & an merum Imperium ſit effectus ſupremæ iuriſdictionis: Et quid ſit hoc merum imperium in rei veritate, & in quo conſiſtat, reprobatis diſtinctionibus Bartoli, & ſequacium, ſcripſi etiam in d. parte 2. capit. 36.

SVMMARIA.

1 *Alienatio feudi in omni caſu eſt prohibita, etiam in vltima voluntate.*

2 *Clauſula, cum poteſtate alienandi permittit alienationem feudi.*

3 *Clauſula, omni contradictione remota, quid operetur.*

4 *Alienatio feudi, in quibus caſibus tacite permiſſa dicatur.*

## CLAVSVLA 15.

*Cum poteſtate alienandi.*

1 ALienatio † regulariter feudatario prohibita eſt, cap. 1. de prohibita feudi alienat. per Lothar. & capitulo 1. de prohibita feud. alienat. per Federic. quam Regulam latiſſime exornat Schrader. in tractatu feud. part. 8. cap. primo, per totum. Et quid contineatur ſub verbo, Alienationis, declarat Balſaran. in titul. de alienatione feudi paterni. Item, quod contineatur etiam hęredis inſtitutio, conſil. feudal. diuerſ. 49. numero 5. Balſaran. de vaſſall. qui contra Conſtitut. Lothar. num. 5. Verum ſi in conceſſione feudi

2 huiuſmodi clauſula † appoſita fuerit, cum poteſtate alienandi, Doctores Communiter firmarunt, feudatarium alienare poſſe, & per alienationem non incurrere, capit. 1. & ibi Doct. de feud. non habente propr. natur. feudi. Iacobin. in ſua Inueſtitura, in verbo, Et quibuſcumque hæredibus, Bald. in l. cum eſſent, § 1. ff. de ſeruitut. ruſtic. prędior. Zaſ. in l. finali, numero 4. & ſeq. C. de iure emphyt. & in l. de quibus, numero 55 ff. de legibus. Alex. in conſil. 173. numero 6. volum. 2. Socin. in Regula 115. limitatione 2. Dec. in conſil. 193. numero 3. Pariſ. in conſilio 3. nu. 12. & conſil. 13 num. 22. volum. 1. Caualcan. multa l. hoc allegat in deciſione 36. num. 12 parte 1. Item, ſi fuerit dictum, quòd poſſit alienare, † 3 Omni contradictione remota, cenſetur data facultas alienandi, alterius conſenſu nõ requiſito, quia hęc Clauſula, Omnium contradictione remota, idem ſignificat, ac ſi dictum fuerit, quòd liberè alienare poſſit, capit. 2. in verbo liberè, de arbitr. lib. 6. Baldus in l. 1. quæſt. 45. ff. de rerum diuiſione, multa ad hoc allegat Menoch. in conſilio 1. numero 18. & numero 7. volum. 1.

Idem eſt, ſi permiſſio alienandi † 4 tacitè permiſſa fuerit, vt ſi fuerit dictum: Pro ſe, & ſuis hęredibus, & quibus dederit, d. c. 1. & ibi Doct. de feud. non habente propr. nat. feudi. Curt. in Tractat. de feud. parte 4. numero 141. Item, ſi fuerit dictum, ne extra ſuos agnatos vendat. Nam tunc in agnatos quoſlibet alienare poteſt, Bald. in l. voluntas, num 7. C. de fideicommiſſ. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, numero 94. de Conſtitut. Curt. in d. parte 4. num. 7. Idem ſi fuerit dictum vt vaſſallus non poſſit alienare in certis caſibus, tunc enim in ceteris cenſetur data facultas. Bart. & Iaſ. in l. legata inutiliter in princip. de legatis primo, Bal. in cap. 1. in principio, numero 2. Per

quos fiat inueſtit. & in l.2. circa medium, C.de ſacroſ.Eccleſ.Alexand. in conſil.59.num.9.vol.1.

Sed declara totam iſtam doctrinam, per ea, quæ ſcripſi ſupra in clauſula, Ad habendum, & ab illis non diſcedas, ſi vis eſſe bonus Feudiſta.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dedit, tradidit, quem effectum pariat.*

2 *Clauſula, Dedit, quando importet dominij translationem, & num.5*

3 *Princeps per verbum dare, quid cenſeatur dediſſe.*

4 *Clauſula, vendidit, dedit, tradidit, quid importet.*

6 *Clauſula, Dedit, quando comprehendit redditionem, & quot ſpecies ſub ſe contineat.*

CLAVSVLA 16.

*Dedit, ceſsit, &c.*

1 Clauſula, Dedit, † ceſſit, tradidit, non probat veram traditionem interueniſſe, ſed probat tradendi voluntatem. Angel.in conſil.305. numero 2.verſic.nec obſtat, ſed ſi dicta fuerit in præſentia accipientis, tunc importat dominij translationem, l. vbi autem non apparet, in fine, de verb.obligat.& ibi Doct.in verbo ceſſerunt, quod iuris translationem denotat, gloſſ.in l.finali, ff.de donat.Imola, in c. paſtoralis, numero 2.de donationibus, Roman.in conſilio 509. numero 23.& ſeq. Hondedeus in conſilio 91.numero 24.volum.1.

2 Declaratur, hanc clauſulam, dare, † tunc importare dominij translationem, quando profertur in perſona prima, damus, Iaſon in l.cum filio, numero 2.de legatis tertio.Bart.in l.ſi ita legatum ſit, num.3.eod.tit. & facit l. vbi adſunt, ff.de tutor.& curator.datis ab his.Et tunc Princeps † in conceſſione

3 cenſetur transferre omne id, quod poteſt, & habet, præter reſeruatum tantum. Bald. in conſilio 311. num.3.vol. 3.Ruin.late in conſilio 42. numero 4. & ſeq.volum.1.Cephal. in conſilio 1. numero 16.& ſeq.& vide ad hoc Burſ. in conſilio 4. numero 7. volum.1. qui plura ſcribit.

Si in inſtrumento emptoris apponatur hęc clauſula, vendidit, † 4
dedit, tradidit, verbum, tradidit, nihil operatur, l.ſi ſtipulatus, in verbo, verum, ff.de vſuris, declarat Bart. in l.fin.ff.de condic.ob cauſ. ſed importat ſolam licentiam de ingrediendo poſſeſſionem propria authoritate, vt in l.prędia, ff.de acquir.poſſeſſione.Diuus in l.2.C.de acquiren.poſſeſſ. Spec.in tit.de empt.& vendit.§.ſciendum, clauſula, dedit † in inſtumento 5
venditionis non importat rem emptoris fieri, l.ex empto, in prin. & §.1.ff.de act.empt.& hęc clauſula non facit deſinere eſſe contractum emptionis, & venditionis, quia improprie accipitur ſecundum naturam contractus, dicta l.ſi ſtipulatus, Bart.in d.l.fin.ff.de condit.ob cauſ. & in l.1. C.de rerum permutatione.Item, ſi clauſula, dedit, tradidit, apponeretur ſine verbo, vendidit, tunc cenſeretur eſſe contractus innominatus, d.l. fin.ff. de condict.ob cauſ.item, clauſula, dedit, eſt ſuperflua, quia idem operatur, quod clauſula, tradidit, d.l.ſi ſtipulatus, videlicet, ſi eſt dominus, & per d.clauſulam, non intelligitur quod ſit venditio, licet cumuletur, vide Bald.in d.l.fin.

Aliquando clauſula, dedit, † comprehendit redditionem, videlicet, ſi is 6
qui dat, rem ipſam acceptam det, ſunt enim duę ſpecies, quę continentur ſub clauſula, dare, l.1.§.eleganter, ff.depoſiti, in verſic. aliud eſt dare, aliud reddere, l.cum pater §.fidei tuæ, de legatis 2. Item reddere eſt compoſitum, ideo neceſſario eſt ſpecies verbi,

dare,

dare, quod eſt ſimplex. Item, aliud eſt dare rem acceptam, & tunc eſt reddere, aliud eſt dare rem nunquam acceptam, & tunc eſt altera ſpecies, ergo vera eſt propoſitio, reddere, eſt verbum dare l. verbum reddendi, ff. de verb. ſignificat. & non eſt verbum dare, ſed reddere, cum poſſit dari res nunquam accepta, ſed quando verbum, dare, verificatur in verbo, reddere, tunc genus reſtringitur ad vnicam ſpeciem, vt probatur in l. ait prætor, iuncto ver. ędificate, ff. de mortuo inferendo, vbi verbum, ędificare comprehendit reędificare, & reficere, & ibi vide gloſſam.

SVMMARIA.

1 *Demanialia bona quæ ſint, & quæ in regno Siciliæ.*

2 *Clauſula, quæ de demanio in demanium, & ſeruitio in ſeruitium, quomodo intelligatur.*

3 *Baro an poſſit concedere excadentias feudi ſibi deuolutas.*

## CLAVSVLA 17.

*De Demanio in Demanium.*

1 DEmanialia † bona illa ſunt, quæ ad victum deputata ſunt, ſicut ſunt bona titulata, & demenſa, & panes ciuiles, l. omnes C. de fund. patrimonial. lib. 10 & c. 1. Epiſcopum vel abbatem, Andr. plene in l. Imperialem, § pręterea ducatus, de prohibita feudi alienat. per Federic. & in §. ex eadem, de lege Corredi. Et quæ ſint demania in Regno Siciliæ, ſcribit Andr. in d. §. præterea ducatus, num. 48. & ſeq. Pernus in conſ. 5. Soc. in conſ 4. n. 15. prope finem, & ſeq. vol. 5. & vide ad hoc Balſaran. in d. §. præterea ducatus, numero 27.

Rex, ſiue Dominus, qui poteſt feudum erigere, & conſtituere, ſi in illius erectione deſtinat aliquas terras, vineas, & territoria, quæ deſeruiant caſtro, & feudatario, ponendo ſeruitium in totalitate feudi, & ſic in capite, à quo denominantur acceſſoria, in conceſſione eiuſdem feudi apponit huiuſmodi clauſulam, quæ de Demanio 2 in Demanium, & de ſeruitio in ſeruitium, id eſt, vt de illorum fructibus feudatarius viuat nobiliter, & poſſit præſtare ſeruitium Regi, Franc. de Amic. in titulo, de his qui feudum dare poſſunt, §. dixitaus etiam, fol. 14. item, de ſeruitio in ſeruitium, id eſt, ſi in feudo conceſſo à Rege ſint alij feudatarij, qui habeant feuda ruſtica, ſiue vt appellant plana, & de tabula, vt illi feudatario ſeruiant, & feudatarius Regi. And. in c. 1. num. 10. de controuerſ. feudi apud pares terminanda, vide Capic. in ſua inueſtitura, in titulo feudorum clauſulæ, verſic. quæ videlicet in demanio in demanium.

Et an per iſtam clauſulam † feu- 3 datarius teneatur concedere excadentiã ſibi deuolutã, per notata à Bartolo, in l. 1. § permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiua, ſcribit pro affirmatiua Pariſ. de Put. in tract. de reintegratione feudorum, c. 6. incipit: iuxta premiſſa quæro: Contrarium, & pro parte negatiua ſcribit Franc. de Amicis, in d. tit. de his qui feuda dare poſſ. §. domini, fol. 44. hoc enim ſapit mutationem naturæ, & euiſcerationem feudi, tollendo à corpore feudi, & appropriando feudatario, non tanquam feudatario, ſed cuilibet.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, de nouo concedimus, non facit feudum nouum.*

2 *Et intelligitur prout in antiquis inueſtituris.*

3 *Clauſula iuribus alienis ſaluis, conſeruat iura agnatorum.*

## CLAVSVLA 18.

*De nouo concedimus.*

FEudum antiquum vigore huius clauſulę, † de nouo concedimus,
1 non aliter fit nouum, ſed remanet antiquum, Baldus in l. 1. num. 12 ff. de rerum diuiſione, Io. Thomas de Marinis, in tractatu de generibus, & qualitate feud. c. de feud. ex pacto, & prouid. antiquo, num. 70. Petrus Gregor. in Tractatu de conceſſ. feudi, partic. 5. quæſtione 2 ℣. ſecundo infero. Et huiuſmodi clauſula intelligenda eſt. De
2 nouo concedimus, † Prout in antiquis inueſtituris. Gabriel. in titulo de feudis. concluſ. 1. num. 7. & vide diffuſè per Intrigliol. de feud. Centur. 1. q. 23. numero 40. & ſequentibus. Præſertim, quia in inueſtituris ſemper apponitur clauſula, Iuribus Curiæ, & a-
3 lienis † ſemper ſaluis, vt inferius ſuper ea dicemus, propter quam non videtur præiudicium fieri agnatis, & illis, qui ſecundum formam primæ inueſtiturę poterant ſuccedere: Nam ita ius illorum conſeruatum eſt, l. ſi debitor, §. ſi in venditione, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluatur. Et hanc partem probat Iacobus Ardizonus in Summa de feudis, in ſecunda parte ſecundæ partis principalis, quæſtione prima, circa finem, verſic. Et erit ſciendum.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Deficientibus maſculis intelligitur de deſcendentibus.*

2 *Et tacitè comprehendit, ſi ſine filijs vel liberis.*

3 *Et omnes ſunt prius vocati, & an poſtea veniant feminæ.*

4 *Denotat conceſſionem pro hæredibus ſanguinis.*

## CLAVSVLA 19.

*Deficientibus maſculis.*

IN feudis huiuſmodi clauſula, Deficientibus † omnibus maſculis, in- 1
telligitur, deficientibus omnibus deſcendentibus maſculis, Dec. in conſilio 239. numero 5. & conſilio 294. poſt princip. & conſilio 295. colum. 3. Rubeus Alexandrinus in conſilio 85. numero 6. & conſilio 110. numero 4. Gozadin. in conſilio 26. numero 30. Socin. iun. in conſil. 72. numero 23. volumine primo, Curt. iun. in conſilio 171. numero 6. quos ad hoc congerit Dec. in conſ. 44. numero 60. volum. 3. Ideo Menoch. in conſilio 1040. numero 10. probat, quod in iſta clauſula ſubintelligatur alia clauſula, † Si ſine filiis, vel 2
liberis, & ita etiam probatur, quòd debeat intelligi de omnibus deſcendentibus, quoniam huiuſmodi conditio ſubintelligitur à lege, l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat. l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſ. Menoch. libro 4. præſumption. 87. n. 71.

Per hanc clauſulam, Maſculi omnes † ſunt prius vocati: l. non ita, §. in 3
fideicommiſſo, de legatis 2. Ancharan. in conſil. 359. & inter conſilia feudalia diuerſorum conſilio 1. volum. 2 Socin. iun. in conſ. 69. numero 6 & ſeq. vol. 3. Cephal. in conſilio 251. numero 23. volum. 2. & in conſ. ſeq. & an poſtea veniant feminæ, & deſcendentes ex ea, vide diffuſiſſimè ſcripta per Alexand. Rauitenſ. in deciſ. 48. quam vocat Piſanam, & agit de ſucceſſione Regni Portugalliæ.

Hæc clauſula denotat † conceſſio- 4
nem eſſe factam pro filiis, & ita pro hæredibus ſanguinis, iuxtà doctrinam Bald. in l. Gaius, ff. ſoluto matrimon. & in l. Gallus, §. etiam ff. de lib. & poſthum. & ibi Iaſ. numero 22 Clar. in §. feudum, quæſt. 9. verſic. item quæro, quid ſi acceptum fuerit.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, De primogenito in primogenitum, facit maioratum perpetuum.*

*2 Primo-*

*Primogeniti ſuccedunt iuxta ordinem delatæ ſucceſsionis.*

3 *Primogenitus intelligitur vltimi morientis.*

4 *Clauſula, De primogenito in primogenitum, poſita inter tranſuerſales, quam ſucceſsionem faciat.*

## CLAVSVLA 20.

*De primogenito in primogenitum.*

1 HÆc clauſula † facit maioratum perpetuum inter omnes qui ſunt de familia conſtituentis maioratum. Idem ſi dictum eſſet de maſculo in maſculum, Socin.in conſil.43. num.9. & ſeq. volum.3.& conſil.51. num. 44. vol.quarto, Dec in conſil. 38. num.4. & 6 Pariſ.in conſil.72.num.90.& plur. ſeqq.vol.4.& in conſil.93. num.13. & pluribus ſequentibus,vol.2.qui plurima ad hoc adducit,& in conſil. 8.nu. 7. & 12. vol.3. & hanc eſſe Communé opinionem probat Iacob. Philipp. Portius in lib.1.Communium opinionum, concluſ.27. ad finem, & vide Molin.de primogenijs, libro primo, capitulo quinto,num.39.

Declarātur hęc doctrina, vt ſemper intelligatur ſucceſſio iuxta ordinem ordinem
2 ordinem delatę † ſucceſſionis ab inteſtato,Gabriel. in conſilio 107. num. 1. volumine primo, qui multos refert, præſertim ſi huiuſmodi clauſula concepta eſſet per verba futuri temporis, videlicet, de primogenito in primogenitum naſciturum, Rota deciſ.72. num.2.verſiculo, quartus caſus, parte prima,in Nouiſſimis, & deciſ.22. parte ſecunda, in Nouiſsimis. Cora in conſ.230.col.penult. volumine tertio, vbi dicit, quòd attenditur quis pertineat ad vltimum decedentem, quia mens diſponentis videtur, vt portio patris perueniat ad filios, licet alter ſit proximior diſponenti. Rum. in conſil.35.num.10.volum.1.Item, quia hæc clauſula, De primogenito in primogenitum, concepta eſt per verba collectiua,ideo ſemper ſucceditur per gradus, vocando † filios vltimi morientis,Rubeus Alexandrinus, conſil. 3
38.numer. 4. Crott.inter conſilia Rubei 39. Rol. in conſilio vltimo volum.1.

Item declaratur: † Nam quando 4
huiuſmodi clauſula eſt appoſita inter tranſuerſales,cenſetur facta diſpoſitio ad inſtar ſucceſſionis feudalis, Socin. in conſilio 47.numer.7.volum.3. Gabriel.in d.conſil.107.num.7. volum.1. quia frater fratrem, aut nepotem, vel pronepotem non generat. Andreas in conſtitutione Regni, Vt de ſucceſſionibus. Io. le cirier in Tractatu de primogen.lib.2. queſt. Pariſ.in d.conſilio 72.numero 109.volum. 4. ſed in ſucceſſione feudalium ſemper primogenitus vltimò morientis grauati excludit alterum primogenitum, c.1.de natur.ſucceſſ. feudi, & ibi notat Andræa illum primogenitum ſuccedere, qui eſt proximior vltimò morienti, c. 1 §.finali,de ſucceſſ. fratr. & cap.1. de ſucceſſ.feud.& probat Molin. de primogeniis lib.3. c. 9. numero 19. Rota d.deciſ. 72. parte 1. in Nouiſſimis.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula,De ſuo corpore legitimè deſcendentibus intelligitur de deſcendentibus primi acquiſitoris non vltimò morientis.*

2 *Etiamſi ſit conſueta apponi,non præſumitur niſi de ea conſtet.*

3 *Vtrum faciat feudum hæreditarium, vel ex pacto.*

## CLAVSVLA 21.

*De ſuo corpore legitimè deſcendentibus.*

1 HÆc clauſula † intelligitur de deſcendentibus primi acquiſitoris feudi, non autem de corpore feudatarij vltimò morientis. Andreas in conſtitutione Regni, Vt de ſucceſſionibus, verſ prædicta verò forma, qui etiam limitat, non procedere, quando additum eſſet: De ſuo, & eorum corpore legitimè deſcendentibus: nam propter verbum (eorum) denet intelligi de corpore deſcentibus vltimò morientis. Item, probat, quod hoc verbum (Suo) non eſt repetitum in perſonis deſcendentium. Hanc doctrinam poſtea ſequuti ſunt Petrus Gregorius in Tractatu de conceſſ. feudi parte 6. quæſt. 10. n. 9. & plurib. ſeqq. Intrigliol. de feud. quæſt. 43. n. 45.

2 Hæc forma licet ſit conſueta † fieri, tamen non præſumitur, niſi conſtet quòd ita feudum datum fuerit, Andreas in d. conſtitutione, Vt de ſucceſſionib. in verbo, Fratres, col. 4. verſ. prædicta verò forma priuilegiorum, Afflict. in cap. 1. in vltimo notab. verſic. quid autem ſi inueſtitura, De ſucceſſione feudi, & in c. 1. §. preterea, col. 4. Quid ſi inueſtitura, Lucas de Penna, in l. 1. col. 8. verſic. quod autem dicitur. De imponenda lucral. deſcriptione, lib. 12.

3 Vtrum iſta clauſula † faciat feudum hæreditarium, vel ex pacto, Andreas in c. 1. §. præterea ducatus, col. 4. verſ. ſed ſi dicatur, de prohibita feudi alienat. per Federicum, tener, quod faciat ex pacto Dec. in conſ. 185. col. 3. verſic. vlterius.

Sed Afflict. dicit in deciſ. 140 & deciſ. 195. quod ſemper in Conſilio fuit iudicatum, feuda huiuſmodi clauſulam in Regno eſſe hæreditaria. Vide Petr. Gregor. in d. Tractatu de conceſſ. feudi, parte ſexta, quæſtione vndecima, per totam, vbi diſputat iſtam quæſtionem.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Donec adimpleatur, quando importet conditionem, & quando modum.*

2 *Et quando impediat apprehenſionem actualis poſſeſſionis.*

## CLAVSVLA 22.

*Donec adimpleatur.*

DE hac clauſula † ſcribit Molina, in lib. 2. de primogenitis cap. 12. vbi probat, quod omnes leges, & conditiones in inſtit. maioratus appoſitæ importãt modum Idem in vocationibus, & ſubſtitutionibus. Niſi fundator diſpoſuerit, quod ſubſtituti, & acquiſitores iurent, ſe omnia in inſtitutione contenta adimplere, quo caſu, licet dominium, & poſſeſſio ciuiliſſima in vocatum pertranſeat ex miniſterio legis, tamen apprehenſio † actualis poſſeſſionis ſuſpendenda erit, donec ſucceſſor iurauerit, impleuerit, l. mulier, §. 1. & ibi Doct. ff. de conditionibus inſtitutionum. l. 3. §. ſi quis ita, ff. de hęred. inſtit. Pariſ. in conſ. 19. numer. 258. volum. 2 — margin: 1 (line 1), 2 (at "gis, tamen apprehenſio")

SVMMARIA.

1 *Clauſula, donec reuocauero, requirit factum reuocationis, ideo non extinguitur per mortem.*

2 *Clauſula, donec voluere, extinguitur per mortem.*

## CLAVSVLA 23.

*Donec reuocauero.*

COnceſſio caſtri, & iuriſdictionis cum huiuſmodi clauſula expreſſam reuocationem requirit, ita vt ſi cõcedens mortuus fuerit nulla reuocatione facta, ipſa conceſſio durat, quia reuocatio eſt quid facti, quod explicandum

dum erat. Geminian. in c.ſi gratioſè. num.8.de reſcrip. lib. 6. & ibi Franc. col. pen. dicunt, quod ſi Papa alicui concedit Commendam cum hac clauſula, Quouſque ſuper hoc aliud duxerimus ordinandum, ſi interim Papa moriatur, nulla ordinatione facta, illa conceſſio reuocata non dicitur, ſed durat. Item, ſi iudex ponit aliquem ad confinia, cum clauſula donec reuocauero, ſi moritur iudex, nulla expreſſa reuocatione facta confinatus, à confinibus redire non poteſt, quoniam expreſsio reuocationis neceſſaria erat. Aliud eſt, ſi dictum fuerit, donec voluero, quoniam per mortem extinguitur voluntas, l.4 ff. locati, de hoc ſcribit Menoch. de arbitrariis quæſt.69.num. 2. & 3. & num. 12. & pluribus ſeqq.

SVMMARIA.

1 *Feuda titulata non veniunt appellatione feudorum.*

2 *Quot priuilegia habeant.*

3 *Clauſula, exceptis feudis titulatis, quid operetur.*

4 *Dignitates titulares non poſſunt obligari ſine conſenſu Regis.*

## CLAVSVLA 24.

### *Exceptis feudis titulatis.*

1 Feuda habentia † titulos ſunt talis naturæ, & excellentiæ vt non veniant appellatione feudorum, Afflict. in deciſione 265.num.4 & ibi addentes, Freccia in 3 lib.de Subfeud. in differentijs regalium, num.6.& ſequenti, & ibi ſcribit de eorum priuilegijs,
2 Bald. in Auth. qui iurat, num 20 C.de bonis author. iudicis poſsidendis, & ſunt introducta ad fauorem publicam pro defenſione Regni, aut alterius ſupremi dominij, vt probat Camerar. in l.Imperialem, fol.107.

Et ideo in facultatibus datis Proregibus Neapolitanis, præſertim in conſenſibus præſtandis ſuper alienationib. feudorum, appoſita eſt huiuſmodi clauſula, † exceptis feudis titulatis: ſuper quorum alienatione Rex 3
noluit facultatem impartiri, quamuis ſæpiſsimè & à ciuitate Neapolis, & à toto Regno illi ſupplicatum fuiſſet pro communis commercij vtilitate, quoniam digniora ipſe Princeps audire debet, & cùm titulares † dignita- 4
tes à Rege concedantur, tanquam regalia, abſque ſuo ipſiuſmet conſenſu obligari non poſſunt, Dec. in conſil. 269.num.2. Freccia. in 2. lib.de Subfeudis, in titulo, quia dicatur Marchio num. octauo.

Et cùm de anno 1560 quo tempore factum eſt ſolitum Donatiuum, (quod appellant) Regi, iterum Regnum ſuper hoc ſupplicaret, reſcriptum eſt, Sua Catholica Maieſtas dat poteſtatem Proregib. impartiendi aſſenſus, atque concedendi véditiones, obligationes, permutationes, hypothecas, & alias alienationes faciendas ſuper quibuſuis ciuitatibus, terris, locis, caſtris, alijſque bonis feudalibus, tam titulatis, quam magni momenti: ea tamen venditione excepta, contingat terram, ciuitatem, &c. vendi, quę tituli dignitate decorata ſunt, tunc enim mandat ad ſuam Maieſtatem recurri, à qua Regius ſuper eis impetretur aſſenſus. Sed certè huiuſmodi reſcriptum contrarietatem continet, vt lippis, & tonſoribus notum eſt. Propterea exequendum non erat, ſed reſcribendum, cap. ſiquando, de reſcriptis: ſolent enim Principes ad importunas preces ſupplicantium, conceſsiones præter, vel contra voluntatem factas, clauſulis contrarijs inuoluere, vt nihil conceſſum videatur. Et Regem noluiſſe concedere, exitus ipſe demonſtrauit, quoniam audita in-

terpretatione deſuper facta Neapoli, quòd vigore directi reſcripti, illa clauſula exceptis feudis, reſtringenda eſſet ſolùm quoad titulum. Iterum Rex mandat, vt deinceps aſſenſus prędicti non præſtentur: Sed vtrum aſſenſus medio tempore præſtiti validi fuerint, D.Io.Franc.de Ponte in conſilio primo reſpondit pro affirmatiua. Sed non reſpondit Decreto irritanti in præcedentibus Pragmaticis appoſito, de quo ſcripſi ſupra in parte 1.clauſula Decreti, & clauſula, Sublata.

SVMMARIA.

1 *Legitimandi facultas data, non comprehendit filios illuſtrium virorum.*
2 *Soboles illegitima illuſtrium perſonarum eſt magis exoſa legibus.*
3 *Clauſula, Exceptis filijs Comitum, non comprehendit Comites ſine Comitatu.*

## CLAVSVLA 25.

*Exceptis filijs Comitum.*

IN generali conceſſione legitimandi
data à Principe Comitibus Palatinis,
non cenſetur conceſſa facultas le-
1 gitimandi † filios illuſtrium virorum,
nempe Ducum, Comitum, Marchionum,
niſi expreſſè dictum fuiſſet Paul.
de Caſtro, in l.ex facto, §.ſi quis rogatus,
num.7 ff.ad Trebell. & in conſil.
107.num.1.& in conſilio 125. num.4.
vol.2.Riminald.ſen.in conſ.42. num.
8.vol.1.Cur.Iun.in conſilio 196. num.
34.& in conſil.335 num.1.quoniam ſoboles
† talium perſonarum magis à
lege abhorretur, quam alię, ſecundum
Bartol.in d.§.ſi quis rogatus, Ancharan.in
conſ.388 num. 7.Ideo maiores
pœnæ imponuntur, l.ſi qua Illuſtris,
C.ad Officianum.
2 Ideo fuit quæſitum, † Si apponatur huiuſmodi clauſula, in poteſtate legitimandi, (Exceptis filiis Comitum, &c.) vtrum Comes Palatinus qui eſt Comes ſine Comitatu, poſſit legitimare filios alterius Comitis eiuſdem qualitatis, ſine Comitatu, & concluſum fuit pro parte Affirmatiua, Petr. de Benintend. in deciſione 59. quoniam huiuſmodi Comites abuſiui ſunt, vt notat Bald.in cap.1. per illum textum, Quis dicatur Dux, cum alijs ad hoc allegatis per Petrum Beninten.in d.deciſ. 53. Hæc dignitas hodie eſt adeo vulgaris, vt paucis nūmis quilibet illam poſſit ſibi comparere.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Pro ſe, & deſcendentibus, facit feudum hæreditarium.*
2 *Clauſula, Ex corpore, non immutat feudum hæreditarium.*
3 *Vt hæres non teneatur habere ratum factum defuncti.*

## CLAVSVLA 26.

*Ex corpore*

CVm feudum conceditur pro ſe, † 1
& deſcendentibus, ſi addatur
clauſula, Ex corpore, † nihil immuta- 2
tur, quin hæreditarium ſit, vti probat
Pinell.in l. 1. C. De bonis maternis,
parte tertia, num. 90. Et Burſat.in conſil.89.
num. 39 volumine primo, affirmat
bis ita fuiſſe iudicatum, refellendo
omnes qui contrariam ſectantur
ſententiam, pręſertim ad effe-
ctum vt † hæres non teneatur habere 3
ratum factum defuncti, etiam ſi inuentarium
legitimè confecerit, vt ibi per
Burſat.nu.38.quoniam lex rebus, non
verbis imponi debet, l.2.C.communia
de legatis, & ideo clauſula, Ex corpore,
nihil immutat.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Ex nunc, prout ex tunc, & è contra, reſoluit actum.*
2 *Dominium retrotransfertur ipſo iure per pactum, & numero quarto.*
3 *Dominium irreuocabile non eſt, ſi poteſt annullari per conditionem reſolutiuam.*

CLAVSVLA 27.

*Ex nunc, provt ex tunc, & è contra.*

SCripſi de hac Clauſula ſupra in parte 1 Clauſula 53. nunc addo in feudalibus: nam ſi eius effectus apponatur poſt lineam extinctam vel in defectum pactorum non ſeruatorum, aut fidelitatis fideliter non obſeruatę, omnino facit retrotransferri dominium, & poſſeſſionem, nam vigore huius clauſulæ, Ex nunc, prout ex tunc, & è contra, vnum tempus ineſt
1 alteri, & † actum totum reſoluit, redeundo ad prima principia, ſecundum Angel. Alexand. & ceteros, in l. huiuſmodi, ff. de verborum obligationibus. quam reſolutionem ipſo iure voluerunt Doctores fieri, tam in dominij
2 † retrotranslatione, quam poſſeſſionis, Alexand. in conſ. 83. volumine ſecundo. Neguſantius in Tractatu de pignoribus, in ſecundo membro ſecundæ partis, numero quarto. Tiraquell. de retractu conuent. § 3. nu. 85. Loffted. in conſil 9. Guido pap. in deciſione 268 & 588.

Et licet Bartol. in l. filiis qui pro emptore, n. 47. ff. de vſucapion. dicat non fieri retrotranslationem quo ad dominium, Iaſ. ibidem numero 312. Pariſ. in conſil. 11. num. 31. volumine primo Bartol. loquitur, quando dominium eſſet tranſlatum irreuocabiliter, ſed quando poſſet † annullari per conditionem reſolutiuam, tunc non dicitur 3
translatum irreuocabiliter, ſed ſuſpenſiue, ita quod ex defectu modi non adimpleri, illud dominium retrotransferatur ad ſua principia attractiua, Bald. in l. 3. C. de pactis inter emptor. & venditor. & l. ea lege, numero decimotertio, C. de condictionib. ob cauſam, Gabr. in conſilio quadrageſimo octauo, numero ſecundo, volumine primo, & in conſilio ſexageſimo ſexto eodem volumine primo probat hanc eſſe æquiorem, & communiorem ſententiam. Non enim eſt vera illa opinio, quod ſolum in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, lex operetur translationem ipſo iure. Nam idem † eſt in omnibus pactis 4
factis per verba directa, ſiue importantia reſolutionem ex voluntate partium, Cin. in l. 1. in fine primæ queſtionis, C. de rebus alienis non alienandis. Dec. in conſilio 187. columna prima, late Couar. libro tertio variarum reſolution. cap. 8.

SVMMARIA.

1 *Feudum ſemper intelligitur conceſſum ſecundum propriam naturam.*
2 *Clauſula, Natura feudi in aliquo non mutata, in quibus operetur.*
3 *Feudi natura mutatur, ſi Baronia ſcindatur.*
4 *Conſenſus ſuper alienatione feudi non operatur etiam ſtante clauſula, ſi nõ eſt expreſſa prima inueſtitura.*
5 *Feudum etiam venditum cum conſenſu, deuoluitur ad dominum ſi non eſt expreſſa prima inueſtitura.*
6 *Clauſula feudi natura, &c. operatur, vt ſtatus originalis feudi non alteretur per pactum accidentale.*
7 *Item operatur, vt conſenſus præſtitus ſuper alienatione, non præiudicet tertio.*

## CLAVSVLA 28.

### *Feudi natura in aliquo non mutata.*

1 NVmquam præſumitur † mutata natura feudi, & ideo ſemper intelligitur conceſſum ſecundum propriam ipſius naturam, ita vt qui allegationem alleget, probare debeat. Afflict. in cap. 1. §. præterea, in 5. notabili, & parum infra dicit, hanc eſſe iuris præſumptionem, cuius contrarium non repellitur per ſemiplenam probationem, ſed plena probatione opus eſt, Lucas de Penna, in l. 1. C. de imponen. lucral. deſcrip. lib. 10. col. 8. verſ. qui autem dicit.

Aliquando autem quædam extra contractus naturam conceduntur, ſed clauſula apponitur: natura feudi in aliquo non mutata, & tunc clauſu-
2 la † operatur in omnibus aliis, præterquam in expreſſis. Andr. in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, num. 35. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. Frecc. in lib. 2. de Subfeud. q. 12. nu. 13. qui alios refert. Si concedatur aſſenſus ſuper alienatione feudi cum hac clauſula, Dummodo natura feudi in aliquo non mutetur, & non ſit alia qualitas expreſſa, ſed ex alienatione, feudi na-
3 tura mutetur, vt quia Baronia † ſcindatur, vt quia de vno feudo fiunt duo, tunc derogatur naturæ, & formæ conceſſionis rei, ſi duo ſeparata conſtituũtur, Frec. in 2. lib. de Subfeudis, in 6. q. Item inducitur multiplicatio tribunalium, & iudiciorum contra naturam ipſius feudi, vt poſt alios probat Franciſc. de ponte, in conſilio 57. numero vigeſimo quinto: ideo alienatio huiuſmodi non valet: Si feudatarius teneat feudum pro ſe & hæredibus ex corpore, & hanc inueſtituram non explicat, ſed donat Titio pro ſe, & ſucceſſoribus, & Rex conſentit donationi cum clauſula, Feudi natura in aliquo non mutata. Hæc clauſula † non 4
poteſt reſtringi ad expreſſa, quoniam nihil expreſſum erat. Ideo intelligitur conſentire quatenus natura feudi in nihilo mutetur, in nihilo alteretur, vt probat Io. Franc. de Ponte, in conſ. 3. num. 83. & ſeq. Vt igitur clauſula effectum ſuum habere potuiſſet, operę pretium erat exprimere primam inueſtituram, nam tunc ad euitandam implicationem, & correctionem, conceſſio, & clauſula intelligenda eſſet præterquam in expreſſis. Si is, qui cum hac clauſula inueſtitus eſt, feudum † con- 5
ſentiente domino in alterum aliquo titulo tranſtulerit, & contingat venditorem vel abſque liberis decedere, vel felloniam perpetrare, propter quod feudum ad dominium feudi reuerti opus eſſet, ſi ipſe venditor in poſſeſſione exiſteret, etiamſi ab alio poſſideatur, adhuc etiam reuerti debet propter caſum ſuperuenientem in perſona auctoris ſui, Affl. in c. 1. n. 25. & 30. Qui ſucceſſores feudũ dare teneantur.

Hæc igitur clauſula operatur, vt 6
ſtatus originalis rei per pactum accidentalis non alteretur. Capic. in ſua inueſtitura feudali, cap. feudorum clauſulæ, in fi. verſ. Natura feudi, Balſaran. in tit. de feudo non habente propriam naturam feudi, num. 12. verſ. per clauſulam.

Item hęc clauſula operatur, † vt cõ- 7
ſenſus ſuper alienatione feudi præſtitus non dicatur, ſi iuri tertij præiudicetur. Et ideo ſi pater alienaret feudum antiquum cum Regio aſſenſu, talis aſſenſus non præiudicaret filio primogenito poſt mortem patris, ſi confecerit inuentarium, Andr. in cap. qui ſucceſſores teneantur in primo, & in c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feudi, & in cap. 1. de alienatione feudi paterni, & in cap. 1. an agnatus, Afflict. in cõſtitutio-

ſtitatione Regni, Vt de ſucceſſionibus, numer. 62.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ad propriam naturam feudi, excludit feminas.*
2 *Femina, an, & quando ſuccedant in feudo emptitio.*

CLAVSVLA 29.

*In feudum, & ad propriam naturam feudi.*

1 COnceſſio cum huiuſmodi clauſula excludit feminas, † ita conſuluit Collegium Ticinenſe, in conſil. 100. numero 12. & 13. inter conſilia Pauli de monte Pico, in quo fuit concluſum hanc ſententiam eſſe veram, etiam ſi feudum pecunia emptum eſſet, in quo feminæ ſuccedere conſueuerunt, quoniam ampliatio pro feminis debet ſtricte intelligi, vti ibi, numero 717. & vide Cacher. in deciſ. 23. & 127. numero 14. & 7.

SVMMARIA.

1 *Nobilitatem quæ feuda conferunt.*
2 *Feudum nobilitat, ſi concedatur à ſupremo Principe cum clauſula, in feudum nobile.*
3 *Ruſticus emens feudum non nobilitatur.*
4 *Clauſula in feudum nobile non operatur, ſi concedatur ab inferioribus.*
5 *Feudum aliqualiter nobile, & ignobile, quid ſit.*
6 *Dignitas erecta ſuper feudo antea conceſſo, non præiudicat vocatis.*

CLAVSVLA 30.

*In feudum nobile.*

1 FEudum dat nobilitatem † feudatario, Andr. in prima Rubrica feud. num. 9. in fin. verſ. in Regno Siciliæ, vbi quod feuda ſunt nobilia, & dant nobilitatem, ſiue paradogium ſecundum Longobardos, And. in cap. 1. §. ceteri, colum. 2. in princip. Quis dicatur Dux, vbi quod feudum nobile dicitur, quòd habet vaſſallos. Item, nobile dicitur, cui eſt annexa iuriſdictio, quæ nobiles facit poſſeſſores. Natta in cõſilio 162. numero 9. & in conſ. 562. Lucas de penna in capit. mulieres, col. 2. in fin. verſic. quarto ex Comitatu. C. de dignitat. lib. 10. & ibi in verſic. quin etiã, dicit, quod vaſſalli ſint in numero copioſo, quod nota contra ementes feuda parui momenti, & ibi late per Luc. de penna in materia nobilitatis. Item feudum dicitur nobile, ſi habeat annexam dignitatem, vt eſt Comitatus. Alexand. in conſilio 30. volum. 1. item, feuda Regalia, & feuda dignitatum, vt Ducatus, Marchionatus, ſi conceſſio fiat ab Imperatore, vel à Papa, aut alio ſupremo Principe. Clar. in §. feudum, quæſt. 10. & quod feudum Ducatus nobilitet, Bald. in conſilio 353. vol. 1. Angel. in conſil. 287. numero 8. verſic. prædicta autem. Et quæ ſint feuda, quæ ſonent in nomen dignitatis, Bald. in conſil. 291. numero 6. verſ. item ſicut, col. 2. item, etiam viliſſima caſtra conceduntur in dignitatem, ſed dicitur nobile propter qualitatem ſeruitij, ad quod obligatur feudatarius, vt quia ſoluere deberet vnum accipitrem, aut vnum per caponum, vel quid ſimile, Paul. de Caſtro in conſil. 462. numero 5. volum. 1.

Vt autem feudum nobilitet, † etiam ſi concedatur cum huiuſmodi clauſula, ſemper perſona concedentis inſpicienda eſt. Feudum ligium dicitur nobile, quod conceditur à Papa. Bald. in d. conſilio 353. numero 2. verſic. alia via, volum. 1. & in feudo conceſſo per Imperatorem, Alexand. in d. conſilio 30. num. 19. volu. 1. item 2

in feudo conceſſo per Regem, Bald. in conſil.207.numero 4.verſic. & ex iis,volum.2.Feudum donatum à Rege,dicitur conferre nobilitatem,And. in capit.1.§. perſona, numero 13. per quos fiat inueſtit.& in capitulo primo §.ſimiliter.in 2.colum.1. in fine,verſic. feudum ergo, de Capit. qui cur. vendid. & in c.1.§.ille tamen, & cap filij, numero 2.& §.in generali, in fine, Si de feudo fuer. controuerſ. & in capit. 1.§.ſi vero contingit, num.50.de pace iuram.firmanda, & in capitulo primo §.hoc intelligendum, numero tertio, qui ſucceſſ.teneantur.

3 Propterea † Ruſticus emens feudum,non nobilitatur, Lucas de penna, in l.4.in fine, C.de incolis. Io.Andreas in additionibus ad Speculat. in Rubrica, de præſcriptionibus. Niſi Rex ex certa ſcientia appoſuerit huiuſmodi clauſulam, quoniam ipſe eſt fons & origo omnis nobilitatis, l.1.C. de metropoli Beryto,libro vndecimo. Ideo,ſi concedatur Subfeudum à Duce, vel Marchione feudatariis, hęc
4 clauſula † nihil operatur, quoniam nobilitatem conferre non poſſunt & aliis,quam ruſticis conceſſum,feudum diceretur minus nobile,Alexand.in d. conſil.30.num.19.℣. feudum aliquale
5 nobile,volum.1.item,aliqualiter † nobile,quod conceditur à Valuaſoribus, qui hodie in Regno ſunt continui, & aliquando vocantur Hoſtiarij. Item, feudum ignobile, quod conceditur à minimis Valuaſoribus,vide Andr.in §. huius autem generis, ℣.vtrum per infeudationem, in fine,ex quibus cauſis feud.amitt.& in cap.1. colum.2. num. 4.Qualiter vaſſall.iurare debeat fidelitatem.

Multum refert, vtrum feudum con-
6 cedatur † ab initio,tamquam feudum Comitatus,& Ducatus, & hoc modo eſt indiuiſibile ſecundum propriam naturam feudi dignitatis,Bald.in conſilio 275. numero 6 ℣. ad euidentiam, vol.2.Angel.in conſil.287. numero 8. ℣.prędicta tamen. Vel conceſſo feudo primum ſine dignitate, quod tranſit ad plures,Princeps illud feudum conceſſum erigat in dignitatem Comitatus,vel Ducatus, quoniam licet ſit cōceſsio feudi in Comitatum, vel Ducatum, non tamen præiudicium infert aliis,qui vigore primæ inueſtiturę ſuccedere poterant. Vide Socin.in conſilio 166.& ſeq. numero 6. & ſeq.volumin.2. Addo, quod quando feudum dignitatis non dignitatis,vt §.pręterea Ducatus,de prohibita feudi alienatione per Federicum, quia cadit ſemper ad primogenitum, tunc fructus, & res,quæ percipiuntur ex ipſo, diuidūtur, prout latiſſime defendit Curt. in tractatu de feudis, parte 4 quæſt 3.℣. 10.pro limitatione,Socin.in conſil.67. in 2.dubio,volu 1.Io. le Cirier, in tractatu de primogenit. quęſtion.11. in 2. Concluſione,& quæ ſint exempla regnorum diuiſorum per totum orbem, vide Menoch.in conſil.73.numero 5. & pluribus ſequentibus.

SVMMARIA.

1 *Feudum antiquum quid ſit,& quomodo differat à paterno.*
2 *Feudum anteceſſoribus conceſſum quando dicatur.*
3 *Agnatus delinquens in dominum nō præiudicat agnato in feudo paterno,numero 5*
4 *Feudum ob culpam in dominum quando ad eum reuertitur durante vita delinquentis.*
6 *§. Si vaſſallus culpam ſi de feudo fuerit controuerſ.inter dom.& agnatos declaratur.*
7 *§ denique, quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.declaratur.*
8 *C.1.Si vaſſallus feudo priuetur, declaratur.*

9 C.1.

9 *C.1.an ille qui interfec. fratrem domini ſui, declaratur.*
10 *Alienatio facta ab agnato quando dicatur facta in fraudem.*
11 *Feudum nouum concedi poteſt vt antiquum.*
12 *Feudum nouum conceſſum, vt antiquum, an ſapiat naturam feudi antiqui in omnibus.*
13 *Feudum nouum, quando ſit antiquum in præiudicium concedentis.*
14 *Feudatarius acquirens, poteſt alienare in præiudicium comprehenſorum in inueſtitura.*

## CLAVSVLA 10.

*In feudum Auitum.*

1 Feudum antiquum, † auitum vel paternum dicitur, quod conceſſum eſt ſuis maioribus, aut auo, & patri, à quo legitime deſcendentes ſuccedunt. Caſtr. in conſilio 462. volum 1. Alex. conſil. 29 numero 3. & conſ. 30. numero 5. volum. 1. Oldrad. in conſilio 270. numero 9. verſic. eſt & aliud, vbi appellat paternum, ſiue antiquum, & reale feudum, quod tranſit ad hæredes, & in quo per alium quis ſeruire poteſt. Ancharan. in conſil. 34. numero 5. paternum feudum vocat, ſi fuit parentis communis agnationis. Zabarell. in conſ. 92 in princip.

Antiquum feudum, & paternum differunt, quia paternum dicitur vſque ad quartum gradum, in quo continentur quinque perſonæ, pater, auus, proauus, abauus, atauus, abinde vero ſupra non dicitur proprie paternum, ſed antiquum. Aretin. in conſilio 41. colum. 1. & 2. Alexand. in conſilio 26. numero 7. volum. 5. qui dicit paternum eſſe, quod à communi parente vſque ad quartum gradum receptum eſt, antiquum vero à quarto gradu ſupra: cum autem quartum gradum aſcendentium excedit, dicitur feudum anteceſſoribus, † vel progenitoribus 2
conceſſum, quia ſupra quartum gradum aſcendentes propria vocabula non habent, ſed progenitores appellantur, ſicut deſcendentes poſt quartum gradum non habent propria vocabula, ſed appellantur proles, ſiue deſcendentes. Bal. in conſilio 337. numero 13. verſic. quoad primum, volumin. 1.

Effectus huius feudi paterni eſt quod agnatus delinquens † dominum 3
agnato non præiudicet, gloſſ. in cap. 1. §. quoque, de ſucceſſ. feudi, verbo, partem, ver. ſi quis vaſſallus, Iacob. de Andizon. in ſua Summa, ℣. ſed expreſſior, vbi dicit, quamuis feudum † ad 4
dominum reuertatur, id tamen intelligendum eſt, donec culpans vixerit, & eius deſcendentes, quibus mortuis ad agnatos deuoluitur; gloſſ. in c. 1. Si vaſſall. feud. priuetur, vbi relatis opinionibus dicit hanc eſſe æquiorem, Andr. in d. cap. 1. numero 4. verſic. ſi directe. Si vaſſallus feudo priuet. & in c. 1 § denique, num. 50. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. & in c. 1. numero 3. an ille qui interfec. fratrem domini ſui, & in l. Imperialem, §. firmiter, ℣. & cum dicat, de prohibita feudi alienat. per Federic. in cap. ſancimus, quo tempore miles, & in cap. 1. numero 4. de inueſtit. de re aliena facta. & in c. 1 §. ſed quia vidimus, num. 14. ℣. quid autem de his qui feuda dare poſſunt. Et procedit hęc ſententia etiam ſi contra dominum peccatum fuerit ita, vt agnatus agnato in hoc feudo † non præiu- 5
dicet. Nam in d. § ſi vaſſallus † cul- 6
pam, datur regula prædicta, ſed quod tantum filiis, & deſcendentibus præiudicet, qui textus etiam ſi in dominum culpetur, intelligendus eſt, tum propter ſui generalitatem, tum etiam quia ſe conformem reddit cum diſpoſitione iuris communis, quę eſt vt nemo ex facto alterius damnum pa-

tiatur, tum etiam, quia à rubricis arguere licet, vt in ſcholis probamus, ergo comprehendit caſum, quando culpa committitur in dominum: Nam ille textus ſituatus eſt ſub Rubrica, ſi de feudo defuncti militis contentio ſit inter dominum, & agnatos, ſed non poteſt inter ipſos eſſe contentio, niſi culpa committatur in dominum, quãdo enim culpa committitur cum alio, contentio non eſt cum domino, ſed inter deſcendentes agnati culpantis, & agnatos tranſuerſales, quare cum textus dicat, neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur, ſed agnati qui quarto gradu ſunt, neceſſario intelligendus eſt, quando vaſſallus in dominum deliquit.

7 Non obſtat textus in d. §. denique, † quæ ſit prima cauſa beneficij amitt. Quia debet intelligi de deſcendentibus, vt ibi per gloſſ. & Andr. Gratus in conſil. 50. numero 2. qui hunc intellectum multis rationibus probat. Neq; obſtat, quod ſicut in ſecunda parte textus, illud verbum, proximos, non poteſt intelligi de deſcendentibus, ita nec in prima. Quia hæc non procedũt quando eſt diuerſa ratio, l. ſi ſeruus plurium, §. finali de legatis 1. item dico, quod dum in prima parte illa verba, excluſis filiis, feudum domino aperiri, intelliguntur temporaliter, ſcilicet durante vita feudatarij delinquentis, prout intelligit Andr. ibi, & ceteri, ex Regula l. Statius Florus, à Cornelio, ff. de iure fiſci. Nec dicatur, quod ſicut in ſecunda parte, dum dicitur ſpectare ad agnatos, intelligitur perpetuo, ita etiam debeat intelligi in prima, alioquin eſſet diuerſificare caſum à principio textus vſque ad fin. quoniam caſus ipſi ab eodem textu diuerſificantur, alter eſt delicti in dominum, alter eſt delicti in alterum, ideo diuerſificantur intellectus verborum, quæ ſecundum ſubiectam materiam intelligenda ſunt, vt aliquando improprientur, l. ſermo, ff. locati, cum ſimilibus. Et ſtante hac ratione, tollitur obiectum, quod verbum reuertatur, ſtet perpetuo, quia ſecundum ſubiectam materiam non eſt inconueniens, quod ſtet temporaliter, ad hoc, vt conformetur diſpoſitioni iuris communis Romanorum.

Non obſtat textus cap. 1. † ſi vaſſallus feudo priuetur. Nam cum dicat ad agnatos aliquando pertineat, ad filios vero nullatenus, ſi detur caſus, in quo verificatur diſtinctio, textus ipſe non obſtabit. Caſus autem dari poteſt, ſi intelligamus dictionem quandoque verificari in feudo antiquo, ad differentiam noui, in quo agnatus non ſuccedit, ſed filius: neque in antiquo, neque in nouo ſuccedit. Item non inconuenit dictionem quandoque ad tempus interdum referri, & non ad caſum, quod poſſe fieri probat Gratus, in d. conſil. 2. numero 31. & ita hic textus non officit regulæ d. §. ſi vaſſallus culpam. 8

Denique non obſtat text. in cap. 1. † an ille qui interfecit fratrem domini ſui. Quia aut intelligitur de deſcendentibus, videlicet, vt ipſi non priuentur feudo, quando culpa non committitur in dominum, vt Gratus in d. conſ. 2. multis rationibus comprobat, Aut intelligitur, vt idem Andr. dicit, quatenus in ſecunda parte loquitur, vt eat ad dominum temporaliter, non autem perpetuo; & ita reſtat firmata regula d. §. ſi vaſſallus culpam, vt ob delictum agnati, etiam contra dominum commiſſum, alteri agnato non præiudicetur in feudo paterno, ſiue antiquo. 9

Item alienatio facta † ab agnato diceretur facta in fraudem alterius agnati, ſi alienat, vt agnatus non habet, gloſſ. in c. 1. §. ſed & res, ꝟ. in fraudem per quos fiat inueſtitura, vbi vide 10

Affl.

Afflict.in 2. parte. Pariſ. de reintegratione feud. capit.261. numero 4.fol. 141. Idem ſi alienans eſſet caſtratus, aut alienaret propter ſenectutem, vide Camerar. in l.Imperialem, fol.7. qui multa ſcribit ſuper huiuſmodi alienationibus in fraudem agnatorum, & quod deſuper non debeat præſtari conſenſus à directo domino Loff.ed. in conſilio 46. in 2.dubio. Alios effectus prætereo, ſufficit præcipuos annotaſſe pro declaratione feudi huiuſmodi.

11 Aliquando feudum nouum † conceditur cum huiuſmodi clauſula, videlicet in feudum antiquum, auitum, vel paternum, vti ſcripſere Dec.in conſil.185.numero 7.& conſ.194.numero 3.& conſil.14.numero 5 Ruin.in conſilio 9.in fine, & conſilio 14.num.5.& conſilio 45.numero 4. volum.1. Natta, in conſilio 467. Roland. in conſilio 60 numero 16. & ſeq.vol.1. Ceph. in conſ.163.numero 8. & conſil.241. numero 80.volum.2.& conſil 302. vol.3. Alex.in conſ.30.numero 7.verſic.fortius dixit, Baldus volum.1. Tiraquell. qui allegat alios, De retractu lignag.§. 32.gloſſ.1.numero 32. Afflict.deciſione 232. Thomas de Marin.in tit.de feudo ex pacto, & prouidentia, numero 35. & numer 43 Menoch.in conſilio 160. numero 25.& in conſilio 202.numero 5.& in conſil.304.num.11.

12 Et tunc vtrum tale feudum regulabitur ſecundùm naturam † feudi noui, vel ſecundum naturam feudi antiqui: hanc quæſtionem diſputat ad partes Intrigliol. de feudis. Centur.1. quæſtione 24. per totam: & veritas concluſionis eſt, quòd debeat iudicari ſecundum naturam feudi antiqui, prout fatentur eſſe veriorem, & magis commmunem ſententiam, Clar.in §. feudum, quæſt.8.col.3.Decius in conſilio 194.numero 3 in fine, dicit etiam eſſe Communem, Gabriel. in tit. de feudis, concluſ.1. numero 1. atteſtatur eſſe magis communem. Thomas de Marinis, in titulo de feud.ex pacto, & prouidentia antiquo paterno, numero 43.atteſtatur eſſe magis Communem, & ita etiam Petr. Gregor.in Tractatu, de conceſſ.feudi, parte 5.quæſtion.3.in princ. Ita etiam atteſtantur Villalob. in verſic.feudum, numero 18. Viuius in lib.1.comm.opin. verb. Feudum nouum, Eman.Soarez in lib.recept.ſent. littera E, numero 62. Kirchouius in Centur.2. Commun. Opin.concluſ. 46.numero 19.Graſſ.in libro 2.Commun.Opinion.verbo Feudum, & omnes iſti atteſtantes eſſe Communiorem ſententiam, referunt ceteros ita probantes. Et vide Intrigliol.in d.q. 24.numero 26. & plur.ſeqq.vbi ampliat, etiam ſi non adeſſet illa clauſula generalis, iure antiqui, auiti & paterni feudi, in omnibus, & per omnia: Item procedere, etiam ſi non adeſſet clauſulę, prout pater, & auus tuus, & alij anteceſſores tui illud tenuerunt, & poſſederunt, quas ampliationes benè probat.

Declaratur hæc concluſio, † vt ſit 13 antiquum in præiudicium concedentis, ita vt in caſu delicti tranſeat ad agnatos, vt dictum eſt ſupra, non autem ad dominum, ſed in præiudicium inueſtiti, ſecus erit, quia ipſe tanquam primum † acquirens poterit feudum 14 alienare, etiam in præiudicium vocatorum, ſiue compiehenſorum in inueſtitura, Andr.in c.1. col.finali, de alienat.feudi paterni, & ibi Affl.ct numero 10.idem And.in c.1.§ Tuius ante nu.3.ſi de feud.fuer. controuerſ.Afflict.deciſ.112.nu.6. & deciſione 248. num.1.Ruin.in conſilio 7.num 43.volum.1.Cephal. in conſilio 3.n.11.Rim. ſen.in conſilio 97.numer.17 volum.1. Menoch. in conſil.188.num.34.& nu. 40.Clar.in §. feudum, quæſtion.8.nu. 4.v.ſed circa hanc concluſionem, &

quæſt.41.℣.ſed in feudo nouo, & diffuſe hanc probat Beccius conſ.56.nu. 21.vol.1.& in conſ.151.num.21.volum. 2.& vide Surdum,in conſ.440.nu.53. vbi probat, quod quando inſtrumentum conceſſionis eſt factum præſente, & audiente principe,huiuſmodi clauſula vt ſapiat naturam feudi antiqui, cenſetur appoſita à partibus.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,Ita tamen,operatur in non expreſſis.*

2 *Declarat præcedentia etiamſi eſſet appoſita in exequutiuis.*

## CLAVSVLA 32.

*Ita tamen.*

1 HÆc clauſula non † operatur cõtra expreſſa, ſed intelligitur in non expreſſis,ad euitandam cõtrarietatem,& correctionem, Burſ.in conſilio 171.nu.3.& conſilio 184.num. 43.& 46.volum.2 Dec.in c.ſedes, nu. 11.in fin.de reſcrip.in conſil.47.num. 4.& ſeq.Plotus in conſilio 41 num.11.

2 Item hæc clauſula declarat † præcedentia.Rimin. ſen.in conſ.45.num. 14.col.1.Caualc.deciſ.43.num.31.parte 1.& licet eſſet poſita in fine inſtrumenti,& ſic in exequutiuis, nihil videatur operari,ad tradita per Menoch.in cõſil 61. numero 28. tamen declarat intentionem concedentis, vt per Curt. iun.in conſil.266.& conſ.314.& conſil. 316.Caualc,dec 29.n.48.parte 2.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Ita quod feudum augeatur, quid operetur.*

2 *Barones, in quibus caſibus poſſint alienare demanialia.*

## CLAVSVLA 33.

*Ita quod feudum augeatur.*

1 IN conceſſionibus quorumcumque † bonorum feudalium ſemper debet apponi huiuſmodi clauſula, ita quod feudum augeatur, non autem diminuatur, & ſi non apponeretur, ſubintelligitur,vt habetur in titulo ex quibus conceſſis feudum amittatur,in fine,vbi quod in conceſſionibus videtur conſueta apponi. Ex qua clauſula Pariſ.de Put.in tract.de re integr.feud. c.5. fol.3. probat, quod licet Barones feudatarij † Demanialia non poſſent 2
alienare, tamen aliquando permittitur,ſi concederet ad meliorandum. Item,ſi conditio demanij fieret melior, vt quia alienetur non habenti filios vel aptiori ad præſtandum ſeruitium, vel idoniori in facultatibus, & faciliori ad conueniendum,Andr.in titulo de prohibita feudi alienat. per Feder. circa princip. & in titulo de controuer.apud pares terminanda, & in cap. ſi vaſſallus, ſi de feudo defuncti militis,vide Pariſ.de put.in d.cap.3.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, iuris Francorum, cuius effectus ſit.*

2 *Primogenita ſuccedit ad feuda in regno, & quid ſi fuerit dotata cum pacto, vt ad ea ſuccedat.*

3 *Primogenitus ſuccedens ad feudum iuris Francorum, tenetur conferre pretium feudi.*

4 *Actio ad feudum eſt idem quod feudum.*

5 *Primogenitus ſuccedens ad actionem feudi tenetur conferre vtilitatem ſecundo genito.*

6 *Pater in feudo Francorum non poteſt præiudicare nepoti ex primogenito.*

7 *Princeps tenetur inueſtire primogenitum in feudo Francorum.*

8 *Princeps inter gemellos primogenitos habet electionem quem inueſtiat.*

9 *Primogenitus ſi conſentiat alios inueſtiri,an ceteris præiudicet.*

10 Agna-

10 *Agnatus in feudis præiudicat agnatis naſcituris.*

11 *Clauſula, iuris Francorum, an ſemper cenſeatur depoſita.*

12 *Ius Francorum eſt ſpecialis prouidentia, ideo non præſumitur, niſi probetur.*

13 *In quibus ciuitatibus Regni viuatur de iure Francorum.*

14 *Conſuetudo ſuccedendi de iure Francorum non extenditur ad bona extra diſtrictum.*

15 *Clauſula iuris, feudorum, an reſtringat clauſulam præcedentem, pro ſe, & hæredibus.*

16 *Verbum, hæredibus, intelligitur de filiis.*

## CLAVSVLA 34.

### *Iuris Francorum.*

1 EFfectus huius clauſulæ, † iuris Francorum eſt, vt ſemper primogenitus in eo ſuccedat, Andr. in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feudi, Anton. Alexand. in conſilio vlt. inter conſilia Loffredi, Alex. in conſilio 30. in princip. volum. 6. Angel. in conſil. 287. numero 8. vbi quod de conſuetudine in omnibus feudis, ſolus primogenitus ſuccedit, de iure Francorum, & hoc eſt
2 ampliatum ad primogenitam † feminam in Regno, per Conſtitutionem incipientem, vt de ſucceſſionibus, & vtrum ipſa Conſtitutio excludat primogenitam dotatam, exiſtente ſecundogenita in Capillo. vide Franciſc. de ponte, in conſilio 10. per totum. Item, ſi primogenita dotata eſt cum pacto, vt ipſa habilis remaneat ad ſuccedendum in feudo, moriente patre ſine filiis maſculis rectè ſucceđiſſe. Nec poteſt ſecundogenita exiſtens in Capillo, vigore dictæ Conſtitutionis, Vt de ſucceſſionibus, excludere primogenitam dotatam, quia illud pactum eſt validum. Franciſc. de ponte, in conſil. 21. per totum, & ibi numero 33. & ſeq. quod ita fuit iudicatum.

Primogenitus † autem, qui vigore huius clauſulæ Iuris Francorum excludit ſecundogenitos, tenetur conferre partem pretij ipſius feudi ſecundogeniti, Andr. in l. Imperialem, §. præterea ducatus, in 2. additione, de prohibita feudi alienat. per Federic. & ibi Afflict. numero 27. & plur. ſeq. & an pretium feudi ſit communicandum fratribus habito reſpectu ad tempus emptionis, vel ad tempus mortis, vide Afflict. ibi, & Fabium Annam, in conſilio 26. vbi quòd attenditur tempus mortis, Io. Vincent. de Anna in ſingulari. 566. 3

Et quia idem iudicandum eſt de actione † ad feudum, quod de ipſo feudo, vt per Vincent. de Franch. in deciſione 75. Ideo ſi poſtquã actio quæſita eſt ſuper feudo de iure Francorum, pro recuperatione dotium matris, & in ea actione ſuccedit primogenitus, is tenetur pariter † ſoluere partem pretij dictæ dotis ſecundogenitis, vt per Vincent. de Franch. in deciſione 41. Imò ſi primogenitus in quo fundatum eſt ius agendi, nollet agere, poteſt compelli à ſecundogenitis, quibus dotes impartiri debet ad agendum, ex regula l. cum in plures, §. meſſem, ff. locati, per quam ita probat Franch. in d. deciſ. 41 numero 1. 4 5

Pater † in feudo de iure Francorum nihil præiudicij primogenito inferre poteſt. Ideo ſi habens nepotem ex primogenito, donet feudum ſecũdogenito cum conſenſu Regis, nulla facta mentione primogeniti, illa donatio nullius effectus eſt, Frecc in lib. 2. de Subfeudis, in 1. quæſt. aſſenſus, quoniam certiſſimi iuris eſt, nepotem ex filio primogenito, excludere patruũ in feudo, in quo viuitur iure feudorum, & ita pluries iudicatum. Grammatic. deciſione 1. Antonius Gama in 6

deciſione 74. Regni Luſitaniæ, & plenè ſcriptum eſt in Digeſtis Nouiſſ. tomo 4. titulo, Succeſſio.
7 Huius † iuris feudorum prouidentia non eſt ſimilis ei, de qua loquitur text. in l. 1. §. & quia Qui feuda dare poſſ. nam ibi erat in facultate domini, quem ex filiis inueſtire voluiſſet: Sed ſecundum ius Francorum, tenetur inueſtire primogenitum, quamuis fortè eſſet minus habilis, aut domino minus acceptus, voluit hoc ius magis facere primogenito, quam domino, vt probat Ioan. Thomas Minadous in repetitione Conſtit. Regni incip. In aliquibus. numero 24.
8 Sed ſi ex duobus gemellis † natis dubitaretur, vter ſit primogenitus, recurrendum eſt ad dominũ, qui habet electionem, nam poterit honeſtiori, & prudentiori aſſignare: & ſi pares extiterint, alteri cui libuerit. Spec. in Rubrica de feud. col. 4. verſic. Ego autem, Io. le Cirier de primogenitura, *libro 1. quæſtion.* 10 Tiraquel. in eodem Tractatu *quæſtione* 17. opinione 19. & *plurima* ad hoc ſcribit Ioan. Ant. *Lanarius* in *conſilio* 59. per totum.

9 An primogenitus, † qui ſolus debeat ſuccedere, ſi conſentiat, quod inueſtitura fiat omnibus fratribus, potuit ſibi, & ſucceſſoribus præiudicium facere: Reſpondendum eſt pro affirmatiua, vt notat Andr. in cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feudi, vbi quod facit præiudicium etiam agnatis viuentibus quamuis in feudis, in quibus viuitur iure Longobardo, vel iure communi feudorum, habens feudum ex pacto, & prouidentia, non poſſit præ-
10 iudicium facere agnatis, † ſed naſcituris poteſt, vt per Andream in d. §. hoc quoque, & in c. 1. an agnatus, & in capit. 1. quid ergò, de inueſtitura de re aliena facta, in c. 1. de eo qui finem fecit agnatis.

Item, ſicut primogenitus poſſet in totum ſibi præiudicare, conſentiendo quòd inueſtiatur ſecundogenitus, vt dicit Bald. in c. 1. Quibus mod. feudum amittatur, & Martin. Laud. in Tract. de primogenitura, ergo multo fortius in parte patiendo ſecum inueſtiri etiam ſecundogenitos, præſertim in Regno, in quo hoc ius Francorum eſt ius ſpeciale, vt in Conſtit. incip. Puritatem, & per Andr. in d. l. Imperialem, §. præterea Ducatus, & ideo per huiuſmodi prouiſionem fit reuerſio ad propriam naturam feudorum, inſpecto iure communi feudorum, quo iure omnes filij æqualiter ſuccedunt in feudo, & quælibet res de facili reuertitur ad ſuam naturam, l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pactis.

Vtrum huiuſmodi clauſula † ſemper cenſeatur ineſſe, vt iure Francorum viuatur, Intrigl. in Tract. de feudis, centuria prima, quæſt. 50. numero 213. & ſeq. probat, Affirmatiuam eſſe veram. Sed certè ius Francorum † eſt ſpecialis prouidenda, & ideo non eſt præſumenda, dicit Pern. in conſilio 3. numero 1. quòd res præſumitur data in allodium, quia adiectio in feudum, vel iure Francorum, non præſumuntur, niſi probentur l. quęcunque, §. 1. ff. de publ. in rem action. c. 1. de Conſtit. li. 6. & ſi factum non apparet, non eſt præſumenda voluntas, l. reprehendenda, C. de inſt. & ſubſt. Item dicta Conſtit. Regni, Vt de ſucceſſionibus affirmat ius Francorum eſſe ius ſpeciale in Regno, ſed qui allegat ius ſpeciale, probare debet. Baldus in l. filium quẽ habentem, C. famil. herciſcund. Andr. in d. §. præterea Ducatus, niſi eſſet conſuetudo † in contrarium, prout eſt in Ciu. Neapol. & in Ciuit. Auerſæ, in quibus de conſuetudine viuitur iure Franc. Andr. in Conſtitut. Regni, Puritatem, Io. Thom. de 11 12 13

de Marin.in tit.de feudo iuris Francorum, n.7. Affl.in deciſ. 248. Vrſill.in addit ad Afflict.ſuper dec.119. numero 5. vbi quod huiuſmodi conſuetu-
14 do eſt odioſa, & non extenditur ad bona exiſtentia extra diſtrictum iſtarum ciuitat.Camill.de Curte, Diuerſorio iuris feudalis, §. nunc de altera feudi ſpecie, numer.151. f.67. & ſcripſi etiam inter deciſiones Piſanas, Voto 189.num. 15.Io. Thom. Minadous in d.Conſtitutione,in aliquibus, nu.60. & ſeq.

15 Hæc clauſula, † iuris Francorum,ſi eſt appoſita poſt clauſulam,pro ſe,hæredibus, & ſucceſſoribus, reſtringit clauſulam præcedentem, ita vt ſolus primogenitus ſuccedere debeat.Nam clauſula ſpecialis abſorbet clauſulam generalem præcedentem. Nec ipſum verbum hæredibus,vti generale, poteſt comprehendere quod in ſpecie prouiſum eſt per d.clauſulam, Pinell. in l.1.p.3.num.90.ver.infertur 7. C.de bonis maternis.Affl.in c.1.§.hoc quoque numero 85. de ſucc. feudi, dicit, quod ſi tenor inueſtituræ eſt conceptus pro ſe,& hæredibus, ita, vt viuatur iure Francorum:huiuſmodi tenor deſignat feudum ex pacto, & prouidentia.Item,quia verbum, hæredibus
16 † intelligitur de filiis, nec importat qualitatem hæreditariam. Item, quia verba propter adiunctum mutant naturam, arg. l. qui lancem, ff. de aur & arg legato And. in c. 1. col. 5. qualiter feud. olim alien. poſſet:hanc ſententiam in puncto firmauit Pern. in conſilio 4.conſ.6.7.& 22.vbi probat,quod huiuſmodi clauſula,iuris Francorum, reſtringit verba præcedentia,ita,quod non comprehendat niſi filios, qui ſunt hæredes ſanguinis, & hanc ſententiam valde probat Io. Ant. Canetius, in extrauaganti volentes, §. ſed magna fuit olim dubita.fol.57.& plur. ſeqq.qui diſputat ad partes,& reſpondet contrariis.Intrigliol.in 1. Centuria q 49.n.93.& plur.ſeqq.qui vberius atque diffuſius eamdem ſententiam comprobat,ibi vide.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,iuribus curiæ, & alienis ſemper ſaluis, quid præſeruet, & quod ſemper cenſeatur appoſita.*
2 *Non refertur ad ea, quæ mutata ſunt.*
3 *Taxat, & limitat diſpoſitionem, quo ad expreſſa tantum.*
4 *Operatur quod per conſtitutum non transfertur dominium.*
5 *Baro debet intereſſe in parlamento, non autem Subfeudatarius.*
6 *Inueſtitus cum clauſula, ſaluis iuribus, propter leuem culpam feudo priuari poteſt.*
7 *Inueſtitura noua cum clauſula,ſaluis iuribus,remittit felloniam.*
8 *Clauſula,ſaluis iuribus,reſeruat futuras deuolutiones.*
9 *Facit valere conceſſionem feudi nondum aperti.*
10 *Operatur, vt dominus non teneatur de euictione.*
11 *Non operatur ius protomiſeos contra emptorem feudi.*

CLAVSVLA 35.

*Iuribus curiæ,& alienis ſemper ſaluis.*

EST clauſula † ſalutaris, per quam 1
præſeruantur iura,quibus non intendit derogare,vt conſ.2.numero 89. inter conſilia feudalia diuerſorum, & ſolet apponi in omnium Principum conceſſionibus,vt ibid.numero 116. & ſeq.& in Principe ſemper intelligitur, Affl. in deciſ.334. nu.3. item habetur pro expreſſa,etiam ſi non apponatur, quia non eſt mentio Regis per ſuam

conceſſionem, iuri alterius derogare velle, Luc.de penna, in fi.col.1.poſt principium, ibi. Quarto, C.de location. prędiorum ciuilium.

2 Iſta clauſula † reſpectu Regis non refertur ad ea,quæ mutata ſunt, Frecc. de ſubfeud.li.2.in 12.q.num.13. Afflict. in conſtitutione Regni, Vt de ſucceſſionibus,num 62.Andr.in c 1.poſt.nu. 2.qui ſucceſſ.teneantur, Soc.in conſ. 43.col 2.vol.4.multa cumulat Dec. in conſ.185.in additionibus ad col.2. poſt n.11.✠.ſecundo reſpondetur Io.Franc. de Ponte in conſ.15.n.7 & in conſ.55. n.56.Grammatic.deciſ. 66.n.7.item taxat,& limitat † aſſenſum quo ad ex- 3 preſſa tantum,& non vltra in diſpoſitis ab homine,& non à lege, & puniſtur ad tollendas fraudes contrahentium, qui ſupplicant interponi conſenſum ſuper cautelis faciendis, Frec. in lib.2. de ſubfeud. in 3. quæſt. poſt num. 8. & voluit concedere quod ſuum eſt, ita quod iura alterius ſemper ſint ſalua,Frecc.in d.lib 2.in quæſt. 4.num. 8.& in 6. q. num.3. Et quod non comprehendat contenta,ſed referatur ad extrinſecum præiudicium ſiue ius concedentis, fuit deciſum in Rota,vt atteſtatur Gomeſ. in regula, de non toll.iure quæſito,queſt.1. verſ. poſtremo,Capic.in inueſtitura, verb. Rebuſque alijs multis cumulatis per Liparulum in addit. And. ſuper tit. qui ſucceſſ.teneantur,in ver.ſaluis, & verb.in eo,multos alios cumulat Menoch.in conſ.378.num.42.

4 Iſta clauſula operatur, †quod per conſtitutum non transferatur dominium, conſil. feud.diu 55. poſt numerũ 44.item operatur, vt ipſe Baro qui immedietate inueſtitus eſt à Rege, debeat intereſſe in parlamento Regis,non autem ſubfeudatarius Ba- 5 ronis, quia ipſe Baro,† ad partem quam conceſſit ſubfeudatario, reſpectu Regis habetur pro poſſeſſore, quo ad præſtationem ſeruitij, & releuij, & hoc operatur d.clauſula, ideo nõ poteſt obeſſe,licet incidenter,& in conſequentiam lædi poſſet ex taxa,& forma.ita probat Frecc.in lib.1.de ſubfeudis,in §. fuit dubitatum in parlamento,num.27.

Item operatur,vt vaſſallus cum hac clauſula † inueſtitus, propter quamlibet leuem culpam feudo priuari poſ- 6 ſit.And.in conſtitutione Regni Domini à vaſſallis,col.2.verſ.Sed quid in tit.de aſſecuratione Dominorum. Pariſ.conſ.21. nu. 55. vol 1. Schrader. de feud par.5 cap. 2. num. 54. in fin. ſed ſi Dominus vaſſallum inueſtit, propter felloniam feudum domino apertum eſt,tunc licet in inueſtitura adiiciat,iuribus noſtris ſemper ſaluis, ta- 7 men felloniam remittere videtur. Bald.in c. quæ in Eccleſiarum, num. 33.de Conſtitutionibus,Iaſ. in libro 2. num.131. C.de iure emphyt. Sicut per renouationem inueſtituræ factam infra 30.ann.Dominus cenſetur interrupiſſe præſcriptionem, quantumcumque appoſuerit huiuſmodi clauſulam,Iurib. noſtris ſemper ſaluis,vide Schra.de feud.p.6.c.3.num 36.Item † per hanc clauſulam Dominis cenſe- 8 tur ſibi reſeruaſſe futuras deuolutiones feudorum,tam ex rei natura, quã ex forma inueſtituræ. Frec.in libro 2. de Subfeud.q. 37. numero 18. Affl.in tit. Qui ſucceſſ. teneantur, num 11. cum aliis ad hoc cumulatis per Balſaran.in d.tit.Qui ſucceſſ.teneant.num. 8 Imo etiam ſi conceſſiſſet excadentialia feudorum,non videtur remiſiſſe alia iura Pariſ. de Put. in tract.de reintegratione feudi c.268. incipit An ſi Rex,n.7.fol.144.Item propter hanc clauſulam † valebit conceſſio feudi 8 nondum aperti, vt puta de iurib. futuris dominio reſeruatis,& conceſſione relata ad tempus habile, quo feudũ aperietur Domino.Signor.in cõſil. 60 col.

60.col.2. verſic. ſecundo caſu principali.Pett.Greg.de conceſſ. feudi,p.1.q. 3.in fi.& p.6.quæſt.15. verſic. quartus effectus, Intrigliol. de feud. centuria prima,q 64.num.14.

10 Item operatur,vt euicta re † in feudum conceſſa cum huiuſmodi clauſula,ipſe Dominus non teneatur de euictione,Andr.in c 1 in princip. num. 2.& ibi Affl.num 5 de lege Corradi, & in c.1.num.20.& 30.Qui ſucceſſ. teneantur, & in c.1.§. rurſus, num. 14. Quibus mod. feud. amitt.& in cap.1. in princip.num 9.De inueſtit.de re alien.facta,& vide Schrader. de feudis parte 5.cap.2.num.49.

11 Sed vtrum dominus † qui conſentit alienationi feudi, cum huiuſmodi clauſula poſſit exercere ius protomiſeos contra emptorem,oblato pretio, Affl.tenet Affirmatiuam. Sed contrarium eſt verius, prout diſputando hanc quæſtionem ad partes probat Schrader.de feud.p.8. cap.4. nu.29.& plurib.ſeqq.

Svmmaria.

1 *Femina ſuccedit in feudo femineo non extantibus maſculis.*

2 *An ſuccedat in feudo franco, & quid certis aliis feudis, & numero 4. & 6.*

3 *Semel excluſa à feudo,an ſit perpetuo excluſa,& quia in allodialibus.*

5 *Succedit ad feudum, quando nullum præſtatur ſeruitium.*

7 *Maſculus natus ex femina aufert ab ea ſucceſſionem iam factam.*

8 *Filia contendens cum agnato,mittenda eſt in poſſeſſionem.*

9 *Femina ſi priuatur feudo, ſint priuati perpetuo eius deſcendentes.*

Clavsvla 36.

*Maſculis,& Feminis.*

Femina non ſuccedit in feudo, etiam natura femineo,niſi maſculis non exſtantibus, capitulo primo de feudo feminæ.Zabarell. in conſ. ſexageſimo quarto.Affl in c.1.n 18. de natura ſucceſſ.feud.Curt.iun.in conſ.181. num.2.Addentes ad Rom.ſuper conſ. 367.num.12.verbo, feminam. Butr.in conſilio 63.numero 9.Soc.iun.in conſilio 109.nu.7.vol.2.Menoch.in conſ. 391.num.18.qui alios refert, & in conſilio 400 num.9 Et ideo recte conſtituitur regula,quod in omnib. caſib.in quib.femina ſuccedit in feudo, intelligendum eſt, in defectum maſculorum,& ſic ordine ſucceſſiuo, cap.1.de eo qui ſibi & hæredibus. cap.1.§. filia, & ibi not.de ſucceſſ feudi.Bal.in conſ. 215.volum 2.Signor. in conſil. 10. col. pen.Rol in conſ.84.numer.17. vol.4. Burſat.in conſ.63.num.11.vol.1.Goz.in conſ 56 num.16. Hondedeus in conſ. 53.numero 6. vol.1. Surd.in conſ. 384. n. 3.& in conſ.446. n.1. vol.tertio. 1

Sed an iſta regula fallat in feudo franco,†Rota in dec.41.par.1. in nou. reſoluit, quod ſi non præſtatur iuramentum fidelitatis, admittitur: ſed quando præſtatur, variæ extant ſententiæ,quem articulum Rota non reſoluit, ibi vide. Quid in feudis pecunia emptis. Quid in feudis alteratis, vtrum ſuccedat in feudis, pro te, & quibus dederis, vel cum poteſtate alienandi,vel pro te, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, vide Fabium de Anna in conſ.53.plura ſcripta ſunt in Digeſt. nou. tomo 4. tit. Femina. 2

Femina † ſemel excluſa à feudo perpetuo cenſetur excluſa, ita quod non poteſt vlterius ſuccedere,etiam ſi eam excludens moriatur ſine filiis, & deſcedẽtibus,vt in §.quin etiam, in titulo Epiſcopum, vel Abbatem,ſecundum intellectum Andreæ,& Baldi,& ibi communiter omnes ſequuntur,iſta 3

opinio in feudalibus eſt communis, vt atteſtatur Præpoſit. ibid. Soc. in conſilio 19. col. 2 verſ. quinimo, & ver. poſito, volum. 1. Albert. Brun. in conſilio 65. & conſ. 78. col. pen. & conſ. 108. colum. 6. idem ſi excluſa eſt per ſtatum, nam cenſetur perpetuò excluſa, licet moriatur ille qui excluſerit, Bartol. in l finali, ff. ad Tertull. cum alijs per Socin. in conſ. 91. vol 1. & in conſ. 50. vol. 3 cum ſimilibus per Brun. in tract. de ſtatut quod ſtantibus maſculis, art. 10. principal. quæſt. 5. colum. 2. & col 3. verſic. quæro.

Et licet filia ſemel excluſa à ſucceſſione patris per fratrem, dicatur perpetuo excluſa à ſucceſſione paterna, tamen non dicitur excluſa à ſucceſſione fratris, qui illam excluſerat, & eueniente caſu, poterit fratri ſuccedere, quamuis ille non haberet alia bona, quam à patre prouenientia, à quib. fuerat excluſa, quia non eſt amplius hæreditas patris, ſed fratris, vt per Roman. Aretin. Alex. & Iaſ. allegantes ad hoc iura, & atteſtantes de cõmuni in l. 1. §. veteres, ff. de acq. poſſ. tamẽ hęc ſecũda opinio procedit in ſucceſſione aliarũ rerũ, in quib ſucceditur vltimo morienti, ſed in feudalibus ſecus eſt.

Declaratur concluſio, vt ſemel excluſa, intelligatur ſemper excluſa in feudo proprio, non autem in feudo Franco, † de quo iudicatur ſicut de a-
4 liis bonis, in quib. femina ſuccedit cum maſculo. Ideo in feudo franco, quod eſt impropriu n, ceſſ int conſuetudines feudales, & ſuccedit diſpoſitio iuris communis, c 1. de feudi cognit. Par. in conſilio 4. numero 22. & conſilio 12. numero 20 & ſeq. volum. 1. vbi
5 tollit omne dubium. Item † ſuccedit ad feudum, quando nullum præſtatur ſeruitium, Bal. in l. 1 C. de ſuis, & legitim. & in c. 1. § pen. numero 19. de his qui feuda dare poſſ. Dec. in conſ. 85. numero 6. verſ. præterea, Roman. in ſingulari 180. qui alios allegat, Brun. in conſilio 14. numero 2. Corn. in conſilio 16. numer. 4. vol. 1. vbi, quod quando ſoluitur cenſus, ſuccedit femina, Gozad. in conſ. 8. nu. 23. Grat. in conſ. 9. nu. 153. de communi, Clar. in §. feudum, quæſ. 7. num. 7. pariter dicit communem Pariſ. in conſ. 4. numero 19 & plur. ſeqq. vol. 1. & conſ. 23. numer. 30. eodem vol. Ruin. in conſ. 58 numer. 7. verſ. & poſito, vol. 1. & quando conceditur feudum † Francum tranſit ad 6
feminas. Barſat. in conſ. 4 num. 4. vol. 1. Natta in conſ. 507. num 13. poſt alios quos allegat. item ſuccedit ad feudum ruſticum, Andr. in Conſtitutione Regni, ſi quando Luc. de penna, in l. quicumque colla in prin. C. de omni agro deſerto, lib. 10. item, eſt capax iuriſdictionis, ſi ipſa ſit hereditaria, Dec. in conſ. 498. nu 21. & conſ. 32. in fine, Cacheran. in deciſ. 26.

Si femina ſecundum ordinem ſuc- 7
ceſſiſſet, maſculus poſtea ab ea natus ſucceſſionem auferret, Andr. in capitulo primo de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis, quem ſequuntur Martin. Laudenſ. & Præpoſit. ibidem, & dicit Andr. ibid. num. 1. quod natura feudalis dormit, donec ſuperueniat maſculus, Iacob. in inueſtitura, verbo, & feminis, col. 2. verſ. ſed ponamus, Decian. in conſilio 93 numero 8. volum. 3 Curt. de feudis, par. 3. quæſt. 16. Celſus Hugo. conſ 36. numer. 48. Molin. de primogeniis, lib. 3. cap. 10. numero 25.

Contrarium tenuerunt Iacob. de Bellouiſu, Nicol. de Neapoli, Bal & Aluarott. ibidem, Le Cirier. tractatu de primogenit. lib. 1 quæſt. 21. Clar. in §. feudum, q. 80 Zaſ. de feud. par. 8. n. 52. in fine, & num. 53 Nicolaus Mozzius in tract. de feud. titulo de natura lib. feud. n 1. 5.

Sed ſola authoritas Andreæ apud me præponderat.

Filia

8 Filia contendens cum agnato, † mittenda eſt in poſſeſſionem feudi contra agnatos, ſi dicat ſe eſſe illius feudi capacem, etiam in conflictu duarum inueſtiturarum, quarum vnam allegaſſet patruus, alteram filia, vide Cacheranum in deciſ.25.

9 Si femina † priuatur feudo, ſunt perpetuo priuati eius deſcendentes, capitulo primo de gradib. ſucceſſ. in feud. §. hoc autem, de his qui feudum dare poſſ. Roman. in conſilio primo numero quarto. Curt. ſen. in conſilio quadrageſimonono numero quinquageſimo ſeptimo. Aluarott. c. 1. §. & quia, de his qui feud. dar. poſſ. Dec. in conſ. 390. num. 1. & in l. 2. num. 66. de regul. iur. Goz. in conſ. 8. numero 5 & in conſilio 26. num. 34 Pariſ. in conſil. 22. num. 1. & conſ. 72. num. 9. vol. 4. Tiraquell. de iure primogenit. q. 12. n. 6. & vide quæ ſcripſit Bald. in l. 1. ff. de Senator. Anton. Corſet. in tractatu de poteſtate Regia, qu. 33. & q. 65. Iaſ. in l. de quibus, num. 64. ff. de Legibus, vbi quid ſit de iure communi, quid de iure conſuetudinis, & quid in partibus vltramontanis, & vide Manſuer. ad Practicam Papienſ. ſuper titulo, de forma libelli, quo agitur ad renouationem feudi, in additione quæ incipit femina.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, non alias, aliter, nec alio modo, quid operetur.*

2 *Alienatio feudi quando ſit nulla, ſi dominus non vult conſentire.*

## CLAVSVLA 37.

*Non alias, aliter, nec alio modo.*

1 PLurima † ſcripſi de hac clauſula ſupra in prima parte, c. 73 Adde in feudalibus, quod ſi vaſſallus alienat feudum ſaluo conſenſu Domini, addita hac clauſula, ſi Dominus non vult conſentire, alienatio eſt nulla, † ita, vt 2 nullam caducitatis pœnam vaſſallus incurrat, Bald. & Aluarot. in cap. 1. Quæ ſit prima cauſa bene. .. amittendi, Alexand. in conſil. 5. num. 3. volum. 1. Albert. Brun. in conſ. 3. num. 25. in conſil. 114. num. 83. in conſ. 121. n. 25. plura ad hoc allegat Menoch. in conſilio 322. num. 40. & in conſ. 369. num. 25. Et non accedente conſenſu, partes non cenſentur contraxiſſe, Cephal. in conſilio 118. numero 14. volum. 1. Io. Ant. Lanar. in conſilio 15. numero 14.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Obiectione prolis illegitimæ ceſſante, quid operetur.*

2 *Nihil operatur quoad ad defectus non expreſſos.*

3 *Clauſula generalis reſtringitur ad ſpecificata.*

## CLAVSVLA 38.

*Obiectione prolis illegitimæ, &c.*

IN legitimationibus ad feuda, huiuſmodi clauſula † apponi conſueuit, 1 Obiectione prolis illegitimę, ſiue modo prædicto, ſiue alio conceptus fuerit, & quacunque alia etiam maiore, penitus ceſſante. Propter quam clauſulam, omnia vitia ſublata eſſe cenſentur, etiamſi narrata non fuerint, Ruin. in conſil. 68 num. 4. & in conſ. 73 n. 14. vol. 3. Gozad. in conſ. 48. num. 24. & in conſ 85. n. 23.

Sed certe, hæc clauſula nihil operatur quo ad defectus † in legitimatione non expreſſos, quoniam nimis generalis eſt, ita probat R. l in conſil. 89. num. 46 & ſeq. vol. 1. cum aliis per Menoch. de arbitrariis, caſu 203. numero 2

3 3.& generalis † expreſſio reſtringitur ad ſpecificata, Ruin in conſilio 88. numero 19. & ſequenti, volumine tertio, & vide Menoch. in conſ. 181. numero quinto, & plur. ſeqq. vide quæ ſcripſi infra in quarta parte, de clauſula generali.

SVMMARIA.

1 *Dominium dicitur tranſlatum per clauſulam: Ponens ipſum in locum ſuum.*

2 *Rei vendicatio non pertinet ad concedentem, qui poſuit alterum in locum ſuum.*

3 *Tertius quando opponit de iure alterius, etiam contra ipſius voluntatem.*

## CLAVSVLA 39.

*Ponens ipſum in locum ſuum.*

PEr conceſſionem cum huiuſmodi clauſula factam, ponens ipſum in locum, priuilegium, & dominium ſuum, ita quod inueſtituræ vim habeat, & realis, atque corporalis poſſeſſionis, & conſequutionis, ſtatim dominium
1 † tranſlatum eſſe dicitur, Bald. qui loquitur de Regno Apuliæ in l. prima, in fi. C. de rerum permutatione, & in prçludijs feudor. col. 6. verſic. certum eſt. Angel. in l. officium, num. 3. ff. de rei vendicatione, Alexand. in conſilio tertio, numero ſecundo, volumine quinto, & in conſil. 187. num. 17. volumine ſecundo, & Decius in conſil. 689. num. 20. Sed hoc procedit, vbi conſtat de mente concedentis, vt probat Dec. in conſ. 187. n. 4. Andr. in capit. 1. num. 3. & ſequen. Quid ſit inueſtitura, & propter vim huius clauſulæ
2 concedens † non poteſt vlterius bona conceſſa vendicare à tertio, quia obſtat defectus dominij in alterum tranſlati, etiamſi titulus tranſlationis fuiſſet inualidus, l. finali, C. de rei vendication. gloſſ. in libro cum ſeruum, C. de ſeruis fugitiuis: & poteſt opponi de iure tertij, † etiamſi ipſe tertius nollet, Bartolus in libro 2. columna prima, circa medium, ff. de excep. rei iudicatæ, gloſſa in libro indebiti. §. ſed etſi nummi, ff. de condictione indebiti, vbi Bartolus in fine illam ſequitur in feudo. 3

SVMMARIA.

1 *Conſenſus ſuper alienatione poteſt præſtari relatiue ad inſtrumentum.*

2 *Relatio ad inſtrumentum eſt expreſſio ſpecialis eorum quæ in eo continentur.*

3 *Conſenſus in alienationibus feudorum non eſt ſolemnitas formalis, ſed effectualis.*

4 *Impetratur etiam ante alienationem factam.*

5 *Præſtitus ſimpliciter, comprehendit intereſſe non expreſſum.*

## CLAVSVLA 40.

*Pro expreſſis habendo.*

ALiquando deciſum eſt, vt conſenſus Principis ſuper alienatione feudi præſtitus cum clauſula, pro expreſſo habendo, & ſic relatiuè † ad 1
inſtrumentum deſuper celebrandum, non valeat, niſi totus inſtrumenti tenor inferatur, vt atteſtatur Frec. in 2. libro de Subfeudis quæſtione 15. aſſenſus, numero 1. ſed contra hanc reſolutionem obſtant multæ iuris regulæ, videlicet, quod expreſſio per relationem ſufficiat, etiamſi requiratur ſpecialis narratio, l. omnes, C. de præſcriptione triginta annorum. Item generalis clauſula, quantum ad comprehẽſa in ea, ita ſingulariter illa complectitur, ac ſi ſpecialiter eſſet enumerata,

rata, l. ſi chorus, de legatis tertio, l. ſecunda C. de quadriennij præſcript.
2 Sed relatio † ad inſtrumentum eſt expreſſio eorum quæ continentur in inſtrumento, l. quarta, §. ſi prætor, ff. de re iudic. l. aſſe toto, ff. de hæredib. inſtituend. & ita firmat Freccia in ſecundo libro de Subfeud. quæſt. 15. altera ratio addi poteſt, quoniam huiuſmodi aſſenſus, qui requiritur in alienatio-
3 nibus † feudorum, non interuenit vt ſollemnitas eſſentialis, vel formalis, quia poteſt interponi etiam poſt actum in eſſe deductum ad illum confirmandum, ſed interuenit vti ſollemnitas effectualis, & ideo dicit Ioan. Faber, in §. non ſolum inſtitutionib. de leg. in ſine, quod huiuſmodi aſſenſus requiritur propter quoddam extrinſecum, & latius declarat Camerar. in l. Imperialem, ſuper illa quæſtione, vtrum aſſenſus retrotrahatur, fol. 89. ✠. tertia concluſio, & quamuis ſollemnitas ſit effectualis, tamen ideo actus ex defectu aſſenſus iudicatur nullus, quia lex vlterius procedit, annullando actum aliter factum. Et ideo dicit Camerar. in loco citato, & communiter ab omnibus concluditur, quod aſſenſus requiritur ad remouendum obſtaculum iuris prohibitioni ſuper alienatione feudalium, & ita quando per conſenſum obſtaculum legis prohibitiuæ eſt ſublatum intrat lex permiſſiua, vt vnuſquiſque poſſit alienare bona ſua, l. in re mandata, C. mandati.
4 Ideo ſolet impetrari † etiam ante alienationem factam, & tunc clauſulæ quæ ponuntur in aſſenſu, & pacto contrahentium ponuntur in inſtrumento, & in eodem aſſenſu etiam apponatur huiuſmodi clauſula Pro expreſſo habendo, & ſic relatiue ad inſtrumentum deſuper conficiendum, & ideo per Pragmaticam diſpoſitum eſt, vt expeditus ante actum non valeat poſt tres menſes, niſi infra eos actus celebretur, pro quo vide Io. Vincent. de Arma, Allegatione 55.

Et retenta concluſione pro vera, quod aſſenſus poteſt dari relatiue ad inſtrumentum deſuper feudalibus celebratum, vel celebrandum, remouendo iuris obſtaculum. Infertur, quod, ſi in aſſenſu nihil dictum ſit de intereſſe, † & in inſtrumento ita pactum 5
fuerit, quod ratione moræ debeatur, quod omnino debetur, quoniam Andreas in cap. 1 numero 8. circa medium, qui ſucceſs. teneantur, dicit aſſenſus intelligitur præſtitus prout ius intelligit, l. ſi cui ff. de ſeruitut. l. quamque. ff. de ritu nuptiarum, ideo non ſolum prodeſt emptori, ſed & eius hæredibus. Item licentia vendendi impetrata per Titium, comprehendit hæredem, Andr. in l. Imperialem, in 1. Additione, & quod eſt de natura contractus, non eſt neceſſarium exprimi, Andr. in capitulo primo, §. ſed nec eſt alia iuſtior, numero 38. verſic. nec eſt contra hoc, Quæ ſit prima cauſa benefic. amittendi: ſed ex natura contractus emptionis intereſſe venit ex mora debitoris l. mora, §. in bonæ fidei, ff. de vſur. l. in bonæ fidei, C. eod. tit. l. Lucius, ff. depoſiti, glo. & cæteri in §. actionum, inſtit. de actionib. Ergo comprehenditur intereſſe, & ita meis temporibus, dum eram Aduocatus Neapoli, vidi iudicari in Sacro Conſilio, in cauſa Marchionis Lauri cum Comite Sanctæ Seuerinę: & hanc ſententiam valde probant Camerar. in l. Imperialem, fol. 51. & ſeq. & Io. Franc. de ponte, in conſ. 76. per totum, quidquid ſcripſerit Freccia, in 2. lib. de Subfeud. quæſt. 20. & Afflict. in d. l. Imperialem, in notabili 12. quæſtione 8. hodie hoc iure vtimur, & ita paſſim iudicatur.

SVMMARIA.

*1 Hæredis nomen quos comprehendat.*

*2 Hæres in re certa, quomodo ſit hæres.*

3 *Hæredis appellatio in feudis, intelligitur de filio maſculo.*
4 *Et veniunt ſolum deſcendentes.*
5 *Femina, agnati & aſcendentes ſunt excluſi à ſucceßione feudi noui.*
6 *Feudum per ſe, & hæredibus, an ſit hæreditarium vel ex pacto.*
7 *Hæres ſi proferatur à lege, quomodo differat ſi proferatur ab homine.*

## CLAVSVLA 40.

### *Pro hæredibus.*

DE iure communi Romanorum, nomen hæredis † latiſſimum eſt,
1 & generaliter comprehendit omnes ſucceſſores, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento, vt declarat Petr. Gregor. in tract. de conceſſ. feudi, parte 4. quæſtion. 15. colum. 2 item reſpectu bonorum extrinſecorum, quæ non ſunt de corpore hæreditatis, verificatur e-
2 tiam in hærede ex re certa, † ita vt ſufficiat ſolius nominis demonſtratio, Angel. in l. ſi tibi decem, §. ſi pactus ſim. numer. 2. verſic. ſed ſi non eſt, ff. de pac. Gabr. in titulo de verb. ſignif. conclu. 3. numero 29. Guid. pap. deciſ. 458. num. 1. text. in l. 1. § illud, verſic. in locum, ff. quor. leg. Pariſ. in conſil. 67. numero 18. volum. 3. vbi ait ſufficere, eſſe hæredem particularem & ſingularem, Surd. in conſilio 108. numero 8. vol. 1. qui dicit communem.

Sed ſi de hæredibus fiat mentio in materia non tranſmiſſibili ad extraneos, tunc appellatione hæredis intel-
3 ligitur † de filio maſculo, cap. 1. §. & ſi clientulus, de alien. feud. c. 1. §. ſimiliter, de lege Corradi, c. 1 §. item ſi fuerint, Quibus mod. feud. amittatur, c. 1. in princip. de ſucc. feud. c. 1. apud quē, vel quos, c. 1. §. his vero de grad. ſucceſ. in feud. capit 1. De eo qui ſibi, & hæred. ſuis, cap. 1. de duobus fratr. à capitan. inueſt. c. 1. de eo qui finem fec. agnat. c. 1. de natur. ſucceſſ. feud. & per hæc iura hanc concluſionem probat Capicius in repetitione d. l. Imperialem, & ibi etiam Camerarius eandem probat per c. 1. §. ad hoc, & §. ſeq. Hic finitur lex, & per c. Titius. Si de feud. fuer. controuerſ. & per cap. 1. Si vaſſallus feudo priuetur, & per cap. 1. §. hoc quoque, de his qui feuda dare poſſ. & per c. 1. de feudo fœminæ. Item textus in §. profecto de lege Corr. expreſſe dicit, quod ſi quis habet feudum pro ſe, & hæredibus ſuis, intelligitur de hæredibus maſculis, quia hæc eſt natura feudorum de iure communi. Camerar. in d. l. Imperialem, fol 22. littera H, verſ. ex diuerſo, dicit, ſicut de iure cōmuni feudorum appellatione hæredis in feudo nouo venit deſcendens maſculus, quia hæc eſt feudi natura de iure communi, ita de iure Regni veniūt Fratres, quia hæc eſt natura feudorum de iure Regni, per Conſtitutionem incip. vt de ſucceſſionibus vt in feudo nouo ſuccedant fratres, pro quo vide Intrigliol. de feudis Centur. 1. quæſt. 49. numero 74 & plur. ſeqq Socin. ſenior, in conſil 12. numero 1. vol. 2 probat, hæredum appellatione † in hac 4
materia ſolum deſcendentes venire, & ideo dicit Bald. in c. naturales, de controu. inueſtituræ, quod ſi quis inueſtiat ſacerdotem, & eius hæredes, intelligitur de agnatis, quia ſacerdos non poteſt habere deſcendentes, Siluan. in conſil. 30. num. 9. allegat Bald. in capit. 1. De eo qui ſibi, vel hæred. maſcul. vbi argumento l. vt ius iurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert. dicit, verbum hæredibus in inueſtituris intelligendum eſſe, & ita fuit vſu receptum in tribunalibus, Cacheran. deciſ. ibi. Teſſaur. dec. 99. num. 25.

Optima ratio aſſignatur per Camerarium, tam in d. l. Imperialem, quam in c. 1. an agnatus, † quia de iure communi feudorum femina erat incognita, nec aſcendentes, nec tranſuerſales in

in feudo nouo admittebantur, ergo neceſſario filius maſculus intelligebatur ſucceſſor, & vox, (hæredibus,) apta comprehendere omnes hæredes, impropriatur ex natura rei,& ex mente agentis, vt dicit gloſſ. in d. Conſtitutione Regni, vt de ſucceſſionibus, quia dum non poteſt ſtare proprie, impropriabitur, vt declarat Camerar. in d.l.Imperialem fol.22.

Ex hac doctrina inferebat Bald.in d.c.1.de eo qui ſibi,vel hæredibus maſculis, quòd cum per vocem hæredes
6 † vocetur ille qui de iure ſucceſſurus eſt, ideo feudum habebit, etiam quòd non ſit hæres, quoniam erit ex pacto,& prouidentia, non autem hæreditarium,Dec.in conſ.188.colum. 2. verſ.non obſtante allegata, & in conſil.208.colum.3. & in conſil.395.num. 1.vbi dicit communem,Iaſ.in l.Gallus, §.etiamſi à parente, col.4.℣. ſecundo fallit, de liber. & poſthum. Calcan.in conſil.75.numero 5. Curt.ſen. in conſil.25.col.penult.verſic.circa primum. Corn. in conſil.199.col.15.℣. & propterea,volum.2.& conſil.169.colum.2. volum.1. Natt.in conſil.159.numero 5. & conſil.64.numero 4.vol.1. Multos alios ad hoc refert Intrigl.q.49.numero 149.

Sed certe iſta illatio Ciuiliſtarum non eſt bona doctrina feudalis, quia procedit tantum, quando verbum
7 (Hæres) profertur à lege, tunc enim non alterat rei qualitatem,& verbum, hæredibus,intelligitur de filiis,qui appellantur heredes honoris cauſa, vt docet Camerar.in dict.c.1.an agnatus, in 5.oppoſitione, & in prima quæſtio. numero 29.& ſeq. Sed quando verbum, hæredibus, profertur ab homine, videlicet à Domino inueſtiente,in ipſa erectione feudi, in ipſa inueſtitura, in qua inueſtitus voluit capere pro ſe,& hæredibus, & Dominus per contractum feudalem ita concedere,tunc opus eſt,vt qui ſuccedũt in feudis ſint hæredes vltimi morientis, vt docet Andr.in cap.1.§. huius autem generis, in quibus cauſ.feud.amitt. & in cap.1. §.quod ergo, De inueſtit. de re alien. fact. Et hanc differentiam conſiderauit Camerarius in d.l. imperialem, §. præterea,fol.95. per totum, quia dum profertur à lege, præſupponitur,quod non ſit conceſſio perſonalis,ita declarat Andr.in cap.1.& quia vidimus, De his qui feud. dare poſſ. & ideo verbũ, heredibus, intelligitur de maſculo, & ita non erit hæres in feudo.At ſi in inueſtitura ita expreſſum fuerit, tenebitur eſſe hæres in feudo,ſiue ſit filius,ſiue alter quicunque qui ad feudi ſucceſſionem peruenire vult: quam ſententiam vti veriorem firmarũt Camerar. in dicto §. præterea, fol.95.Ioan. Thom.de Marinis in Tractatu de generib. & qualit. feud.in titulo,de feudo hæreditario, numero 22.Intrigliol. in dict.quæſt.49. numero 79. Camill. de Curte in ſuo Diuerſorio iuris feudorum, §. multoties concedens num. 47.fol.46.ex quibus, & cæteris ab eiſdem allegatis apparet,hanc eſſe Communem Feudiſtarum ſententiam & veram, quidquid ciuiliſtæ ſcriptitarint.

SVMMARIA.

1 *Clauſula,pro legitimis hæredibus,intelligitur de venientibus ab inteſtato.*
2 *Et an faciat feudum hæreditarium, vel ex pacto.*

## CLAVSVLA 41.

### *Pro legitimis hæredibus.*

Iſta adiectio (legitimis) vocat tantum heredes venientes† ab inteſtato, non autem ex teſtamento, & ſic vocat heredes ſanguinis, non autem extraneos ad ſucceſſionem feudi, vt probat Petr. Greg.in tractatu de con- 1

ceſſ.feudi,parte 6.q.13.vbi etiam,quod vocat filium legitimatum per ſubſequens matrimonium, non autem legitimatum per reſcriptum Principis, & vide Intrigliol. in 1. Centuria, de feud.q.49. numero 25.& plur.ſeqq. &
2 an † hoc feudum ſit ex pacto, & prouidentia,vel hæreditarium, vide quæ ſcripſi ſupra eadem parte, in clauſula, Cui ius dabit.

SVMMARIA.

1 *Inueſtitura pro hæredibus in perpetuum, an faciat tranſire feudum ad hæredes extraneos.*

2 *Et quid in Regno Siciliæ per cap. Volentes.*

## CLAVSVLA 42.

*Pro hæredibus in perpetuum.*

1 ITem dictio (in perpetuum) † adiuncta hæredibus,facit feudum tráſire ad hæredes extraneos, vt probat Pet. Gregor. in tractatu de conceſſ. feudi, parte 4.q.3. verſic. item dicendum,vbi ait quod propter verbum,in perpetuum, inducta eſt forma larga feudi, ita vt ſit tranſitorium ad hæredes extraneos. Idem tenet in parte 6. q.6.non tam ex natura verbi, hæredibus, & ſequitur Intrigliol. in quæſt. 49.numero 57.& ſequenti, vbi etiam diſputat, quid ſi apponatur feudo, in quo viuatur de iure Francorum.

Sed contraria ſententia eſt verior, videlicet, quod huiuſmodi feudum non tranſeat ad hæredes extraneos,vt probat Io.Thomas de Marinis,in tractatu de generibus, & qualitate feudorum,in Rubrica de feudo,quod ita datur, numero 10.in fine, & numero
2 15. vbi limitat non procedere in terminis Capituli, Volentes Regni Siciliæ,& ita intelliguntur doctrinæ ſuperius allegatæ Dominorum Siculorum.

SVMMARIA.

1 *Inueſtitura facta tibi,& filijs,facit ordinem ſucceſſiuum per ſanguinem.*

2 *Conceſſio quando vna dicatur facta in perſona recipientis, alia in perſona cuiuslibet ſuccedentis.*

3 *In ſucceſſione feudi quæ proximitas attendatur.*

5 *Clauſula, Tibi, & filiis,facit feudum ex pacto,& prouidentia.*

## CLAVSVLA 43.

*Pro te,& filijs.*

SI in inueſtitura hęc clauſula poſita fuerit, † Tibi, & filiis, tunc videntur eſſe vocati limitate,quilibet de per 1
ſe, & vnus non poteſt præiudicare alteri ſucceſſuro, ex quo habuit dominium limitatum tempore vitæ ſuæ,& eo mortuo,ſucceſſiue erit deſcendentium ex perſona propria, virtute dictæ primæ inueſtituræ, quia omne ius mortui fuit exſtinctum, & reſolutum, & alij deſcendentes ex primo,veniunt ordine ſanguinis, & iure proprio poſt diem mortis illius,& prout quiſque eſt in gradu proximior.Ita concludit Andr. in cap.1.§.hoc quoque, de ſucceſſ. feudi,colum.3.& ibi Prępoſit. colum. 4.verſic. quæro quid ſi agnatus,& colum.5. verſic. quæro an omnes, Alexand.in conſ.38.col.2. verſic.alia ratione,volum.2.& in conſilio 10.colum.3. volum 5. & in conſilio 105. ℣. dico primo, & ℣.ſeq.volum.4. vbi probat hanc eſſe Communem opinionem,Imola,in conſil.9.colum.pen.verſic. & ſic patet, Bald. & ceteri in l.apud Iulianum, § ſi quis alicui, de legatis primo,Bal. in conſilio 371.volum.1.Socinus in conſilio 75.vol.1.Corn. in conſilio 199. col.18. volum.2. & in conſil. 100. volum.4. Dec.in conſilio 395. & conſilio 398.Calcan.in conſ.78.numero 14.

ro 14.& 17. vbi probat, quòd in hoc
2 caſu, vna conceſſio † dicitur facta in perſona recipientis, & alia in perſona cuiuſlibet deſcendentis, qui venit ex perſona propria, & ex iure quæſito generi maſculino, & iure mortalitatis, & firmat Andr. in titulo de inueſtit. de re aliena facta, ℣. quid autem, dicens, quod vnus non habet cauſam ab altero, ſed omnes à concedente. Item, agnatus non admittitur ad ſucceſſionem feudi, vt ex nunc, ſed vt ex tunc, & ſequuntur Doctores de Collegio Bononienſi, in conſil. 50. inter conſilia Curtii ſenioris, colum. 9. & 10. ℣. propterea, & verſ. pro cuius. Item, in ſuc-
3 ceſſione feudi † ſemper conſideratur origo: nam etiamſi per mille manus ambulet, ſemper vltimus eſt ſucceſſor primi acquiſitoris, & ab eo cauſam habet, à quo habet originem: Nam attēditur principium, & ſtipes, Bald. & alij, in cap. 1. §. ſi verò, De gradibus ſucceſſ. in feud. & in cap. 1. De eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis. Item in ſucceſ-
4 ſione feudi non attenditur † proximitas reſpectu illius perſonæ à qua vacat, ſed conſideratur proximitas, pactum, ſiue contractus illius, à quo feudum incepit, Bald. in conſil. 137. vol. 2. & ſatis eſt, quòd ab illo acquiſitum fuerit, qui fuit parens communis agnationis, Andr. in Conſtitutione Regni, incip. Si quando, Bald. & Angel. in d. l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui, de legat. primo, & Alexand. in conſilio 30. numero 7. volum. 1. dicit, quòd vno agnato decedente ſine maſculis, feudum tranſit ad alios agnatos maſculos, & finitur in perſona illius, qui ſine maſculis moritur, & aperitur agnatis, nec reuertitur ad dominum.

5 Et quod per huiuſmodi clauſulā † feudum dicatur ex pacto, & prouidentia, probat Schrader. de feud. part. 5. capitul. 2. numero 62. qui alios refert.

SVMMARIA.

1 *Verba dubia in feudis intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam.*
2 *Clauſula, pro ſe, & ſuis, facit feudum ex pacto, & prouidentia.*
3 *Inueſtiti in feudo, quando capiant per mortis cauſa capionem.*
4 *Clauſula pro ſe, & ſuis hæredibus non facit feudum hæreditarium.*
5 *Et quid ſi additum fuerit, & ſucceſſoribus.*

## CLAVSVLA 44.

*Pro ſe, & ſuis.*

VErbum ſuis admodum dubium eſt, ideo variam interpretationem ſortitum eſt: Sed quia in dubio verba † ſecundum ſubiectam mate- 1
riam interpretanda ſunt, l. 4. ff. de vſur. l. dāni infecti, in tertia, ff. de damno infecto. l. 1. §. ſi quis ſub conditione, ff. vt legatorum nomine caueatur, & in dubio ſemper feudum præſumitur ex pacto, & prouidentia, vt probaui ſupra in clauſula, Cui ius dabit, ideo apud omnes obtinuit, vt hæc clauſula, † Pro ſe, & ſuis, faciat feudum ex 2
pacto, & prouidentia, & ita probat Iaſon in l. Gallus, §. etiam ſi à parente, ff. de liber. & poſth. & ſequitur Schrad. de feud. parte 2. cap. 3. numero 32. Et tunc is qui eſt de ſuis, dicitur rem habere non à patre, ſiue alio acquiſitore, ſed à donante. Bal. in l. 1. in fine, C. per quas perſonas nobis acquiritur, Aret. in l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui colum. penult. de legat. primo, Galiul. in d. l. Gallus, §. quidam rectè, numero 28. & numero 34. Bero. in conſ. 55. numero 6. vbi dicit Baldi deciſionem eſſe notabilem, & num. 8 ampliat, etiāſi conceſſio facta eſſet contemplationem primi acquirentis, ſecundum Cōmuniter Doctores, vt ibi per eum: Et

ideo quod ex huiuſmodi conceſſione
3 conſequentur, dicuntur potius † habere per mortis cauſa capionem, non ab acquiſitore, ſed à concedente, vt dicit Bart. in l. mortis cauſa capitur, ff. de donat. cauſa mortis, ergo non vt heredes, vide Surd. deciſ. 324.

4 Si additum fuerit, Et heredibus ſuis, † comprehenduntur omnes deſcendentes in infinitum ordine ſucceſſiuo, & vocantur ex propria perſona, non autem iure tranſmiſſionis, vt poſt alios allegatos probat Balſaran. in titulo, De his qui ſibi, & hæredibus ſuis, num. 6. Item, ſi additum fuerit, & ſucceſſoribus ſuis, & ſumus in re non tranſitoria ad hæredes extraneos, non tranſibit, ſed ad deſcendentes reſtringenda eſt, ex magis communi opinione, de qua per Caualcan. in deciſione 31. numero 374. & pluribus ſequentibus parte ſecunda, qui plurimos ad hoc allegat.

## SVMMARIA.

2 *Inueſtitura pro heredibus quibuſcumque reſtringenda eſt ad heredes habiles.*

2 *Non permittit feudum tranſire ad Eccleſiam, neque ad mutum, & ſurdum, neque ſpurium, neque feminam.*

3 *Feudum receptum pro hæredibus quibuſcumque eſt omnino hæreditarium.*

4 *Et poteſt tranſire ad deſcendentes ex feminis.*

5 *Vxor quando poſſit admitti ad ſucceſſionem feudi.*

6 *Inueſtitura facta ab homine pro heredibus quibuſcumque nullam recipit reſtrictionem.*

## CLAVSVLA 45.

*Pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque.*

QVæſtio ſatis controuerſa eſt, vtrum per inueſtituram, Pro heredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque factam, ſuccedant hæredes extranei in feudis. Et plurimi, atque grauiſſimi viri firmarunt, huiuſmodi largam † in- 1
ueſtituram reſtringendam eſſe ad hæredes habiles, Bal. in l. cum virum, numero 21. in fine, C. de fideicom. gloſſ. in l. 2. §. quod ait pretor, in ver. facultates, ff. qui ſatiſd. cogantur, capit. 1. verbo declaramus, de iureiur. libro 6. l. & ſi inſtrumenta, vbi gloſſ. in verbo, probationibus, & ibi Bald numero 3. C. de fide inſtrument. lib. 10. Alexand. in conſil. 30. col. 4. verſic. octauo, quia vaſſallus, volum. 1. Martin. Laudenſ. & Præpoſit. in capit. 1. circa finem, Qualiter feud. olim alienari poteſt. Dec. in conſil. 185. numero 4. Canetius in Extrauagante, Volentes, §. idem videtur, num. 9. vbi tenet, feudum non tranſire ad Eccleſiam, † neque ad clericos, Ioan. Thom. de Marin. in Tractatu de gener. & qualit feud. Rubrica de feudo, quod ita datur, vt is habeat, num. 11. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem, Canet. in Extrauag. Si aliquẽ, §. ſed non eſt admittenda, numero 8. vbi quòd non obſtante dictione, Quibuſcumque, & forma prędicta, nõ ſuccedit in eo mutus, & aliter imperfectus, Bald. in cõſilio 207 col 2. volum. 2. vbi quòd ſub tali forma inueſtituræ non comprehenditur ſpurius, nec corpore vitiatus, Petr. Gregor. in Tractatu de conceſſ. feudi, parte 6. queſtion. 7. in princip, Menoch. in conſil. 61. numero 25 Albert. Brun. in conſilio 115. colum. 2. verſ. Plus eſt, vbi quod non veniunt feminę. Ferret. in conſilio 120. numero 1 volum. 1. vbi quòd tantum veniunt deſcendentes ab inueſtito: & probat hanc eſſe veram & Communem opinionem. Teſſaur. in deciſion. 99. numer. 22. & ſeq. & deciſ. 127. numero 9. ✠. tamen contrariam.

Contra-

Contrariam verò ſententiam firmarunt Baldus in c.1.§.donare numero 4.qualit.olim feud.alien.poteſt Albert.Brun.in conſ.6. num.7. Afflict.in Conſtitutione Comes, & Baron. numero 98.& in deciſion.386.numero 5. Curt.in tractatu de feud.parte 3.quæſtion.penult.verſic.tamen ſecunda, vbi ait, eſſe Communem opinionem, & propterea poſſe etiam ſuccedere Eccleſiam, Ioan.Thom.de Marinis in tractat. de gener. & qualit. feud.Rubrica, de feudo omnino hæreditario, numero 5 & numero 8. vbi quod feu-
3 dum receptum † cum huiuſmodi clauſula dicetur omnino hæreditarium. Villalobus in commun.opinion. littera F.numero 22.vbi quod propter huiuſmodi inueſtituram feudum poteſt tranſire ad feminam, & probat hanc eſſe communem opinionem. Suarez. in Commun. opinion. littera F. con-
4 cluſ.34. vbi quòd feudum † poteſt tranſire ad deſcendentes ex feminis, & atteſtatur eſſe Communem opinionem, Clar.in §.feudum, quæſtion.9. vbi atteſtatur de magis communi. Beccius in conſil.18. numero 2. & ſeq.
5 vbi probat, quod etiam vxor † admitti poteſt. Plurimos alios omitto Doctores, quos cumulat Intrigliol. de feud. Centuria 1.quæſtion.50.à num.127.infra per plures chartas.

Sed pro concordia datur diſtinctio, quòd prima opinio procedat in diſpoſitione legis, ne inducatur aliarum legum correctio, quæ euitanda eſt: Secunda vero procedat in diſpoſitione hominis, quia tunc ceſſante ratione, ne inducatur correctio, inueſtitu-
6 ra † cum huiuſmodi clauſula nullam recipit reſtrictionem, & hanc opinionem tenuit Bald.in l.Imperialem, numero 19. De prohibita feudi alienat. per Federic. in l.finali, C.fine cenſu, vel reliq.in l cum virum, num.11.C.de fideicommiſſ. in l.1.quæſt.32. ff.de rerum diuiſ. & ſequitur Alexand.in l.ſi patroni, numero 15. ff.ad Trebell. & in l.Gallus, §.etiam ſi parente, numero 4.verſic.hoc autem fallit, ff.de lib. & poſthum.& ibi Iaſon numero 17. qui dicit hanc eſſe Communem opinionem, Abb.in conſ.3. dubio 3.volum.2. Felin.in c.in præſentia, numero 44.℣. fallit iſta concluſio, de probat. Albert. Brun. in conſilio feudal.10. qui dicit hanc eſſe Communem opinionem, Ripa multos cumulat, & pariter Cõmuné atteſtatur in l.ex facto, §.ſi quis ita, num.16.ff.ad Trebell. diffusè per Crauettam in conſil.256.col.finali, & Camerarius latiſſimè diſtinguendo, & plurimos allegando, ita firmat in l. Imperialem, fol.28.℣. amplia ſexto, & hanc eſſe receptiſſimam ſententiam probat Clar. §.feudum, quæſtione 19.

SVMMARIA.

1 *Feudum tranſit ad hæredes extraneos per clauſulam, & quibus dederis.*

2 *Alienatio feudi quando fieri poßit ſine nouo conſenſu.*

3 *Clauſulæ quæ æquiparentur clauſulæ, Et quibus dederis, & num.6*

4 *Conceßio in feudum cum clauſula, Nihil reſeruantes quod feudum faciat.*

5 *Clauſula, Et cui legitimè dederis, quid operetur.*

7 *Clauſulæ quæ ſint contra naturam feudi.*

## CLAVSVLA 46.

*Pro te, & cui dederis.*

HÆc clauſula, † Et quibus dederis, facit, vt feudum tranſire poſſit ad hæredes extraneos, & de eo vaſſallus ſine conſenſu Domini teſtari poſſit, Laurent. Kirchouius in tractatu commun.opinion. Centuria 1

ſecunda littera F.concluſ.42. num.51. & quod ideo poterit vendere, donare,& alienare,& concluſ.48.diffusè etiam eandem ſententiam, veluti communem probat Camer. in l.Imperialem,fol.29.colum.2.littera F. Crauetta in conſilio 84.nu.11.vbi quòd con-
2 ſenſus † domini fuit datus ab initio in ipſa conceſſione feudi, per huiuſmodi clauſulam,Et quibus dederit.Capicius in ſua inueſtitura, Rubrica Feudorum clauſulæ, ℣. pro ſe, vbi etiam negat probabilius eſſe, emptorem liberum eſſe à Laudemio, Clar. in §. feudum quæſt.46.circa finem,& queſtion.31.℣.vlterius quero,Ioan.Thom. de Marin. in tractatu de generibus & qual.feud. Rubrica,de feud. quod ita datur,vt is habeat,numero 2.3.7.& 14. Cumias in præludiis capituli, Si aliquem,numer.88.Petr. Gregor.in Tractatu de conceſſ. feudi, parte 6. quæſtion.7.

3 Idem ſi fuerit † dictum, Pro te,& ſucceſſoribus quibuſcumque, quoniam huiuſmodi clauſula æquipollet clauſulæ,Et quibus dederis,Camerar. in d.l.Imperialem, d.fol.29. Idem, ſi fuerit dictum, pro te, & habentibus cauſam à te.Camer.ibid. Idem,ſi fuerit dictum, transferentes omnem actionem vtilem,& directam,quoniam huiuſmodi verba denotant, quod ſit feudum datum in Burgenſaticum.Sed ſi in priuilegio apponatur clauſula,In
4 feudum,† nihil nobis reſeruantes,tūc erit feudum non habens propriam naturam feudi, Alexand.in conſ.24.numero 11.volum.5. Capic.in d.Rubric. Feudorum clauſulæ verſic.transferentes, quia conceſſio alteratur per Pactum, Pernus in conſilio 4.colum. finali, circa princip. quos ſequitur Balſaran. in titulo de feudo non habente propriam naturam feudi,num 14.

Sed ſi cum hac clauſula fuerit additum verbum,legitime † videlicet, Et quibus legitimè dederis, tunc non alteratur natura feudi, Menoch. in conſilio 514. numero 8.& 15.Valaſch. in Tractatu de iure emphyt. quæſtio. 38.num.23.

Huic clauſulæ æquiparantur aliæ, videlicet, Pro te, † & cui volueris,Io. 6
Thom.de Marin.in Rubrica, de feudo quod ita datur,numero 9.in fin.& numero 13.Canet.in Extrauag.Volentes,§.explicitis,.numero 8.& 19. Hieronym. Garzon.in Tractatu de feminis recipiendis,vel non recipiendis ad feuda. Idem ſi fuerit conceſſum ad dandum, & alienandum inter viuos, vel in vltima voluntate,Capic. in deciſione 64.numero 3 Ioan.Thom. de Marin.in d rubrica,de feudo quod ita datur numero 18. Idem ſi fuerit datum pro ſe, & quibus iura ſua concedere voluerit, vt poſt alios probat Intrigliol.in d.Centuria 1.quæſtione 50. numero 186. Sed certè huiuſmodi clauſulæ † videntur contra naturam 7
feudi,vt dicit Iacob.Ardizon.in Summa feudali,titulo, Quæ ſit natura feudi circa medium, & probat Balſaran. in d.titul.de feud. non habente proprietatem feudi, numero decimoquarto in principio.

SVMMARIA.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo.*
2 *Et quando fallit.*
3 *Habet locum in feudo paterno.*
4 *Etiamſi fuerit renouata inueſtitura vti de feudo nouo.*

## CLAVSVLA 47.

### *Pro fratribus, & eorum liberis.*

CVm inueſtitura de feudo nouo duobus fratribus facta eſt in eiſdem locum † non habere ius accreſ- 1
cendi,

cendi, vt eſt textus in cap.1.de nouo benefic.inueſtitis, & 1.in fine, de ſucceſſ.feudi,& c.2.de feudo Marchiæ,& c.1. de benefic.fratris. & ſcripſi ſupra in eadem parte 2. Clauſula 9.ſed ſuccedit directus dominus,niſi fuerit ap-
2 poſita altera clauſula,† quod vnus alteri ſuccedat,vt probat Bald.in conſilio 161. numero 2 in feudo † autem
3 paterno ſecus eſt, quoniam inter eoſdem fratres ius accreſcendi locum habere,eſt text in cap.1.§.cum vero Corradus,de his qui feud.dare poſſ.& notant feudiſtæ in d.c.1. de fratribus de nouo benefic.inueſtit,& cap.1.de ſucceſſ.fratr.& grad.ſucceſſ.in feud.& ita tenentibi Andr. Iacob. de Belloüiſ. Bald.& ceteri in cap.1. de feudo Marchiæ,Iacob.de Bellouiſ.in cap 1.de eo, qui ſibi,& hæredibus ſuis, Bartolus in l.ſi mihi,& Titio,ff.de verb.oblig.Angel.in conſilio 106. Alexan in conſilio 29.& conſilio 30.vol.1.quia ipſi ſuccedunt ex ipſa inueſtitura fratris Et hoc verum † eſt, etiamſi filij inueſtiti fue-
4 rint de feudo paterno, tanquam de feudo nouo,vt plene notatur in cap.1. de vaſſallo decrepitæ ætatis, & ſcribit Socin. in conſilio 66. in primo dubio, volum.3.

SVMMARIA.

1 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium,quando ſuccedit ad feuda.*
2 *Clauſula pro legitimis, & ex legitimo matrimonio natis, quomodo intelligatur.*
3 *Feuda ruſtica quæ ſint, & quid pro eis ſoluatur.*
4 *Legitimatus ad feuda nobilia,non cenſetur ad feuda regalia.*
5 *Legitimatus per ſubſequens ſuccedit ad feuda ſi interuenit conſenſus Principis,& num 8*
6 *Princeps poteſt legitimare etiam in præiudicium agnatorum,& n.9*
7 *Primus acquirens poteſt præiudicare etiam vocatis in inueſtitura.*
10 *Legitimatus ad feuda regalia,cum conſenſu Principis,an excludat eum,qui primo legitimus natus erat, & numero 15*
11 *Legitimatio debet facere mentionem de filijs legitime natis.*
12 *Clauſula, feudi natura in aliquo non mutata,quomodo intelligatur.*
14 *Maioratus ſucceſſio, quomodo differat à feudo.*
15 *Legitimati per ſubſequens habent omnes effectus iuris.*
16 *Et poſſunt fieri Epiſcopi.*
17 *Admittuntur ad emphyteuſim eccleſiaſticam.*
18 *Excludunt ſubſtitutum.*

CLAVSVLA 48.

*Pro legitimis ſucceſſoribus, & ex legitimo matrimonio natis.*

Legitimatus per ſubſequens † matrimonium ita verè legitimus eſt, 1
vt etiam ad feuda ſuccedere poſſit, prout hanc concluſionem firmarunt Andr.in c.1.§ naturales,numero 7.Aluarott. numero 8.Affl.& numero 18. Balſaran.num.13. Martin. Laudenſ.in tractatu de primogenit. colum. 9. Gulielm.de Perno.in conſ 10. Iaſ.in l.generaliter,§.cum autem numero 9.C. de inſtit.& ſubſtit. Socin.in conſilio 3. numero 16.vol.3. & eſt Communis opinio,vt probat Anton.Gabriel. in titulo de legitimation.concluſ.1.numero 21.qui multos refert. Et ita fuit deciſum in Camera Imperiali, Myſing. Obſeruatione 42.Centur.2. Item, in Rota Romana deciſ.1193.parte 3.lib.3. in Nouiſſimis. Item in Senatu Burdegalenſi, vt per Boer. deciſione 12. & Pariſiis fuit latum Arreſtum,vt atteſt. Benedict.in c.Rainutius,nu.24 de teſtamentis.

Et geminatio huius clauſulæ, Pro
2 legitimis, † & ex legitimo matrimonio natis, nihil operatur, quia ſemper huiuſmodi coniunctio, reſoluitur in diſiunctiuam tanquam poſita inter genus,& ſpeciem ad notata in Rubrica, C.de inſtitut.& ſubſtit. & ita probat Oddus in Tractatu de Subſtitutione compendioſa, parte 6 in fine, in verſ.o, an legitimati, & ex multis aliis probat Burſat. in conſilio 10. numero 9.vol.1.

Sed vt huiuſmodi reſolutio apertior fiat,diſtinguendum eſt, quoniam feuda alia ſunt ruſtica, alia nobilia, & hæc alia ſunt nobilia in genere, alia in ſpecie, vt Ducatus, Comitatus & ſimiles.

3 Feuda ruſtica, † alio vocabulo appellantur Actenaſiæ,Gloſſa in Conſtitutione Regi,vt ſucceſſionibus: Aliqui Feudiſtę appellant ea Manſum, Aliqui Colibetum, Paris de Puteo, in Tractatu de Reintegratione feudorum, in titulo de verb ſign.ꝟ. Actenaſiæ, & iſta non cenſentur propriè iure feudi, & contribuitur de eis in collectis, & generalibus ſubuentionibus. Luc.de Penna,in l.1.C.de imponend. lucral.deſcript.lib.10. Nec ſunt propriè feuda,quia de eis non debetur fidelitas, ſed habent naturam emphyteuticam, & plerumque conceduntur pro annuo cenſu,& ad meliorandum, vt probat Andr.in c. ſi quis per triginta annos,Si de feudo fuer controuerſ. inter dom. & agn. Et in huiuſmodi feudis concluſio eſt clariſſima, quòd poſſint ſuccedere legitimati,quoniam non cenſentur proprio iure feudi, quantum ad ſucceſſionem, vt probat Luc.de penna, l.quicumque colum.2. C.de omni agro deſerto,libro 12. Andr. in Conſtitutione Regni, Si quando. Et ita ſi per Reſcriptum Principis eſt legitimatus ad feuda, intelligitur ad iſta tantum, non autem ad feuda dignitatum, Bald.in Leam quam, numero 4.C.de fideicommiſſ.& numero 42.dicit, non cenſetur legitimatus ad feuda nobilia, Tiraquell.de nobilit. capitulo 23. numero 18. Freccia in libro 3.de Subfeud.titulo de differentiis inter feuda Regalia, & Nobilia.

Alia ſunt feuda † Nobilia in genere,& iſta ſunt,quæ habent vaſſallos,& 4
propter iuriſdictionem, quam exercent,feudatarij fiunt Nobiles,Andr.in 1.Rubr.feud.num.9. vbi quòd feuda dant Nobilitatem, ſiue dant paradogium,Andr.in cap.1.§ ceteri,colum 2. Quis dicatur Dux, vbi quod feudum Nobile dicitur, quod habet vaſſallos. Natta, in conſilio 562. Idem ſi Princeps concedere feudum ſub appellatione Nobilis, & Gentilis, Lucas de penna,l.mulieres,colum.2.verſ. quarto ex comitatu, C.de digni.li.10. Andr.in cap.1.§ perſona numero 13.in fine, Per quos fiat inueſtit. Cepoll. in Tractatu de Imperatore milit. deligendo, §. Nobilitatis, numero 22. Et legitimatus ad feuda Regalia, Liparulus in additionibus ad Andr. ſuper d. § Naturales, Si de feudo defuncti milit.controuerſ fuerit.

Alia ſunt feuda Regalia, vt Ducatus,Comitatus,Marchionatus,de quibus per Frecciam, in 3. libro de Subfeud.titulo,de Differentiis inter feuda Regalia, & titulata, de quibus etiam loquitur l.Imperialem §.præterea Ducatus, vbi quod fructus feudi Regalis non diuiduntur inter hęredes,quia ſolus primogenitus ſuccedit.

Item notandum eſt, quòd vt legitimatus per ſubſequens matrimonium
poſſit ſuccedere ad feuda,† requiritur 5
conſenſus Principis, vt ſcribit Salicet. in quodam ſuo conſil. incip. Comes Palatinus, & in quadam ſua diſputatione incipiente,Mediolanenſis,quem refert Gloſſator Pariſieñs in §.1.gloſſ.

1.num.

1.num.38.queſt.8.Alexand. in conſilio 90.colum.1.vol.2.Anton.de Roſell.in Tractatu de Legitimatione, libro 2. col.penult.verſic. ſed vlterius Præpoſit.in c.per venerabilem, §. quod autem,num.61.✠.ſed quæro. Freccia, in libro 2.de Subfeudis, authoritate 31. Socin.in conſ.3. numero 20. volum.3. Boer.deciſione 123.num.5. Socin.iun. in conſil.95 num 92.volum.3.Cephal. in conſil.23 num.45 vol.1. Et ratio eſt quia Princeps poſitiua limitat, quando vult, Authent. Quibus mod.natur. effic.ſui, § fin. & de inhabili facit habilem l.quidem, ff.de re iudic.l.quæris,ff.de natal.reſtitut.& poteſt omnia iura tollere quando vult, dummodo non offendat legem Dei, l.finali, C.ſi contra ius,vel vtilitat.publicam, l.ſi adulterium cum inceſtu, § idem Pollioni ff.de adulter.

6 Et poteſt hoc facere † etiam in præiudicium agnatorum vocatorum in inueſtitura, quia ipſe eſt dominus, vt probat Andr.in d.c.naturales,num. 3. dummodo hoc faciat ex certa ſcientia,quia priuilegium ſuo ſubdito conceſſum ad ſui libitum reuocare poteſt, quoniam ipſe acquiſitionis cauſa fuit, Canoniſtæ,in cap.quæ in Eccleſiarum de Conſtitutionibus.

Item ſuper hoc diſtinguendum eſt: Aut agimus de feudo nouo, aut de feudo antiquo, neque vlterius diſtinguo,an ſit antiquum hereditarium,vel antiquum ex pacto, quia etiam feudū antiquum poteſt eſſe hæreditarium,& tamen ſuccedunt agnati ex pacto, ſed illud habere non poſſunt niſi cum qualitate hereditaria,vbi probat Ioan. Thoma, de Marin.in tractatu de generibus,& qualitate feud in ti.de feudo ex pacto, & prouidentia antiquo.

7 In feudo nouo poteſt † primum acquirens etiam vocatis in inueſtitura præiudicium inferre, Bald.in cap.primo, in fine,de vaſſall. decrepitæ ætatis,vbi quod ita diſponebatur in quodam capitulo, quod ſub eo titulo legebatur, licet hodie non habeatur, Afflict.in cap.1.§.hoc quoque, numero 42.de ſucceſſ.feud.& in c.1.numero 7 & numero 9.& ſeq. verſic.1.caſu,& numero 11.verſ.tertio caſu, & ibi Aluarott.numero 8.Andreas num.9. de alienat.feudi paterni, Afflict.in cap.1. §.ſi Titius, ante numerū ſecundum. ſi de feudi defuncti milit. controuerſ. fuerit,& in deciſion.112.numero 6.& in deciſion.134.in fin. & in deciſ. 248. Et in huiuſmodi feudis nouis,id eſt,de nouo quæſitis, etiam ad fauorem agnatorum, Princeps directus dominus poteſt conſentire alienationi per ipſum primum acquirentem factæ, etiam in præiudicium agnatorum, Affl ct.in dicta deciſione 112.numero 6. & in deciſ. 241. numero 1. Item hoc procedit, etiamſi Princeps conceſſiſſet feudum nouum ex pacto, & prouidentia,contemplatione filiorum,vel agnatorum primi acquirentis, quoniam nihilominus primus acquirens præiudicium illis facere poteſt, Affl.in cap.1.numero 10.verſic primo caſu,de alienatione feudi paterni, Andreas ibidem numero vndecimo, & numero 13.

Ergo ſi pater legitimet filium per ſubſequens † matrimonium cum cōſenſu directi domini feudi, talis legitimatus ſuccedet ad feuda, etiam in præiudicium agnatorum, & vocatorum, non quidem de iure communi, ſed ex vi diſpenſationis ipſius Principis, qui conſentiendo facit gratiam, Andr.in cap.1 §.de inueſt.de re aliena facta,& prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis,arg.l.fin.C.de pact. conuent l.fin. C. ad exhibend. gloſſ. magna,in l.2.C de iure emphiteutico, Rota deciſ.385.numero 3.& ſeq.parte prima in Nouiſſimis. 8

9 In feudo antiquo † aliter dicen-
dum eſt, quia niſi Princeps derogat
iure quæſito, quod ex certa ſcientia
facere poteſt, vt probat Andr. in d.c.
naturalis.num.3.& ſeqq.in dubio de-
rogaſſe non cenſetur, l.cum auus, C.
de emancipat.liberorum,l.3. §. ſi quis
à Principe,ff.ne quid in loco publico.

In feudis Regalibus,in quibus ſuc-
cedit primogenitus,quæſtio eſt vtrum
10 natus naturaliter ,legitimatus † per
ſubſequens matrimonium cum con-
ſenſu Principis,etiam ad feuda Rega-
lia, excludat eum, qui primo legiti-
mus,& naturalis natus eſt, quam diſ-
putant Io.Andr.in Regula,ſine culpa,
in 2.quæſt.principali,de regul. iur.lib.
6.Tiraquell. in tractatu, de iure pri-
mogenit.quæſt.34.per totam, Præpo-
ſit.in c. per venerabilem, § quod au-
tem,num.33.& ſeq.Qui fil. ſint legiti-
mi.Iaſ.in l.Gallus,§.& quod ſi tantum,
n.89.ff.de liber.& poſthum. Sed quia
ſupra concluſum eſt, omnem huiuſ-
modi ſucceſſionem conſiderandam
eſſe à voluntate Principis conceden-
tis,ideo niſi Princeps directus domi-
nus conſentiret etiam in præiudi-
cium agnatorum,vt dictum eſt, com-
muniter receptum eſt, vt natus pri-
mo legitimus, & naturalis excludat
primo natum naturaliter tantum, ſed
poſtea legitimatum : quam concluſio-
nem firmarunt Goffred.in Summa,in
tit.Qui filij ſint legitimi,§ 2. Hoſtienſ.
in Summa eiuſdem tituli, in §. quod
ſi quis natus.Richardus Malumbra,in
quadam ſua diſputatione incipiente:
In quibuſdam Prouincijs,Io. Andr.in
d.cap.ſine culpa, qu.2.quem ibidem
ſequitur Franch.Bartol.in l. penult.§.
vxor, & ibi Bald. & Imola, ff. ſolut.
matrim.Albert.Ioan.Fab. & Bald. in
l.cum quis,C.de naturalib. liber. An-
gel.in §.ſi quis igitur,in authent. quib.
mod.nati effic.legitimi,& in §. ſi vero
ſolummodo, Authentica Quibus mo-
dis nati efficiantur ſui.Paul. de Caſtr.
in l.Pomponius,§. quæſitum in lectu-
ctura Paduana,ff.de acq. poſſ.& in l.
naturaliter,in princip.in lectura Bo-
nonienſi.Tiraq. qui plurimos ad hoc
allegat,in d.quæſt.34 & in l.boeus, §.
hoc ſermone,regula 4.num.8.&num.
18 ff.de verborum ſignification.

Quando pater habet filium pri-
mogenitum legitimum,& naturalem,
& primo natum illegitimum, quem
vult legitimare, ſi de illo mentionem
non facit,legitimatio † eſt nullius ro- 11
boris,quia non ſunt ea narrata, quæ ſi
Princeps ſciuiſſet,aut non conceſſiſſet,
aut difficilius,ad not.in cap. ſuper lit-
teris,&c.ad hæc,de Reſcript. & obre-
ptio,vitiat gratiam,quẽadmodũ ſubre
ptio vt ibi not.& in c.poſtulaſti, & in
c.ceterum eod.titul.ad quod cognoſ-
cendum attendimus ſtylum Cancel-
lariæ ipſius Principis. Lapus Allega-
tione 80. qui non ſolet in præiudi-
cium aliorum legitimare, atque ius
quæſitum auferre.

Si pater expreſſerit naturam feudi
talem exiſtere, in quo primogenitus
ſuccedat, & propterea etiam agnati
vocentur,tunc vt legitimatio, & gra-
tia Principis valida ſit, non ſolum re-
quiritur conſenſus Principis, ſed etiam
conſenſus proximioris agnati, vt eſt
caſus in c 1 de alienatione feudi pater-
ni,& probat Afflict. in d. c. 1. §. hoc
quoque,ſi pater habet filios legitimos
& naturales, & vult legitimare illegi-
timum etiam ad feuda,de illis illegiti-
mis narrare debet,Io.And. in additio-
nib.ad Specul.in tit.de ſucceſ.ab inte-
ſtato § 1.ỷ.ſed ex facto. Alex. in conſ.
25.col 2.& conſ.67. col. penult. vol.1.
ſed legitimatio per Reſcriptum nõ fit,
niſi liberis nõ exſtantibus, §.ſi quis ve-
ro,Auth.quib.mod.nati effic.legitimi,
& § ſi quis ergo,Auth.Quib.mod.nati
effic. ſui, ergo omnis per Principem
facta legitimatio tacitam habet condi-

tio-

tionem, ſi legitimos non habuerit, vt firmarunt Communiter Repetentes, Socin. Crot. Ruin. Galiaula, & ceteri, in d. §. & quid ſi tantum.

Item, quia Princeps ſemper concedit gratiam ad feudalia, cum Clauſula,
12 Feudi natura † in aliquo non mutata, itaque non intendit mutare formam in prima conceſſione appoſitam, videlicet, vt ſuccedat primogenitus legitimè natus, nam ex mutatione dictæ formæ, aut natura feudi fieret deterior, aut fieret ius alterius deterius, & propterea apponuntur clauſ. Feudi natura mutata. Item, Iuribus Curiæ, & alienis ſemper ſaluis, de quibus ſcripſimus ſupra in locis proprijs. Natura feudi idem eſt, quod lex feudi, Bald. in conſil. 275. vol. 2. & ita intelligitur Titulus, De natura feudi, Zaſ. in Epitomat. feudal. in 12 parte, De feudis de generātibus: Si igitur pater habet feudum ſub hac natura, vt vadat ad
13 primogenitum legitimè natum, † non poteſt legitimatio, ſiue per ſubſequēs matrimonium, ſiue per reſcriptum Principis, hoc efficere, vt eat ad primo natū illegitimum, & poſtea ita legitimatum tanquam ſi Principis conſenſus non acceſſiſſet, & ex defectu voluntatis. Rota deciſ. 525. parte prima in Nouiſſimis. Item illud verbum dictæ clauſulæ (in aliquo non mutata) refertur etiam ad minimum, vt ſingulariter tradit gloſſ. in Clement. prima, verſ. aut eorum, De foro compet. Barbatia, in conſil. 44. volum. 4. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in fine operis, C de reuocand donat. Cùm pater legitimat primo natum ex concubina, videtur plus illum diligere, quam primo natum legitimum ex muliere nobili, vt not. in l. 1. ff de donationibus. Sed primo natus legitimus plus diligitur à directo domino feudi, quia ipſe ex forma inueſtiturę admittitur: ergo non eſt veriſimile, quod Princeps legitimando, ſiue legitimatione per ſubſequens matrimonium conſentiendo, illi præiudicium facere voluerit, præſertim ſi idem Princeps non ſit ſolitus huiuſmodi præiudicium contra ius alterius inferre, l. cum auus verſ. nec iniuriam. C. de emancip. liber.

In maioratu diuerſa ratio eſt, quoniam non mutatur natura maioratus 14
† ſi in eo ſuccedat legitimatus per ſubſequens, nullum intereſſe Principis directi domini conſideratur, & intereſſe vocatorum conſideratur de iure communi Romanorum, quo iure 15
ita legitimati † ſunt filij proprij. Item, ſunt ſui. Item in poteſtate patris. §. dubitatum, in Authent. de inceſt. nupt. §. finali, in Auth. de triente, & ſemiſſe, & in Auth. quibus modis nati efficiantur legitimi, in principio, l. cum quis, & l. nuper, C. de natur. liber. §. quibus, in Authentica de hæredibus ab inteſtato venient. §. ſi quis igitur, Authen. Quibus modis natur. effic. ſui, c. tanta, qui filii ſint legitimi, & c. innotuit de electione. Et legitimati per ſubſequens matrimonium perinde habentur ac ſi matrimonium fuiſſet verè contractum ab initio, d. § dubitatum Authent. de inceſt. nupr. Et ideo admittuntur † 16
ad Epiſcopatum ſicut illi, qui vere legitimati ſunt in dicto capitulo innotuit, & ibi Gloſſ. in verſ. coniugata declarat. Item admittuntur † ad emphy- 17
teuſim Eccleſiaſticam, Ioan. de Imola, in l. quod dicitur, col. antepē. de verb. oblig. Anch. in conſ. 241. Iaſ. in d. l. generaliter, §. cum autē, n. 10. C. de inſt. & ſubſtit. Rimin. in conſ. 47. n. 5. vol. 3. quod non eſt in legitimatis per reſcriptum: Ruin in conſilio 140. vol. 1. & cōſ. 164. & 186. vol. 1. & cōſ. 72 v. 2. itē legitimati † per ſubſequēs matrimo- 18
niū, excludūt ſubſtitutū ſub illa cōditione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, prout eſſe communem

opinionem probat Iaſ.in d. l. generaliter §.cum autem, C de inſt. & ſubſtit.cum plurimis ad hoc alleg.à Tiraquell.in l.ſi vnquam numero 86 C.de reuoc.donat.& ita fuit deciſum. Boer. dec.159.numero 20.item ſtante ſtatuto excludente feminas propter maſculos,legitimatus per ſubſequens matrimonium excludit feminas, Ant. de Butr.in d.c.per venerabilem, ver. ſed poteſt eſſe dubium, qui filij ſiat legit. Bal.in l.eam quam, numero 26 & in l.cum acutiſſi ni,nu.7.C.de fideicom. Iaſ.in l. 2. C. de fideicom. Natta in c. quamuis de pact lib 6.alios allegat ad hoc Tiraquell. in d.l.ſi vnquam, verbo,ſuſceperit liberos, num 82.in quibus caſibus ſemper conſideratur intereſſe aliorum,& tamen de communi huiuſmodi legitimatus admittitur, ergo idem in maioratu dicendum eſt, cum maxima differentia exiſtat inter feudum,& maioratum, vt pleniſſime hanc materiam examinaui in conſilio ſcripto in cauſa Hiſpalenſi de heredit. quod ſcripſi Romæ pro filiis Didaci legitimati per ſubſequens matrimonium cum diſpenſatione Papæ contra Comitem de Fuentes,in quo reſpondi omnibus rationibus Peregrini, in conſ.1.& vlt.vol.3.qui ſcripſit pro contraria parte,& meum conſilium eſt primum in ordine in vol.3.meorum conſiliorum,quamprimum imprimendorum.

SVMMARIA.

1 *Clauſula propter benemerita, non facit conceſſionem feudalem.*

2 *Feudum conceſſum propter benemerita, non amittitur propter felloniam.*

3 *Merita in conceſſione narrata,ſemper probanda ſunt.*

4 *Merita narrata non ſunt cauſa finalis conceſſionis.*

## CLAVSVLA 49.

### *Propter benemerita.*

BVrſatus in conſ. 46. ante numerũ 3.volum.1.probat quod huiuſmodi clauſula † in conceſſione appoſita, 1
non faciat feudum,ſed puram, & ſimplicem donationem, præſertim ſi conceſſit omnia iura ſua,omneſque actiones,nihil penitus ſibi reſeruando. Alij addunt,quod ſi conceſſio in feudum,
† cum huiuſmodi clauſula facta fuerit,tunc propter felloniam,vel aliquod 2
delictum feudum auferri non poterit, Bal. in cap. 1. numero 4.Si vaſſal. feud.priu.Abb in conſilio30. numero 3.par.2 Iaſ.in l.ſi conſortem, §. libertus,numero 8 ff. de condict. indeb. & in l.ex hoc iure,num. 54. ff. de iuſt. & iure.

Sed huiuſmodi merita † generaliter 3
narrati non ſufficit, quoniam ſpecialiter enumeranda ſunt, vt clauſula effectum habere poſſit, vt diffuſe probat Tiraq. in l. ſi vnquam,verbo. Donatione largitus,num. 87. & n.97. C.de reuoc.donat. Et poſtquam ſpecialiter expreſſa ſunt, probari debent: quoniam ſimplici aſſertioni ſtandum non eſt,Clar.in §.donatio,q 8. verſic. hæc tamen concluſio, qui alios refert. Verum ſpecialis meritorum expreſſio à concedente facta, efficacior eſt, quam ſi in genere dicta fuerint, ſed non releuant à toto onere probationis, ſed à qualitate probationis. Et
quod huiuſmodi merita † non ſint 4
cauſa finalis conceſſionis, vide Riminaldum iuniorem,in conſil.559.n.77. & plur.ſeqq.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Prout diſponere voluerit quid operetur.*

2 *Alie-*

2 *Alienandi facultas æquipollet clauſulæ, cui voluerit.*

3 *Alienatio permiſſa intelligitur ſecundum naturam ſeudorum.*

## CLAVSVLA 50.

*Prout diſponere voluerit.*

1 HÆc clauſula † æquipollet illi, pro ſe,& hæredibus quibuſcumque, vt probat Roland.in conſil.1. nu. 70.volumine 1 ita vt non ſolum in vita,ſed etiam poſt mortem diſpoſitum valeat,Capic. deciſ. 121. num. 8. & in teſtamento,Capic.deciſ 64. num. 5.Item,quod propterea poſſit ad voluntatis libitum in iuriſdictionem prorogare,Grammat.deciſ.103. num. 134.Idem ſi adſit pactum, † quod poſſit alienare ſine conſenſu domini, Affl.in in §.fin.num.11. Quæ ſit prima cauſa benefic.amittendi, quoniam licentia alienandi æquiualet huic clauſulæ,cui dederit, vel cui voluerit, Gabriel in conſ.9.nu. 11. vol.... Sed hanc doctrinam intelligas,† vt omnia facere poſſit ſecundum naturam feudorum, Bald.in conſ. 207. num. 1. & num.3. vol 2. & de hac declaratione plura ſcripſi ſupra.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula,Prout,& iuxta ſimiles, quando ſtet cauſaliter, & quando conditionaliter.*

2 *Referens ſemper regulandum eſt à relato,quando apparet.*

3 *Conceſſio referens eſt nulla,ſi conceſſio relata eſt nulla.*

## CLAVSVLA 51.

*Prout, & iuxta ſimiles.*

DOctores Communiter firmarunt,quod ſi conceſsio cum huiuſmodi clauſula facta fuerit ſuper re certa,tunc ipſa clauſula, ex qua oritur vis relationis, ſtat † cauſaliter & non conditionaliter,Puteus deciſ.211. parte 2.Si vero non contineat quid certum,tunc ſtet conditionaliter cap.Abbate,de verb.ſignificat.Bartol.in Conſtitutione,ad reprimendum, in verb. Prout.num.2. Cin.in l. ſecundum reſponſum,ff.de contrahend. & committ.ſtipula. Bartol.in l.eum qui §.Iulianus,ff. de conſtit. pec. Iaſ.in Auth. Si quis in aliqua,in fine,C.de edendo, & plenius in l.admonendi.ſuper gloſſ. 1.ff.de iureiuran.

Sed hæc clauſula tunc habet vim, quando non conſtat de illo, ad quod per ipſam relatio fiat: nam ſi appareret priuilegium referens, doctrina ſupra dicta limitatur, quoniam à relato † omnino regulanda eſt, vt probat 2
Paul.de caſtro in conſil.17.vol.2.Dec. in conſil. 63. num.6. verſ. nec obſtat, Ruin.in conſil 25.num.11.vol.1. Alex. in conſil.81.num.2.volum.6 & in conſ. 46.num.vol. 1. Ideo ſi quis eſt inueſtitus de feudo,& ita de certa re, Prout, & ſecundum formam,& modum quo Titius habuit & poſſed t,ſi non apparet quomodo Titius habuerit, huiuſmodi inueſtitura purè facta dicitur, & ita,ac ſi dicta clauſula adiecta nõ fuiſſet,Io.Andr. in additionibus ad Specul.ſuper titulo de feud. in §. ſi igitur, Felin.in c.ex parte n.11 de reſcript.Iaſ. in d.l.admonẽdi,n.39.& in repetitione,n.33.& in l.penult.num.7 C.de inſtit.& ſubſtit.Sed ſi cõſtet de modo & forma ſecundum quam Titius poſſederit, hæc conceſsio in omnibus,& per omnia ſecundum illam limitatur & declaratur:ita probat Schr.de feud. par 5.cap 2 num.55. ergo conceſsio ad quem fit relatio erit nulla, pariter & conceſsio referens nulla exiſtit, quia eadem eſt potentia & virtus termini ad quem fit relatio, & terminis refe-

rentis, ſecundum Bartol. in l. prior. ff. ſolut. matr. & ideo dixit Socin. in conſ. 68. num. 34. vol. 1. quod virtus termini ad quem fit æquiparatio, transfunditur in terminum æquiparatum, & Bald. in cap. cum cauſa, n. 4. de re iudic. dicit, quod ſi ſententia referatur ad ſtatutum, quod eſt nullum, etiam ſententia erit nulla, probat Felin. in cap. eam te, n. 2. de reſcriptis.

SVMMARIA.

1 *Imperator non poteſt alienare pertinentia ad Imperium.*

2 *Clauſula, Prout iuſtè, & legaliter poſſumus, in conceſſionibus Imperialibus quid operetur.*

## CLAVSVLA 52.

*Prout iuſtè, & legaliter poſſumus.*

1 CÆſar ea quæ ad Imperium pertinent † alienare non poteſt, Bal. in procem. feudorum, num. 32. & ſeq. Alexan. in l. quem pater, ff. de liberis & poſthum. Io. Bapt. de S. Seuerino, in in l. cunctos populos, numer. 10. C. de ſumm. trinit. & in l. Imperium, n. 35. ff. de iuriſdictione om. iudic. aliter Imperium diminueretur, & euaneſceret, vt poſt alios, quos refert, tradit Rol. in conſ. 2. n. 95. vol 1. ergo quãdo in conceſſionibus Imperialibus apponitur
2 huiuſmodi clauſula, † ſemper cenſetur directum dominium reſeruatum, & vtile tantum conceſſum, quoniam directum in diminutione Imperij concedi non poteſt. Zaſ. de feudis, p. 5. n. 15. Reſtaur. in tract. de Imperatore, quæſ. 194. num. 3. ibi vide, & declara ſecundum eumdem.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, quatenus rite, recteque proceſſerint, intelligitur quo ad partes.*

2 *Apponitur ad euitandum lecturam inſtrumenti.*

## CLAVSVLA 53.

*Quatenus partes rite, recteque proceſſerint.*

QVando conceduntur conſenſus ſuper alienationibus feudalium, hæc clauſula apponi conſueuit, † quæ 1
ſemper intelligitur quo ad partes, vt declarat Capic. in ſua inueſtitura, in ver. Feudales aſſenſus, col. 2. & Balſar. in l. Imperialem, n. 38. de prohibita feudi alienatione per Federicum Lanarium in conſ. 61. num. 13. dicit huiuſmodi clauſulam apponi conſueuiſſe, ad euitandum † lecturam inſtrumenti, 2
quoniam ſi quid eſſet contra leges Domini concedentis, vtique aſſenſus non præſtaretur.

SVMMARIA.

1 *Inueſtitura facta in Imperio, quando dicatur reſtricta ad bona dependentia ab Imperio.*

2 *Clauſula, quæ à nobis, & Sacro Imperio, quando ſtet reſtrictiue, & quando declaratiue.*

## CLAVSVLA 54.

*Quæ à nobis, & ſacro Imperio.*

INueſtituræ quæ à Sacro Imperio emanant, poſt ſpecificationem rerum conceſſarum, huiuſmodi clauſulam continere ſolent, quæ à nobis, & Sacro Imperio in feudum dependent, quaſi per talem clauſulam inueſtitura
† dicatur reſtricta ad bona dependentia à Sacro Imperio: natura enim relatiui (Quæ) reſtringit genus ad qualitatem per ſe poſitam, l. ea adiectio, vbi Barr. & alij de legatis 3. Aliquando nõ 1
ſtat

2 ſtat reſtrictiue, † ſed declaratiue. Vide Socin.iun. in conſil.68.numero 14. vol.1.

SVMMARIA.

1 *Bona præſumuntur allodialia, & ita poſſeßio in allodium.*

2 *Caſtrum non præſumitur feudale ſed allodiale.*

3 *Etiam ſi eſſet in ſtatu Eccleſiæ.*

CLAVSVLA 55.

*Quæ tenebat, & poßidebat.*

1 HÆc clauſula intelligitur iure proprio, & in liberum † allodium, quia quælibet res præſumitur libera, & pleno iure poſſeſſa. l.cum res, vbi Doct.C.de prob.cap.1. § ſi inter filiam, Si de feudo fuerit cōtrouer.ſ.inter domin.& agnat.l.1 & ibi not.ff.famil. herciſcundæ, Afflict. deciſ.207 & deciſ.277. Socin.iun.in cōſilio 75.colum.6.verſic. ſecundo dico, volum.1. Crauetta, in conſilio 211.col. 3 verſic.quinto, Decius in conſ.201 & conſilio 360. Pariſ. de reintegratione feud.in cap.& iuxta prædicta moueo,
2 fol.47. Etiamſi eſſet Caſtrum, † Io. Andr.& alij in cap.finali, verſ. reſpondere, de iudic. & in c.nimis, circa finem, de iureiur.vbi Hoſtienſ.colum. 2.℣. ſecus quo ad poſſidentem, Ancharan. numero 4.Abb. numero 1.℣. ex quibus colligitur, Butr.& Imola, numero 2.℣. ante autem, Bald. in c. ſignificaſti, num.1.de reſcript.Iacobin. in inueſtitura feudali, §.De caſtro, numero 16. vbi atteſtatur eſſe communem opinionem. Quod procedit † e-
3 tiam in Statu Eccleſiæ, Pariſius in conſil.16.num.18.vol.4.Caſtrenſ.in conſil. 189 numero 1. volum.1. & ideo Abb. in conſil.72.colū.1.parte 5.dicit, quod in Statu Eccleſiæ Caſtrum præſumitur allodiale, ſi fuit poſſeſſum ſine renouatione inueſtituræ, & ſine præſtatione iuramenti, niſi concurrat, quod progenitores dixerunt ſe fideles, & tenere bona ab Eccleſia.

SVMMARIA.

1 *Caſtrum quomodo poſſit eſſe ſine territorio.*

2 *Prædia an cenſeantur conceſſa in feudo, per clauſulam, quidquid iuris habeo.*

3 *Feudum an cenſeatur venditum cum directo dominio per clauſulam, quidquid iuris habeo.*

CLAVSVLA 56.

*Quidquid iuris habeo.*

CAſtrum † poteſt eſſe ſine territorio, & ſine diſtricto, ac iuriſdi- 1
ctione, Bald.in capit.1.§. ex contrario, de inueſtitura de re aliena facta, vbi quod vnus poteſt habere caſtrum, & alter iuriſdictionem, Ioan.Andr. Geminian. & Franc. in cap. ſi ciuitas, de ſentent.excommunic.lib.6. nam Domini feudorum murali ambitu ſe vallare poſſunt, l.prouincias, & l.penult. C.de ædific.priuat. Itaque ſi concedatur Caſtrum cum huiuſmodi clauſula, & quicquid iuris habeo in eo. Ipſa prædia † adiacentia, & coniuncta 2
Caſtro in feudum conceſſa non intelliguntur, quoniam qualitas feudalis ad prædia non extenditur, neque ad territorium, Oldrad in conſil.121.in 1. dubio, Bal.in cap.primo, volum.4.De Capit.qui Cur.vendidit.Canoniſtę in cap.cum ad ſedem, de reſtitut.ſpoliat. vbi Abb.in col.1. ſed hæc procedunt, vbi prædia non fuerunt acquiſita ſimul cum Caſtro, vt declarant Imola, in l.3.in princip.& ibi Aretin.col.pen. & finali, ff.de acq.poſſ. in dubio autem quis probare debeat, vide Albert. Brun.in conſil.127.in decima conſide-

ratione, ꝟ.2. reſpectu per totam, conſequentem, & multas alias.

3 Sed an ipſum feudum † cum huiuſmodi clauſula venditum cenſeatur etiam venditum quod ad directum dominium: diſtinguendum eſt: Aut Rex retinendo curam feudi penes ſe, vendit ruſtico, & poteſt id quidem fieri, & ita cenſetur, & tunc vaſſallus erit vaſſallus inferioris, non Regis: ſine cura & non poteſt vendi niſi ſuperiori vel æquali, vide Andr. in §. ſi quis fecerit, num. 2. quo tempore miles. Et vide Balſar. in tit. de feud. non habente propr. naturam feudi numero 12. & 14.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, quibuſcumque, comprehendit omne genus perſonarum.*

2 *Et quando eſt geminata, comprehendit maiora expreſſis.*

CLAVSVLA 57.

*Quibuſcumque.*

VNniuerſalitas huius clauſulæ eſt tam magna, vt comprehendat
1 omne genus perſonarum, † vt latiſſime ſcribit Tiraquell. in tractatu de retractu conſanguineo §.1 gloſſ. 7. num.
2 20. & 22. † Et quando fuiſſet geminate appoſita, vt quia addita eſſet clauſula, quomodocumque, tunc comprehendit etiam diſſimilia, & maiora expreſſis, Crau. in conſ. 284. num. 7. post Calcaneum Socin ſen. & Iaſ. quos allegat. De hac clauſula ſcripſi ſuper eadem parte, in clauſula, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Et quibus dederit, facit tranſire feudum ad extraneos, & numero 5.*

2 *Feudum per clauſulam, Quibus dederit, an poſſit alienari libere in allodium.*

3 *Feudum quando in perſona emptoris ſit allodium.*

4 *Feudum poteſt alienari ſine conſenſu Domini propter clauſulam, quibus dederit & n. 7. tam in vita, quam in morte.*

6 *Feudum alienatum vt allodium non amittitur ob felloniam feudatarij, & n. 9*

8 *Clauſula, ad habendum, differt à clauſula, quibus dederit, quo ad alienationem.*

10 *Clauſula, Et quibus dederit, an ſit reſtringenda ad naturam feudi paterni, prius expreſſam, & n. 12*

11 *Clauſulæ feudales interpretandæ ſunt, ne recedatur à natura feudi.*

13 *Feudum datum pro hæredibus, & quibus dederit, tranſit ad extraneos.*

14 *Feudum recipit omnia pacta, etiam repugnantia.*

15 *Feudi natura eſt illa, quam concedens per pacta, & qualitates conſtituit & num. 18*

16 *Clauſula, & quibus dederit, non eſt reſtringenda per præcedentem clauſulam.*

17 *Conceſſio ex pluribus clauſulis formata, dicitur vnica.*

19 *Contractus perfectio conſiſtit in concluſione.*

20 *Clauſula & quibus dederit, facit ſucceſſionem ab inteſtato.*

21 *Operatur, vt non poſſit declarari caducitas ob cenſum non ſolutum.*

22 *Poſita in exequutiuis nihil operatur.*

CLAVSVLA 25.

*Et quibus dederit.*

SCripſi ſuper hac clauſula † ſupra in parte prima, clauſula 112. vbi 1

ad

ad probandum quod facit tranſire emphiteuſim ad hæredes extraneos, allegaui plurimos Doctores, atque multas deciſiones; Addo Menoch. in conſ.40.num.26.& in conſil.368.numero 16. qui ita firmat, & alios allegat nunc in feudis.

Hanc clauſulam intelligit Balſaran.
2 dummodo † habens huiuſmodi facultatem, conceſſerit in feudum, in §. feudum.num.3. Si de feudo defuncti milit.allegat Pern.in 3.notabili, col.2. in fin. Afflictus in cap.naturalis, in fine, in princip.eodem titulo. Item domino requiſito cum dicta clauſula nō operetur, niſi quod dominus teneatur conſentire, Afflict.in d.§.feudum, col. 3 in fine.& col.4.in princip. per quorum auctoritatem Balſaran.ibi reſtringit clauſulam, vt non comprehendat poteſtatem alienandi contra naturam feudi, nec in perſonam extraneam præter licentiam Domini.

Item Menoch. in conſilio 61.numero 24. probat huiuſmodi clauſulam eſſe reſtringendam, vt alienatio poſſit fieri in ſanguine coniunctos qui alias eſſent ſucceſſuri, idque abſque licentia directi domini feudi, allegat Rubeum in conſilio 110. numero 11. Dec.in conſil 195. col.pen.verſic. non obſtat fundamentum. Signorol.in cōſilio 10.col.pen.℣.non obſtat. Bellon. in conſil.35.num.5.Calcan.in conſilio 51 numero 9.& ſeq.Idem Menoch.in conſilio 514 numer.15. tenet eandem ſententiam, allegando eoſdem Doctores, & addit Alciat. in reſponſo 113. in fine. Item, in conſilio 931. numero 13. Menochius firmat eandem ſentētiam, & in conſilio 987.numero 4.Reſpondendo iis, qui firmarunt, per huiuſmodi clauſulam feudum dici hæreditarium, atque tranſitorium ad hæredes extraneos, dicit Menoch.contrariam ſententiam eſſe veriorem, & eandem ipſum ſequutum fuiſſe in pluribus locis.

Sed certe poſtpoſita doctrina Ciuiliſtarum, & reſoluendo quæſtiones per veros terminos Feudiſtarum, dicendum eſt, per huiuſmodi clauſulam datam eſſe facultatem ita alienandi in quoſlibet, vt etiam poſſit alienari liberè & in allodium, quo caſu in perſona feudatarij, cui conceſſio facta eſt, † dicetur feudum, & in perſona illius, cui à feudatario liberè alienata eſt, dicetur allodium, Andr.in d.§.feudum, ea lege, ℣.ſed tunc, quādo dixi, Si de feudo defuncti militis ſit contentio inter dom.& agnat.Bald.ibid.num.2. ℣.alij dicunt, & numero 6.℣.quia receſſum eſt à ſimplicitate feudi: Io.Thom.de Marinis in tractatu de generibus & qualit.feud.in titulo, De Feudo, quod ita datur, vt is habeat, & cui dederit, numero 4.& ſeq. Canet. in Extrauagante, Volentes.§.ſed occurrit.num.3. & 4. Cumias in præludiis Capituli, Si aliquem, capit.numero 88.qui atteſtatur hanc eſſe Communem opinionem. 8

Balſaran. ſibi contrarius in c.1. numero 2. De feudo non habente propriam nat.feud. dicit, quod per hanc clauſulam, † vaſſallus poterit alienare ſine conſenſu domini, & is in quem ſit alienatio, tenebit in allodium, allegat Odofred.in Summa. Quibus modis feud.amitt.num.64.& ſeq. Caſſan. in Conſuetud Burgund. Rubrica 3.§. 8.in verſic. ex alienation. numero 49. & ſeq.& dicit Balſaran. ibi, quod iſta eſt Communis, & verior opinio, Freccia in lib.2.de ſubfeud.verb.Pluribus, numero 76.vſque ad 79. Curt.in Tractatu de feudis, in 4.parte principali, num.141. 4

Item Menoch. in conſil.40.numero 23 probat huiuſmodi clauſulam ex ſui natura operari, vt ad libitum poſſit

res alienari, allegat Curtium iun. in conſilio 4. numero 4. & in conſil. 109. numero 11. & in conſil. 110. num. 27. Iaſon in l. 2. numero 207. C. de iure emphyt. Tiraquell. de Retractu conſanguin. §. 11. gloſſ. 6. numero 22. & §. 32. gloſſ. 1. num. 3. Idem Menoch. in conſil. 378. numero 16. firmat hanc ſententiam vti veriſſimam, & pro ea plurimos alios allegat, vt mirum non ſit, ſi nulla fides conſulentibus noſtri temporis, eorúmque ſcriptis habenda ſit, qui ad lucrifaciendum tantum elucubrarunt: Si opiniones veras ſequuti eſſent, eoſdem puduiſſet opiniones directo contrarias amplexos eſſe, & multo minus excuſandi ſunt, qui in vno, & eodem volumine conſilia aduerſantia collocarunt.

Stat igitur veritas huius concluſionis, vt propter huiuſmodi clauſulam
5 feudum ad extraneos, † quocumque titulo trãſmitti poſſit, quam eſſe communem, poſt alios atteſtatur etiam Intrigliol. de feudis, Centuria 1. quæſt. 50. num. *161. ibid.* numero 168 quod *emptor poterit retinere tale feudum* vti liberum, & allodium abſque ſolutione decimæ Regio Fiſco, niſi in conceſſione adiecta fuerit clauſula, Quibus ius dederit, per quam non cenſetur alterata natura feudi.

Et licet feudum cum hac clauſula,
6 † dum eſt penes feudatarium, amittatur eiſdem culpis quibus verum feudum, tamen quando eſt alienatum non conſideratur amplius feudum penes emptorem, Andr. in c. 1. numero 2. in fine, De feud. non habente propriã naturam feudi, & ibi dicit Bald. quod iſte, in quem eſt facta alienatio, non tenetur aliqua obligatione, niſi aſſertoria reſpectu directi domini, quoniam per dictam clauſulam dicitur relaxare prohibitionem alienationis, à iure feudorum introductam, & reduxiſſe bona ad priſtinam libertatem, vt poſſint alienari.

Item, quod per huiuſmodi clauſulam † poſſit alienari tam in vita quam 7
in vltima voluntate, quacumque alienationis ſpecie, etiam ſine conſenſu domini, quia illius conſenſu cenſetur datus ab initio, probat Camerarius in l. Imperialem fol. 29. littera F, qui atteſtatur eſſe Communem opinionem inter Feudiſtas. Imò, quòd poſſit alienare totum vel partem, etiam ſtante prohibitione Regni Siciliæ, quæ eſt ſtrictior quam de iure communi feudorum, probat Canetius in d. Extrauag. Volentes, in § explicitis, numero 8. & ſeq. & numero 19 Aliud dicendum eſt propter clauſulam, Ad habendum, † quia illa reſtringenda eſt 8
ad contractum ſuper quo eſt interpoſita, vt dixi ſuperius in eadem parte, cap. 2. Sed hæc clauſula, Quibus dederit, mutat naturam feudalem, & reducit feudum ad naturalem libertatem vt probaui.

Item, quomodo feudum conceſſum cum huiuſmodi clauſula ob fel- 9
loniam commiſſum non committatur in præiudicium agnatorum, vide quæ ſcripſi in Voto 168 inter deciſiones Piſanas.

Aliqui Doctores limitant huiuſmodi concluſionem, vt hęc clauſula reſtringatur ad naturam † feudi pater- 10
ni conceſſi, ne ſequatur correctio, & contrarietas, ſiue perplexitas in ipſa diſpoſitione, & ita probat Beccius in conſilio 161. numero 13. & ſequentibus allegat Rubeum Decium, & multos alios ſupra citatos, & ita ſi feudum conceſſum ſit ſub natura antiqui paterni, & cum clauſula, Et quibus dederit, hæc ipſa reſtringenda eſt ad naturam conceſſionis. Nec propterea eſt fruſtratoria: prima quod inter agnatos, & alios de familia, quod alias facere non poſſet, quoniam pater non poteſt, alienare feudum ex pacto, & pro-

uidentia

uidentia in præiudicium filiorum, l. Menoch. in conſ. 61. numero 20. & ſeq. Item, vt huiuſmodi alienatio valeat abſque Domini licentia, Becc. in d. conſilio 161. numero 29. & ſeq. qui refert multos ex ſupra citatis. His adde ſcripta per Schrader. de feudis, parte 2. c. 3. numero 106. & ſeq. vbi quod
11 potius clauſulæ † interpretandæ ſint ſuperuacuæ, quam recedatur à propria natura feudi, ſecundum quam conceſſum eſt.

Sed hæc doctrina ſtare non poteſt, Quoniam ſi clauſula reſtringenda eſt, ne aduerſetur naturæ feudorum per
12 prius † conſtitutæ ex pacto & prouidentia, ergo idem dicendum eſſet, quando feudum ſimpliciter conceſſum eſſet cum clauſula, & quibus dederit, quia ſemper fit interpretatio, vt pactum contrarium naturæ feudi, quantò minus deroget, & tamen omnes admittunt, quòd eo caſu non reſtringitur, ſicuti nõ reſtringitur, quando conceſſum eſt pro hęredibus, & quibus dederit, vt probat text. in c. 1. de feudo non habente propr. natur. feudi, Alexan. in conſil. 2. numero 15. volum. 5. Curt. ſen. in conſilio 93. col. penult. in fine, Curt. iun. in conſil. 4. Brun. in conſil. 39. numero 6. Roland. in conſil. 39. numero 27. volum. 2. Menoch. in conſilio 704. numero 29. vbi omnes firmant, quod feudum datum
13 † pro hęredibus, & quibus dederit, tranſit ad hæredes extraneos, & tamen conceſſio feudi pro hæredibus tranſit ſolum in deſcendentes, non in extraneos, & in maſculos, non in feminas, cap. 1. §. & ſi clientulus, de alienation. feud. paterni. gloſſ. in cap. 1. §. ſimiliter, de capitul. Corradi. Surd. in conſil. 63. numero 10. Nec eſt bona doctrina, quod admittendo reſtrictionem, minus lęditur natura feudi, quoniam feu-
14 dum recipit quæcumque pacta, etiam extranea, & quæ naturali feudorum, regulæ repugnent. c. 1. §. penult. Quid ſit inueſtit. c. 1. de feudo non hab. propr. natur. feudi. Item pactum trahit feudum extra naturales ſuos terminos. Bald. in tit. Qui feuda dare poſſ. Item in conceſſione feudi contrahentes apponunt quam legem volunt, Affli&. in cap. 1 §. feudum ea lege, numero 6. Si de feud. fuer. controuer. Beccius in conſil. 88. numero 15. & ſeq. qui alios citat vbi poſt alios probat, non poſſe dari certam inueſtituræ formã, ergo eius eſt feudo legem ponere, qui feudum concedit, ergo non eſt conſideranda alia natura † feudi, quam illa, 15
quam concedens voluit, plus operatur pactum, quam natura contractus, vt dicit Bald. in l. finali, C. de pact. Ioſeph Ludouic. in deciſ. Peruſ. 22. numero 8. Quando verba non ſunt clara, recurrimus ad naturam contractus, vbi autem ſunt clara, reſcriptionem pati non debent, Bald. in conſil. 182. numero 6. vol. 1. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verb. libertis, num. 5. C. de reuocand. donat. Sed hæc clauſula, Et quibus dederit, eſt clariſſima, & ſi reſtringeretur ad deſcendentes, feudum non tranſiret in eos, quibus dederit. Item, enumeratio † perſonarum præcedens non re- 16
ſtringit clauſulam generalem ſubſequentem in fine poſitam, Dec. in conſilio 171. num. 3. præſertim quia huiuſmodi clauſula ſemper apponitur cum copula, & quibus dederit, & ideo ſtat ampliatiuè, atque auget diſpoſitionem. l. ea tamen adiectio, vbi Bart. ff. de legat. 3 Bald. in l. 1. C. de verb. ſignificat. Pariſ. in conſil. 7. num. 31. volum. 1. Socin. iun. in conſ 44 numero 4. volum. 4. Crauetta, in conſil. 9. numero 25. Cephal. in conſilio 245. num. 64. Simon de præt. in Tractatu De Interpret. vltimę volunt. lib. 2 interpretatione 4. dubitatione 2. ſolutione 2. numero 22. fol. 167. qui alios citat. Item, cum eodem contextu ſermonis fuerit, feu-

dum conceſſum vti paternum, & quibus dederit, dici non poteſt, quod pro ſolis agnatis principaliter datum ſit, quia non minus principaliter ſunt vocati ij, quibus dederit, quam agnati, v-
17 nica enim eſt conceſſio † ex pluribus clauſulis formata, atque, in eſſe producta, nec vna clauſula poteſt eſſe magis principalis, quam altera, quia omnes eodem contextu, & continuato ſermone emiſſæ ſunt, & quando plura ſiunt eodem contextu, habentur pro vna re, argum l. cum antiquitas, C. de teſtam. Bald. in conſil. 327. in fine, volum. 3. Corn. in conſilio 36. numero 12. vol. 1. & omnia pacta in contractu appoſita ſunt pars cõtractus, l. fundi partem, §. de contrahend. empt. vbi Baldus notat, l. ſi venditor, in fine, ff. de ſeru. exportand. Rota, deciſione 208. parte 2. in Nouiſſimis. Item, ad conſiderandam naturam feudi, non ſufficit
18 conſiderare † vnam partem pactorum, ſed neceſſe eſt omnia pacta, & omnes circumſtantias conſiderare, põderare, & examinare, nam plures promiſſiones faciunt vnum contractum. Surd. in conſil. 217. num. 31. & ſeq. vbi
19 multa allegat: perfectio contractus † conſiſtit in concluſione omnium pactorum, Baldus in l. ſi voluntate, C. de reſcind. vendit. Nec ideo agnati dici poſſunt ſuperfluè vocati, aut feudum paterni ſuperfluè conceſſum: Nam cũm clauſula, & quibus dederit, ſit ampliatiuè appoſita, & ad fauorẽ feudatarij recipientis, per quam conſtat feudum ad extraneos tranſire poſſe, potius clauſula præcedens, videlicet, in feudum paternum, vel pro agnatis, debet iudicari ſuperflua, quam vt operetur contra mentem diſponentium, l. verbis ciuilibus, vbi Alex. in 5. not. ff. de vulgar. & pupill. & potius debet iudicari otioſa, quam vt operetur contra mentem recipientis, ad cuius fauorem omnia adiecta ſunt, Decius in conſilio 232. in fine.

Hęc clauſula non poteſt reſtringi ad cauſam expreſſæ diſpoſitionis, quoniá producit effectum ſuum, † etiam 20
ab inteſtato, & feudum tranſit ad hæredes ab inteſtato, quamuis extraneos, qui decedens ſine teſtamento, eos videtur facere hæredes, qui ſibi ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, l. conficiuntur, ff. de iure codicillorum, & ita probat Curt. iun. in conſilio 4. per totum. Natta, in conſil. 216. num. 9. & 10. vbi probat, quod feudum tranſitorium ad hęredes extraneos, non minus ad eos vadit ab inteſtato, quam ſi ad eorum fauorem feudatarius expreſsè diſpoſuiſſet. Cagnol. in l. hæredem, numero 9. ff. de regul. iur. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Mant. de coniecturis libro 7. titulo 7. numero 14. vbi dicit ita fuiſſe pluries deciſum, & iudicatum. Cacher. deciſion. 164. numero 5. Simon. de pret. libro 3. interpretat. 2. dub. 2. Solut. 2. numer. 7 fol. 184.

Item hæc clauſula operatur, † vt 21
non poſſit declarari caducitas, ob non ſolutum annuum cenſum, ſicuti nec ob factã alienationem, cum hæc duo procedant à pari, Alexand. conſilio 106. numero 7. volum. 4. Dec. in conſil. 164. colum. tertia, verſic. & quia ſicut in contractu, quos ſequutus eſt Menoch. in conſilio 865. numero 8. in fine.

In exequutiuis † autem hæc clau- 22
ſula appoſita, nihil operatur, vt probat Caualcan. in deciſione 31 num. 612. & ſeq. qui multos allegat, vide quę ſcribam infra in part. 4. cap. de clauſulis exequutiuis.

## CLAVSVLA 59.

*Quo ad expreſſa tantum.*

AD tollendas fraudes contrahentium huiuſmodi clauſula conſueuit

ſueuit apponi in Priuilegiis conſenſuum ſuper alienationibus feudalium, vt probat Freccia, in 2.libro de Subfeud. quæſt.3.numero 7. Et eſt conformis diſpoſitioni iuris, quoniam in diſpoſitis ab homine, non veniunt ſimilia, ſecus ſi à lege gloſſ. in l. ob æs, C. de præd. minor. contrahentes ſupplicant interponi aſſenſum ſuper contentis in inſtrumento, & cautelis celebrandis, & propterea pacta non ſolita apponere ſolebant, ex quibus mutabatur natura feudi. Item fiebant ſubſtitutiones, quę ſi Principi notæ fuiſſent, non conſenſiſſet, propterea hæc clauſula inuenta eſt, vt conſentiatur, quo ad expreſſa tantum.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, quod plus petere non poſſit non habet locum in feudalibus.*

2 *Exhęredatus non excluditur à iure patronatus.*

3 *Filij inæqualiter inſtituti, ſuccedunt æqualiter ad ius patronatus, & feudum.*

## CLAVSVLA 60.

*Quod plus petere non poſſit.*

SI aliter ex filiis hæres inſtitutus fuerit in certis bonis, huiuſmodi clau-
1 ſula, quod plus petere non poſſit † non impedietur propter dictam clauſulam petere de bonis feudalibus, vel emphyteuticis, argum. l. ſi patronus, §. ſiquis non mala mente, & ſeq. ff. de bon. libert. vbi dicitur, quod exhære-
2 datus † non excluditur à iure patronatus in libertum, niſi ſit exhæredatus mala mente, quod in dubio non pręſumitur, & dicit textus in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert. quod
3 filij † quamuis inæqualiter inſtituti, tamen æqualiter ſuccedunt ad ius patronatus, vbi dicit Bart. idem eſſe in feudis Doct. in c. 1. in princ. de ſucceſſ. feudi. Alexand. in conſilio 8. colum 1. vol. 3. & in conſil. 89. colum. penult. volum. 4. Vide quæ ſcripſi in 3. parte, clauſula 59.

SVMMARIA.

1 *De clauſula quod regiſtretur infra annum.*

## CLAVSVLA 61.

*Quod regiſtretur infra annum.*

IN aſſenſibus ſuper alienationibus feudorum apponitur ſ[illegible]per huiuſmodi clauſula, & reſpicit fauorem Regis, non autem intelligitur in eius damnum. vide Lanarium, qui ita probat, & adducit ſimilia, in conſilio 82. numero 15.

SVMMARIA.

1 *Incola preſumitur magis fidelis, quam alienigena.*

2 *Regnum ex alienis moribus patitur corruptelam.*

3 *Clauſula quod ſit incola Regni, quid operetur.*

## CLAVSVLA 62.

*Quod ſit incola Regni.*

QVia magis fidelis præſumitur ſubditus, † & Regnicola, quam 1
exterus, & alienigena, ideo in conceſſionibus feudorum apponi conſueuit iſta clauſula, & quod dictus Titius, & ſui hæredes ſint incolæ Regni, vt dicit Petr. Gregor. in tract. de conceſſione feudi, par. 8. quęſt. 7. ꝟ. poteſt, & tertio, quoniam ex alienis moribus † Re- 2
gnum corruptelam pati conſueuit,

item quia Regia Curia facilius manet, atque congregat ſubditos incolas, quam exteros ad ſeruitium militare, Intrigliol. Centuria 1. quęſt. 9. numero 171. Ergo virtute huius † clauſulæ incola dicitur, & à Regno diſcedere non poteſt abſque licentia, ſicuti feudatarij exire non poſſunt.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, quòd in ſucceſsione maioratuum ſuccedatur ad inſtar Regnorum cur fuit inuenta.*

2 *Succeſsio maioratus quando differat à ſucceſsione in Regnis.*

## CLAVSVLA 63.

*Quòd ſeruetur ordo ſicuti in ſucceſsione Regnorum.*

1 IN inſtitutionibus maioratuum, † ad euitandum lites inter ſucceſſores, conſueuerunt inſtitutores illorum apponere clauſulam, ita quod in ſucceſſionibus eorum ſuccedatur, prout ſucceditur in regnis. Et quid importet iſta clauſula, ſcribit Molin. de primogenit. libro 1. capitulo 3. numero vigeſi-
2 mo tertio, & in quibus ſucceſſio † in maioratu differat à ſucceſſione in Regnis, ſcribit idem Molina in lib. 1. capite 13.

## SVMMARIA.

1 *Inueſtitura facta muto, non reuocatur.*

2 *Secus ſi poſt factam fieret mutus.*

3 *Feudum habet tacitam conditionem ſi vaſſallus ſeruire poterit, & alias multas, vt num. 5. & num. 7*

4 *Iuramentum quas conditiones tacitas habeat.*

6 *Conditiones multæ quæ ſubintelliguntur in multis contractibus.*

## CLAVSVLA 64.

*Rebus ſic ſtantibus.*

SI dominus ſcienter dedit feudum muto, † non reuocabit, quia turpe 1
eſt illum videre egentem, quem habuit miniſtrum, vel coniugem, gloſſ. in extrauagante, execrabilis, in ℣. qui mendicant de prębendis, ſed ſi ex poſt facto fiat mutus, † ſemper feudum 2
amittit, quia conceſſio ſemper intelligitur, Rebus in eodem ſtatu permanentibus. Socin. in conſil. 278. numero 10. circa med. volum. 2. & conſ. feudal. diuerſor. 4 numero 5. ℣. rebus ſic ſe habentibus: Item, quia conceſſio in feudum, † habet tacitam conditio- 3
nem, ſi vaſſallus ſeruire poterit, Bald. in tit. An ille qui interfec. fratrem domini ſui, poſt medium, item, quęlibet diſpoſitio recipit tacitam conditioné, niſi aliud ſit expreſſum, Loffred. in conſil. 26. numero 32. Vnde in iuramento † intelligitur, niſi iudex inter- 4
dicat, Archid. in capitulo, dixit, circa finem. 14. quæſtion. 5. ergo inueſtitura † facta intelligitur cum conditione, ſi 5
vaſſallus poteſt ſeruire. Iacobin. in inueſtitura, verb. & promiſerunt, numero 17. Afflict. in cap. 2. circa finem, quo tempore miles, & in titulo de noua forma fidelitatis, numero 6. Lucas de penna in l. finali, colum. 5. poſt princip. C. de exactor. tribut. lib. 10.

Multa ſimilia † hic cumulari poſ- 6
ſunt, quia præſumitur durare in eadem voluntate, l. eum qui voluntatem, Digeſtis de probat. l. cum hic ſtatus, ff. de donat. inter virum & vxor. Nimirum rebus ſic ſtantibus, aliter ex cauſa cenſetur mutata opinio, vt probat Alciat. de præſumpt. regula 2. præſumpt. 16. numero 3. & ſeq. Menoch. libro 6. præſumpt. 37. numero 32. item, dotis promiſſio recipit conditionem futuri matrimonij, l. dotis promiſſio, l. ſtipulationem,

tionem,l.tali, iuncta gloſſa in princip. l. plerumque circa medium ff.de iure dot.item in contract,intelliguntu cõditiones generales ſi potero, ſi ſanus ero. Lucas de penna,in l.vnica, circa med.C.de imponend.lucral. deſcript. item tacitum tempus ſubintelligitur. l.ſeruus ſi hæredi, ff.de ſtatu lib.item ſtipulatio iudicatum ſolui habet tacitam conditionem,ſi iudicatum fuerit. l.ſtipulatio,§ habet.ff de noui op. nũciat. Item in contractibus vltro citroque obligatoriis,ineſt conditio, ſi pars ſeruauerit promiſſa.Paul.de Caſtro in conſil.347. numero 2.volum.2. item in donatione cauſa mortis ſubintelligitur conditio, vt reddatur, ſi conualuero, l.1.in gl.fin.l.4. & ibi gloſſ.l.qui ſe,in verſic.ſed circa med ff.de conditione cauſa data.Item in teſtamento. Si permanſerit in eodem propoſito, Caſtrenſ.in conſil.101.col.2. in princ. volum 2 idem in legatis, Caſtrenſ. in conſilio 185.circa princ.volum.1. item ſi legatum agnouerit, Gloſſ. in l.conditiones extrinſecus, ff de vendit. & demonſtrat. item in compromiſſo ſi erit æquum,Caſtrenſ.in conſil.70.circa princip.volum.1. item in electione officialis,ſi eſt capax & benignus, Paris de put.in Tractatu de Syndicat. in verb.electio officialium. cap.2 num.1. & ſeq.Item,in Reſcripto,Si preces veritate nitantur. Si res perſeuerauerit in eodem ſtatu, & in eodem conſenſu,Caſtrenſ. in conſil.430. numero 4. & conſ.449. num.2. circa finem, vo-
7 lum 1 Item in feudo, † Donec eſt fidelis,Afflict.deciſione 282.num.15. Item ſi omnes feudatarij deſcendentes grati fuerint domino,Curt.in Tractatu de feud.par.5.numero ſecundo. Item,ſi paruerit legi feudorum,Præpoſit.in cap.& quia,numero 25.Qui feuda dare poſſ. Item ſi eſt dignus, Ioan. Andr.in cap.ſi pluribus, numero 1.de præbend.lib.6.Item,Si volet.Idem Io. Andr. in c beneficium,numero 4. de Regular.lib.6. Item dum iurat,intelligitur Rebus ita ſe habentibus.Caſſan. in Conſuetud.Burg. Rubr.7.§.2. verbo,*Du treſpaſſé*.num.9.

Item, ſi dominus ei ſeruauerit fidem, Aluarott.in § inueſtituram numero ſeptimo,in princ.de noua forma fidelit. Item,rebus ſic ſtantibus, Socinus in conſilio 22 num.13. volumine quarto. Item in voto,& iuramento, ſi Deus voluerit,ſi vixero,ſi potero, gloſſa prima, in capitulo beatus, 22.quæſt. 2.C.ſufficit,in verbo voti 27.quæſt. ſecunda, gloſſ.penult.in capitulo finali, 1. quæſtion. octaua. Alia multa prætereo.

SVMMARIA.

1 *Reſeruatio dominij non refertur ad contenta expreſſa in gratia.*

2 *Reſeruatio vniuerſalis dominij, & ſuperioritatis ſemper cenſetur ineſſe.*

## CLAVSVLA 65.

*Reſeruans Dominium.*

CVm quid eſt conceſſum à Principe cum clauſula Reſeruationis dominij, hæc clauſula non refertur † 1
ad contenta,ſiue expreſſa in gratia,ſed ad extrinſecum præiudicium, ita fuit iudicatum in Rota, vt atteſtatur Gomeſ.ſuper Regula Cancellariç de non tollendo iure quæſito. quæſtion. prima, verſiculo poſtremo, Capic.in inueſtitura feudali,in verbo iuribuſque aliis.Liparulus in additionibus ad Andream, ſuper titulo, Qui ſucceſſores teneantur in verbo, Saluis Rota, dec. 188. numero quarto, parte prima, in Nouiſſimis.

Et quòd ſemper huiuſmodi reſeruatio vniuerſalis † dominij, & ſupe- 2
rioritatis cenſeatur ineſſe in quacum-

que conceſſione, ſcripſerunt Oldrad. in conſ.159.num.6 & numero 19. Afflict. in Conſtitutione Regni, Quamplurimum, numero 6. quæſtion.19. ℣. & hic videtur. Et in Conſtitutione Regni, Domini à vaſſallis, & in deciſione 384. numero 12. Guido Pap. deciſione 307. Iacobin. in Tractatu de homagiis, numero 39. & in Inueſtitura, in verbo, Qui quidem inueſtiti. Item, quod referatur ad altum dominium. Roland. in conſilio 50. numero 59. verſic. ſimiliter, & numero 63. verſic. ſimiliter, vol.3.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Saluo aſſenſu domini eſt fraudulenta.*
2 *An faciat contractum conditionalem.*
3 *Quomodo differat à clauſula, Si dominus conſenſerit.*
4 *Reſeruationes nihil iuris noui tribuunt, ſed antiquum præſeruant.*

CLAVSVLA 66.

*Saluo aſſenſu Domini.*

1 ISta clauſula † captioſa eſt, fraudulenta, vt dicit Gloſſa Pariſienſ. in tit. 1. §.13. numero 19. quem allegat Balſamon. in l. Imperialem. §. callidis, num. 21. de prohibita feudi alienat. per Federic.

Et ſemper apponitur in inſtrumentis bonorum feudalium, vendidit reſeruato beneplacito, & aſſenſu directi domini, quæ facit contractum conditionalem, † & propterea ceſſat contemptus Domini, propter quem feudum alienatum deuoluitur, vt diffusè ſcribit Schrader. de feudis, parte 9. cap. 1. numero 20. & plur. ſeqq. & Lanazius in conſil. 20. num. 27. & ſeq. Nam ſi venditur feudum, donec dominus 2
conſenſerit, illa venditio ſtat in pendenti, donec dominus vel conſentiat, vel neget, Lucas de Penna, in l. nulli, C. de fund. patrimonial. li.11. Et quod huiuſmodi ablatiui abſoluti important conditionem ſcribunt Ciuiliſtæ, & ego etiam ſcripſi in Repetitione Rubricæ, ff. ſol. matrim. in quæſtione 3. eſt inter Repetitiones nouiſſime expreſſas. Hanc quæſtionem melius ceteris tractat. Afflict. in l. Imperialem numero 25. in 38. quæſt. de prohibita feudi aliena. per Federic. vbi quod huiuſmodi clauſula non importat conditioné, niſi fuerit addita altera clauſula, & non aliter, nec alio modo: Aut dictum fuerit, † vend. feudum ſi ipſe 3
dominus conſenſerit, his enim verbis conditio concipitur, & propterea magna cautela eſt, & bonum conſilium, ſi contemptus euitetur, per clauſulam, ſi dominus conſenſerit, ita enim neque contractus, neque effectus traditionis contemptum operatur, nec aliquid actum dicitur, donec dominus vel conſentiat vel neget.

Huiuſmodi clauſulæ nihil iuris tribuunt, † ſed illud ius, quod directo 4
domino competit, dicitur reſeruatum, non autem ſublatum ſecundum naturam reſeruationis, quæ nihil ponit de nouo, Oldrad. in conſilio 214. multos ad hoc cumulat Beccius in conſil.74. numero 6. & ſeq. & vide Surdum in conſil. 482. numero 9. & ſeq. Menoch. latiſſime in conſilio 2. numero 57.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Saluo iure Imperij, non confirmat pactum contra naturam feudi.*
2 *Operatur in aliis, quam expreſſis.*
3 *Et quod à natura feudi non ſit receſſum.*

CLAVSVLA 67.

*Saluo iure Imperij.*

Si Prin-

SI Princeps confirmet inueſtituram feudi cum clauſula, Saluo iure Imperij, non intelligitur præiudicium intuliſſe pactis contra naturam feudi. Ideo ſi feudum eſſet, cum pacto alienandi proprietatem, quæ pertinet ad ſupremum dominum, tale pactum non cenſetur confirmatum, Bald. in conſil.124.numero 2.volum.3. vbi loquitur in Comite Sabaudiæ. Et in tantum eſt modificatiua, & reſtrictiua contractus, vt etiam clauſulam ad habendum reſtringat. Cacheranus deciſ. 164.num.7.

Sed hoc procedit in aliis, quam
2 †in expreſſis, vt ſcripſi ſuperius in clauſula, reſeruans dominium. Ad de ad hoc quæ ſcribit Men. diffusè in conſ. 2.num.57.& in conſ.104.numer. 58.& ſeq.

Item operatur, quod à natura feu-
3 di receſſum non ſit, & ita, vt ob delictum patris filius ſit ipſo iure priuatus, Menoch.in conſilio 99. num.196. & in conſ. 304. numer.27. qui multos allegat.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Saluo iure ſuperioritatis, an referatur ad dominium directum, vel vtile, & n.3*
2 *Non operatur circa diſpoſita, & numero 5.*
4 *Clauſula, Saluo iure, non trahitur ad directum.*
5 *Pater conſentiens filio recipienti mutuũ, non obligatur vltra peculium.*
6 *Confirmatio non addit nouam formam.*

## CLAVSVLA 68.

*Saluo iure ſuperioritatis.*

ZAſius in tractatu de feudis par. 9. numero 35. dicit huiuſmodi clauſulam † referri tantum ad domi- 1
nium directum: Et ratio poteſt aſſignari, quoniam non operatur in eo ſuper quo fuit principaliter diſpoſitum,
† Andreas in §.quid ergo, in verſ.alij 2
putant verius. De inueſtit.de re aliena facta, & in titulo, Qui ſucceſſores teneantur, col.3.verſ.ex præmiſſis, Freccia in lib.2.de ſubfeud.auth. 29. num. 8.Capic.in inueſtitura, in verbo, feudorum deuolutio, verſ. hypotheca non extinguitur, Camerar. in l.Imperialem, fol.61.littera M.& fol.43.littera C.& diffuſius fol.50. littera L. vbi approbat Andream.

Sed verius eſt † vt huiuſmodi clau- 3
ſula numquam referatur ad dominium directum, ſed tantum ſuper vtili, quod habet feudatarius, ſuper quo contraxiſſe cenſetur, & conſenſum requirit, vt per Andream, & Aluarottum, in dicta l. Imperialem, Baldum & Laudenſ.in cap.1.quo tempore miles.ergo cenſetur reſeruaſſe ius ſuperioratis reſpectu vtilis dominij, quod in alium transfertur, aut alteri obligatur. Si in contractu pignoris apponatur clauſula, Saluo iure, † illa trahi 4
non poteſt ad dominium directum, quod pignoratum non fuit, neque pro illo aſſenſus petitus, ſed ſuper hypotheca vtilis dominij, ergo non trahitur ad directum, quia exceptio debet eſſe de regula, l.nam quod liquide, ff. de penu legata, Bartol in l.prima, ff.de regul.iur. Decius numero vigeſimo ſecundo, & illa ratio, quod operetur extra diſpoſita, intelligitur reſpectu eiuſ- 5
dem rei, de qua diſpoſitum eſt, non autem reſpectu alterius rei, & alterius ſpeciei, ſuper eadem re diſpoſita reſeruauit ſuperioritatem, non eſt faciẽda extenſio de vtili ad directum. Si pater conſentit, Saluo iure, filio † re- 6
cipienti mutuum, non obligatur, niſi quatenus eſt in peculio filij, arg.l.ſi de-

bito, §. 1 ff. quibus modis pign. vel hypotheca ſoluatur. Illius conſenſus inducit confirmationem obligationis, quæ aliter non valebat, ſed non inducit nouum ius contra conſentientem, vt dicit Baldus in capitulo primo in princip. Per quos fiat inueſtitura, confirmatio nihil noui tribuit, allegat textum in capitulo, quia diuerſitatem, de conceſſ. prębend. & Innocent. in capitulo dudum, De decim Alex in conſilio 132. volumine 4.

Hæc clauſula non addit nouam
7 formam † ſuper feudo, confirmat antiquam, Paris de Putteo in tractatu de reintegr. feud. folio centeſimo vigeſimo primo, numero 6. Zaſ. de feud. parte ſexta, numero 25. & ſemper tacite ſubintelligitur, Barſatus in conſilio 4. numero 29. volum. 1.

SVMMARIA.

1 *Tertij ius cenſetur exceptum, etiam cum clauſula, Non obſtante.*

2 *Expreſſio eorum quæ tacite inſunt quando operetur.*

3 *Iura certa, non autem incerta cenſentur reſeruata.*

4 *Clauſula ſaluo iure agnatorum apponitur in legitimationibus ad feuda.*

5 *Legitimatio, vt poßit ſuccedere ab inteſtato, ſaluo iure agnatorum, non impedit quin poßit capere ex teſtamento.*

CLAVSVLA 69.

*Saluo iure Agnatorum.*

IVs alterius ſemper cenſetur reſeruatum, l. ex facto, in principio. ff. de vulgar. l. ſecunda, §. merito, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. capit. ſuper eo, de offic. delegati: Etiam
1 ſi diceretur † non obſtante conceſſione alteri facta, quia intelligitur de conceſſione inualide alteri facta, non autem de valida. Compoſtell. & Ioan. Andr. in cap. cauſam quæ, De reſcrip. Et de hoc ſcripſi ſupra eadem parte, in clauſula 35. Expreſſio † eorum, quæ 2
tacite inſunt, aliquãdo operatur, videlicet, quando alio modo exprimuntur, arg. l. huiuſmodi, § illi ſi volet, de leg. 1. Bartolus & Doct in l. tertia eodem titulo, Alexand. conſil. ſecundo, volumine tertio. Cum iſta clauſula ſubintelligitur in inueſtitura, ad effectum, vt in iis caſibus, in quibus dominus illis præiudicare potuit, præiudicaſſe non intelligatur. vbi exprimitur, expreſſa dicitur ad hunc finem, ne dominus plus iuris vaſſallo conceſſiſſe dicatur, quam ipſe in feudo habet, Andr. in c. 1. numero 2. de lege Corradi, ergo in inueſtitura appoſita multum operatur.

Sed iſta clauſula intelligitur reſeruaſſe iura † certa, non autem penden- 3
tia. Roman. in conſilio 206. in fin. Albert. Brun. in conſilio 1. numero 55.

Item iſta clauſula ſalutaris eſt, ſi apponatur † in legitimationibus pro feu- 4
dis ex pacto, & prouidentia, Andr. Gaill. obſeruatione 142. numero 12. parte 1. Menoch. in conſ. 202. numero 162. Et Alciat. in reſponſo 201. numero 18. quem citat Menoch. in conſilio 108 numero 67. aſſerunt Paulum Papam III. decreuiſſe in huiuſmodi legitimationibus ſemper clauſulam iſtam apponendam eſſe.

Si legitimetur, vt poſſit ſuccedere ab inteſtato, † cum hac clauſula Sal- 5
uo iure agnatorũ, nihil impedit, quin ſuccedat ex teſtamento, etiam in præiudicium agnatorum, Fulg. in conſilio 16. colum. 1. in fin. & ſeq. Caſtr. in conſilio 102. col fi. verſic. 4. videndum, & conſilio 429. in fin. vol. 2. Alexand. in conſ. 51. volum. 2. Ruin. in conſ. 72. in princip. & conſil 87 num. 20. vol 3. & hanc eſſe communem opinionem atteſtatur,

teſtatur, Dec. in conſ. 338. verſ. his præmiſſis, & in conſ. 613. colum. 1. vbi quod huiuſmodi clauſula poſita circa ſucceſſionem ab inteſtato, non impedit, quin poſſit ſuccedere ex teſtamento, & capere quod ex teſtamento ſibi relictum eſt, cum ipſi capere non poſſint, niſi ex tacita mente defuncti, de cuius ſucceſſione agitur l. ſi quis cum teſtamentum nullum in princip. ff. de iure codicill. Gozadin. in conſ. 6. num. 33. Socin. iun. in conſ. 93. nu. 66. vol. 3 & ideo Gualdus de arte teſtandi, cautela 18. dat remedium, vt filius legitimatus præferatur venientibus ab inteſtato, vt paret in teſtamento illum hęredem faciat. Et vide conſ. 176. numer. 9. & ſeq. inter conſilia vltim. voluntat. volum. 1. Si vero dicta clauſula eſſet appoſita, tam ſuper ſucceſſionem ab inteſtato, quam ex teſtamento, tunc neque poſſet hęres inſtitui, Ita probat Matthæus Brunus in conſ. 175. n. 84. verſ. nihilominus vol. 1. inter conſilia vlt. vol. & Paul Lancell. in conſ. 176 eod. vol.

SVMMARIA.

1 *Sub infeudatione prohibita, ſi præſtatur conſenſus, ſolet apponi clauſula, Saluo iure ſeruitij.*

2 *Clauſula, Saluo iure ſeruitij, quas difficultates tollat.*

3 *Seruitium debetur à tota vniuerſitate feudi, & eſt integraliter præſtandum.*

CLAVSVLA 70.

*Saluo iure Seruitij.*

CVm de iure communi permittatur Subinfeudatio, capitulo primo, Qualiter feud. alien. poteſt. & alibi ſit prohibita, Si contingat aliquam partem rei ſubinfeudari, aſſenſu directi domini opus eſt, in quo huiuſmodi clauſula † ap[poni] conſueuit: 1
Saluo iure ſeruitij, na[m] cum per dictum aſſenſum de duobus dubitari contingebat, vtrum ſubfeudatarius dicatur tenere rem immediatè à directo domino: Item, vtrum ius adohæ, & ſeruitij quod debetur reſpectu vniuerſitatis feudi ſit diuiſum, ita quod directus dominus teneatur à feudatario partem, à ſubfeudatario alteram partem recipere: Ad tollend[um] huiuſmodi difficultates fuit introducta hęc clauſula, † vt dicit Andreas in capitulo primo, §. ſed nec eſt alia iuſtior, nu. 2
38. Quæ ſit prima cauſa benefic. amit. ... l. & in l. Imperialem, in l. additione, n. vndecimo, & ibi Camerar. fol. 75. littera D. de prohibita feudi alienat. per Federic. & ſic iſta clauſula non importat, quod ſubfeudum teneatur in capite ab eo, vt ſit diuerſitas inter aſſenſum & conceſſionem.

Item, importat, † vt ſeruitium ſit 3
ſaluum, reſpectu vniuerſitatis feudi integrè exigendum à Barone, & quod non tranſeat prorata in conceſſionarium, quia ſeruitium prædictum pertinet ad vniuerſitatem feudi, non autem ad ſingulares res feudales, vt dicit Gloſ. in verbo, De quibus, in conſtitutione Regni incip. Conſuetudinem, & particularis ſolutio multas affert incommoditates l. tutor, §. 1. Lucius, ff de vſur. l. quidam exiſtimauerunt, ff ſi cert. pet. & ibi not. Ideo dicta clauſula reſpicit totum ſeruitium integraliter pręſtandum, & intelligitur de ſeruitio pręſtando pro tota integrali vniuerſitate feudi. Et facit text. l. ſi in vẽditione, ff. cõmunia prędiorum, vbi reſeruatio iuris nihil noui tribuit.

SVMMARIA.

1 *Reſcripta de iure ciuili non valent niſi habeant expreſſam clauſulam, Si preces veritate nitantur.*

2 *Et quid de iure Canonico.*
3 *Excommunicationem latæ ſententiæ non incurrit inobediens, ſi reſcriptum eſt ſurreptitium.*
4 *Clauſula, Si preces veritate nitantur, non impedit iuriſdictionem.*
5 *Gratia vitiatur ex quacumque minima ſurreptione, & cauſa impulſiua, numero 7.*
6 *Surreptio committitur, etiamſi non exprimatur qualitas facti.*
7 *Reſcriptum ad preces obreptitias quomodo ſit nullum.*

## CLAVSVLA 71.

*Si preces veritate nitantur.*

1 DE iure ciuili diſpoſitum eſt, vt reſcripta † non aliter valeant, niſi habeant expreſſam huiuſmodi clauſulam, Si preces veritate nitantur, l. vniuerſa, C de diuerſ. reſcript. quæ lex fuit canonizata in corpore iuris Canonici, vt in §. reſcripta vniuerſa, 25. quæſt. ſecunda, & cum ſit de tempore præſenti, reſcriptum eſt nullum, ſi huiuſmodi clauſula deſit. Bartolus in l. preſcriptione, numero 2. C. ſi contra ius, vel vtilit. public. per text. l. cum ad præſens, ff. ſi cert. pet. item Bald. in d. l. vniuerſa, dicit eſſe differentiam, vtrũ apponatur in ſententia, vel in reſcripto, quoniam in ſententia interpretatur pro quia, preces veritate nitantur, ſed in reſcripto non appoſita non valet, quia ius repugnat.

2 Sed Canoniſtæ † tenent contrarium, per textum expreſſum capitulo ſecundo, de reſcript. quam ſententiam ſequntur etiam Ciuiliſtæ, Florian. in l ſi cui, ff. de ſeruitutib. Iacob. de Buttrio in d. l. præſcriptione, C. ſi contra ius vel vtilit. public. eamdem tenet Bart. ſi rectè conſiderentur eius verba, in l. à Diuo Pio, in princip. col 2. ff. de re iudic. & Bald. in d. cap. 2. de reſcript. & in l. 1. col. finali, ff. de conſtituta pecun. Specul. in titulo de reſcripti præſentatione, §. ratione defectus verſ. Item quod non eſt clauſula.

Ex quo infert Hoſtienſ. in d. c. 2. quod ſi Papa mandat aliquid fieri ſub pœna excommunicationis latæ ſententię, & ipſo iure concurrendæ, vbi iuſſum non fiat, ſi narrata non ſunt vera, non obediens excommunicationem non incurrit, quia iſta clauſula, Si 3
preces veritate nitantur, ſuſpendit excommunicationem, Ancharan in conſil. 140. Fel. in c. finali, verſ. Ceterum pro intellectu, De præſumpt. & hoc dictum ponit pro ſingulari Marſil. Singulari 154. Adde, quod huiuſmodi clauſula ſubintellecta, habetur loco cauſæ finalis, Zabarell. in d. c. finali, de præſumpt. ergo ſicut cauſa falſa adiecta impedit effectum, l. demonſtratio, §. 1. ff. de cond. & demonſtrat. ita & ſubintellecta Ferrett. conſil. 290. nu. ſecundo, & ſequent. volumine 2.

Et propterea huiuſmodi clauſula non facit Reſcriptum conditionale, vt probaui ſupra in parte 1. clauſula 152. Neque impedit † iuriſdictionem, licet impediat exercitium ipſius, & habet hunc intellectum, quod ſiue inuita parte, ſiue opponente, procedi valeat, ſi preces veritate nitantur, vt per Anton. de Butrio, in c. ex litteris, de reſcript. quem ſequitur Felin in d. cap. 2. num 15. de reſcript. Vbi Felin etiam reſpondet quomodo dicta l. vniuerſa, ſit canonizata de iure Canonico, & an liber Gratiani fuerit approbatus à Papa, ſcripſi de hoc diffusè in Tractatu de iuriſdictione. 4

Propter iſtam clauſulam, omnis ſurreptio, quantumcumque modica vitiat gr[illegible]m. † Curt. ſen. in conſ 16. 5
num. 27. Rebuff. in practica beneficiali titulo, de different. inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ, num. 9. vbique enĩ eſt idem, ſi ſit expreſſum factum, & non

6 non fuerit expreſſa qualitas facti, † Grammatic. deciſ. 66. num. 18. vbi quod non euitatur ſurreptio, ſi quis per inuolucra verborum deliberatam Principis mentem effugiat, Fel. in c. ad audientiam in 2. nu 18. de reſcrip. Berrazolus in conſ. ciuil. 67. num. 86. qui loquitur de eo, qui narrauit ſe minus habere, quam haberet. Creſcent. deciſ. 8. de prębendis, Aldobr. in conſ 112. num. 27. Menoch. in conſ. 57. num. 18.
7 & ſeq. Item, vitiatur † etiam ex falſa cauſa impulſiua, Menoch. de arbitrar. caſu 201. num. 22. Natta in conſ. 368. num. 4. Iaſ. in conſ. 68. num. 6. vol. 3. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa limitat. 1. num. 11. & ſeqq.

8 Item, ſi reſcriptum † eſſet obtentum ad preces obreptitias, eſſet nullum ipſo iure ob defectum voluntatis ipſius Principis, Capic. deciſ. 32. num. 12. Crauetta in conſ. 68. num. 5. & in conſ. 266. & in gratioſis ſurreptio vitiat actum ex defectu voluntatis. Verall. dec. 34. num. 7. & ſeqq. & dec. 48. num. 2. par. 2. & deciſ. 7. num. 2. par. 1. & vbilibet atteſtatur de communi Afflic. deciſ. 116. num. 3. Teſſaur. deciſ. 21. num. 2. Menoch. latius in dicto caſu 201. per totum. Maſcard. concluſ. 896. Aliquando autem [illegible]eptionis vitium euitatur, exprimendo aliquid per ęquipollens, Caſſador. deciſ. 12. num. 4. de prębendis. Veral. deciſ. 222. par. 3 itē ſufficit, quod aliquid per præſumptionem exprimatur. Crauetta in conſil. 408. num. 23. Vide Verall. in deciſ. 40. & in deciſ. 217. par. 3. Multa ſcripſi in Digeſtis Nouiſſimis, tomo primo, Titulo, reſcriptum.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſicut poſſemus in priuilegiis, ſtat cauſatiue in reſcriptis conditionaliter, & quid in confirmatione, num. 3.*

2 *Confirmatio in forma communi cauſatur ex clauſula ſicut iuſte conceſſum.*

## CLAVSVLA 72.

### *Sicut poſſumus.*

IN priuilegiis ſiue clauſula concepta fuerit, † ſicut poſſumus, ſiue alio modo, ſi digne poſſumus, nunquam importat conditionem, ſed ſemper ſtat cauſatiue, ſecus eſt in meris reſcriptis iuſtitiæ, Alex. in conſ. 16. num. 28. verſ. pondero, vol. 5. vbi vide addentes, in verbo, ſicut alios referunt. Idem eſt in clauſula, ſicut iuſte poſſides. Alex. in d. conſ. 16. num. 28. & ſeq. Et multo magis, vbi adeſt clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, Vide Boſſ. in titulo, de Principe, num. 351. Alex. in conſ. 145. num. 4. verſu, circa tertium, vol. 2. & ibi addentes. 1

Item clauſula, ſicut iuſte conceſſum, operatur quod Princeps cenſeatur confirmare † in forma communi: Sed ſi non eſt appoſita in confirmatione, cenſetur ex certa ſcientia, & validat actum, Alex. in conſ. 1. num. 35. vol 5. Roman. in cōſ. 328. num. 7. dicit, quod ſi eſt appoſita in confirmatione † facta in forma communi, importat conditionem: ſi vero confirmatio eſt certa, & ex certa ſcientia, importat cauſam, vide Bald. in conſ. 209. per totum vol. 2 3

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, Succedendo de vno in alterum, refertur ad inueſtitos.*

2 *Delictum vnius ex inueſtitis non nocet alteri.*

## CLAVSVLA 73.

### *Succedendo de vno in alterum.*

HÆc clauſula † refertur ad ipſos inueſtitos, inter ſe, ita quod ſi 1

ſtatim facta inueſtitura deceſsiſſet vnus inueſtitorum, ſuperſtites eidem ſucceſsiſſent, ita in puncto declarat Socin.ſen.in conſilio 68.numero vigeſimoſexto in fine. Præſertim ſi pro indiuiſo facit eiſdem conceſſum.

Ex qua inueſtitura clare apparet,
4 inueſtientem voluiſſe, † vt delictum vnius ex inueſtitis non noceat alteri, ita poſt multos alios relatos probat Decius in conſilio 606. numero decimoquinto. Gozadin. in conſil. octuageſimo quarto, numero decimo octauo.Decian.in conſ.23.num.33. volum. 1.Clarus in §.Feudum,q.66. verſic.ſed in agnatis. Super huiuſmodi clauſula ſcripſit Menoch.in conſil.304.col.1.& in conſ.305.num. 10. & plur. ſeq. Sed vide,quæ ſcripſi ſupra in eadem par. in clauſula 31.vbi oſtendi ex principiis veris feudorum eſſe,vt agnatus delinquens in dominum, non noceat agnato,ſicut nocet deſcendentibus,& ita fruſtra à Ciuiliſtis diſputatio interponitur, cum eorum diſtinctionibus.

SVMMARIA.

1 *Procurationes non debentur Domino non eunti ad Caſtrum.*

2 *Expreſſa dicuntur, quæ tacite inſunt.*

3 *Clauſula quod teneatur ad ius adohæ, quare inuenta.*

## CLAVSVLA 74.

*Teneatur ad ius Adohæ.*

SI Dominus cui ſingulis annis debentur procurationes ab aliquo Caſtro, ſteterit per aliquod tempus, puta quinquennium, in quo ad caſtrum non acceſſerit, neque procura-
1 tiones† receperit, non poterit poſtea illarum æſtimationem exigere, quia tacite videtur actum inter partes procurationes præſtari, ſi dominus iuerit ad Caſtrum, argum. capitul. cum vendi-
tor † de cenſibus, & quod tacite agi- 2
tur, pro expreſſo habetur, l. cum quid, ff.ſi cert. petatur. Hanc quæſtionem ſcribit Io.Andr. in addit.ad Specul.in tit.de cenſibus,in §.finali,per hęc iura allegata.

Et propterea ad euitandum hanc
difficultatem, †inuenta eſt hæc clau- 3
ſula,vt feudatarius teneatur ad ius Adohæ quando, & quoties militare ſeruitium indicetur. Vide Pariſ. de puteo, in tractatu de reintegratione feudorum cap.51.num.7. fol.90.

SVMMARIA.

1 *Clauſula tollentes exceptiones non remouet ſurreptionem ab inueſtitura.*

2 *Præſumitur conceſſa etiam ſurreptitie.*

## CLAVSVLA 75.

*Tollentes omnes exceptiones.*

SI in inueſtitura appoſita fuerit huiuſmodi clauſula, Tollentes, &
Summonentes omnes exceptiones,† 1
nunquam cenſetur ſublata exceptio ſurreptionis, vt probat Aret. in cap.ex parte,in ſecundis de offic.deleg. Nam ſicuti ſtante ſurreptione præſumimus, quod ſi Princeps ſciuiſſet, vel recordatus fuiſſet eorum quæ ſuppreſſa ſunt, non conceſſiſſet in forma communi, abſque d. clauſula, ita multo
magis † præſumendum eſt,quod non 2
conceſſiſſet, cum dicta clauſula tam fauorabili,excludente omnem exceptionem. Aret. in hoc allegat Hoſtienſem, & ſequitur Cæpolla in conſilio ſexageſimo quarto, numero decimo quinto, verſiculo plus etiam dico, & Crauetta in conſilio ſexageſimo primo,numero decimo tertio in fine,niſi fuiſſet

fuiſſet addita clauſula ex certa ſcientia, de qua ſcripſi ſupra in parte prima, vel clauſula, Motus proprij, vt ibidem, & tunc non intelligitur tertio factum eſſe præiudicium, vt ſcripſi ſupra eadem parte in trigeſima prima, & in clauſula ſexageſima nona.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dedit, tradidit, an & quando probet veram traditionem.*

2 *Clauſula, Transferentes omne dominiũ, quid importat in feudo.*

3 *Clauſula, nihil reſeruantes, quid importet in feudo.*

## CLAVSVLA 76.

*Transferentes, &c. Dantes, Tradentes.*

1 Clauſula Dedit, Tradidit, † & non probat vtram traditionem interueniſſe, ſed probat tradendi voluntatem, Angel. in conſil. 307. numero ſecundo, verſiculo, nec obſtat, niſi fuerit appoſita in præſentia inueſtiti, per l. vbi autem, in fine, & ibi omnes, ff. de verborum obligationib. Roman. in conſil. 509. num. 23. & ſeq. Hondedeus, in conſilio nonageſimo primo, numero vigeſimoquarto, volumine primo.

2 Item clauſula, transferentes† omnem actionem vtilem, & directam importat, quod feudum ſit dictum in feudum, & addita clauſula, nihil nobis

3 reſeruantes, † quia tunc erit feudum non habens propriam naturam feudi, Alex. in conſ. 24. num. 11. vol. 5. Capic. in ver. Feudorum clauſulæ, in verſic. transferentes, quia natura feudi alteratur per pactum, Pernuſ. in conſ. 4. col. fi. Balſar. in tit. de feudo non habente propriam naturam feudi, num. 14.

SVMMARIA.

1 *Dictio, vſque, an ſtet incluſiue, vel excluſiue.*

2 *Conceßio feudi vſque ad tertiam generationem. ſtat incluſiue.*

3 *Agnati vſque ad quem gradum admittuntur ad feudum.*

4 *Generatio à qua perſona incipit quando conceßio eſt facta vſque ad talem generationem.*

5 *Pronepotes non continentur in conceßione facta vſque ad talem generationem.*

6 *Statutum excludens fœminas propter maſculos vſque ad talem gradum, an & quando ipſum gradum includat.*

7 *Dictio (Vſque) in legatis, & ſubſtitutionibus, an includat, vel excludat.*

## CLAVSVLA 77.

*Vſque ad tertiam generationem.*

VTrum dictio (Vſque) ſtet † in- 1
cluſiue vel excluſiue, ſcribunt diffuſè Tiraq. in Tractatu de retractu. §. 1. gloſſa 11. numero 66. & ſeqq. Menochius de arbitrariis quæſt. 80. num. 92.

In feudis autem † ſtat incluſiue, 2
non autem excluſiue, vt probarunt Cur. in Tract. de feud. in 3. parte numero 50. Ioan. Thom. in Marin. in Tractatu de generibus & qualit. feudor. in tit. De feudo fraterno, num. 15. In emphyteuſi vſque ad tertiam generationem, dicunt Doctores tertium gradum includere, in l. finali, C. de iure emphyt. Capra in conſilio 87 numero 5. Crot. in conſilio 25. numero 7. Item Agnati † vſque ad ſeptimum 3
gradum admittuntur in feudo antiquo, cum non fecit tranſitum de deſcendentibus in tranſuer-

ſales:Vel alias in feudo quod ex pacto,vel alio modo ab initio ad collaterales deuenit, & tamen Doct. firmant,debere gradũ comprehendi,Alex.& Iaſ.in l.certi,verſ. ſecundo principaliter,C. vnde legitimi.

Quando conceſſio facta eſt, vſque ad tertiam ipſius acquirentis generationem, incipit generatio † à perſona
4 filiorum acquirentis, atque comprehenduntur ipſi filii,nepotes,& pronepotes, Bald.in Auth.Si quas ruinas, num.3.C.de ſacroſanct.Eccleſ. & in l. 2.num.6 C. de iure emphyt. Alexan. in conſilio 125.numero 5. vol. 5. Menoch.in conſil 3.num 4. cum alijs per Gabriel.in titulo de locato, & conducto, concluſ. 4. numero 4. Cephal.in conſilio 582. num. 15. Item ſi fuiſſet dictum in tertiam eius generationem, Ruin in conſ 101.in fine vol. 2. Gozadin.in conſil.25.num.17.

5 Contrarium vide per Menoch. † in conſ.883.per totum,vbi probat huiuſmodi conceſſionem non includere pronepotes, etiam ſi dictæ clauſulæ fuerit additum verbum, incluſiue, quod dicitur prolatum reſpectu generationis,ita vt ſit ſenſus, quod ipſa tertia generatio,id eſt nepotes ſint incluſi,& ita fuit deciſum in Rota, vt per Verall.in deciſ. 18. numero tertio, & in deciſione 112. numero tertio, parte 2 Et hanc eſſe communiſſimam ſententiam,vt pronepotes non includantur,probat Menoch in d.conſ.883.

Item quando dictio (vſque) eſt appoſita reſpectu temporis, totum tempus includit,vti probat Natta, in conſ.461. per totum. Item in ſtatuto excludente feminas propter maſculos, vt intelligatur vſque ad decimum
6 gradum,† ita quod ipſe decimus gradus ſtet incluſiuè, Decius in conſil. 321.Riminal.1.in conſil 26.numero 12. & 14 volumine 2. vbi maſculum intra quartum gradum admitti vult,licet eſſet vocatus per dictionem, (vſque) Laurus de Palat.in Tractatu de ſtatut.excluſ.femin parte 2. principali, num.51.verſ.rurſus,vbi probat, ſtatutum loquens de agnatis vſque ad tertium gradum, includere ipſum tertium,& atteſtatur ita fuiſſe iudicatum, ſed Rota diſtinguit, vtrum huiuſmodi ſtatutum ſit odioſum odio irrationabili,ita,vt dictio (Vſque) ſtet incluſiue vel excluſiue,vt in deciſione 191. parte ſecunda,in Nouiſsimis. Item, ſi teſtator habet plura loca diſcontinua,
† quæ legat alicui, cum clauſula vſ- 7
que ad talem locum,tunc dictio (Vſque)ſtat incluſiue, prout eſt caſus in l. patronus,§ Sempronio, de legatis tertio, & rationem ibi aſsignat Bartol. quia tunc dictio,vſque,ponitur ad determinationem cuiuſdam generalitatis,& locus vltimo dictus cum ipſa dictione (Vſque) ponitur vt terminus ipſius generalitatis, ideo comprehenditur. Et quid ſi teſtator ſubſtituens vſque ad tertiam, & quartam generationem, addiderit, & vſque ad conſummationem ſæculi? vide Menoch. in conſ.326.n.79.

SVMMARIA.

1 *Maioratus confiſcatio per quam clauſulam euitetur.*
2 *Maioratus etiam ſine appoſitione clauſulæ confiſcari non poteſt.*
3 *Argumentum de feudo ad maioratum valet,& n 5*
4 *Fructus maioratus non confiſcantur,durante vita poſſeſſoris delinquentis.*
6 *Fructus feudi non pertinent ad fiſcum durante vita feudatarij delinquentis.*

CLAVSVLA 78.

*Vt eorum poſſeſſores non tamquam domini,&c.*

Ad e-

1 AD euitandam Maioratus confiſcationem † propter delictum poſſeſſoris hæc clauſula introducta eſt, & in inſtitutione ipſius apponi conſueuit: Vt eorum poſſeſſores non tanquam Domini, ſed tanquam vſufructuarij iudicentur. Nam dum dominium à poſſeſſore maioratus aufertur, & in ſequentem ſucceſſorem transfunditur, ceſſat confiſcatio, cum per prouiſioné hominis recedatur à prouiſione legis, l.finali cum ſimilibus C. de pact. de qua clauſula per Molin. in Tractatu de Primogenitis libro primo capit.19. num.35. Adde Angelum l.2. C de libert.& eorum liber.& Gomez. ad leg.40.Tauri, num.91.verſic. pulchra tamen. Vbi etiam quod ſi huiuſ-
2 modi clauſula appoſita non fuerit, † non tamen confiſcari poterit maioratus propter delicta: Et hanc ſentétiam etiam firmarunt Boer in deciſ 268.numero 6. & Peregrin. in Tractatu De iure fiſci lib.2.titulo 3.num.17.℣. ſed in feudalibus,& lib 5 num.97.℣.& ex
3 his etiam infertur, arguendo † de feudo ad maioratum, & quorum dictis ceſſat conſideratio Molinæ, in d.cap. 19.num.37 ℣.Ideoque vel clauſula, vbi quod eſt addenda alia clauſula, videlicet, quod maioratus poſſeſſores ſint ſolum vſufructuarij, quo ad hoc, vt maioratus ipſe confiſcari non poſſit.

Prout etiam fruſtratoria eſt alia clauſula excogitata à Modernis, videlicet: Vt non tranſeat ad Fiſcum etiam
4 quoad fructus,† duráte vita condemnati, æſtimantes, quod ſi huiuſmodi clauſula appoſita non fuerit, aut alia ſimilis, quæ æquipolleat reſpectu fructuum, tunc ipſi, vita durante delinquentis,& maioratus ſucceſſoris Fiſco applicandi ſunt.

5 Nam à feudo ad maioratum † argumentum eſt validum, vt per Gomez.in d.l.40. quæſtione 37. numero 91 & ipſi Moderni admittunt. Sed vbi feudum, † propter delictum delinquentis pertinet ad agnatos, Fiſcus non capit fructus in vita delinquentis. Afflic.deciſione 282.Teſſaur.deciſione 167. Cumias ſuper capit. ſi aliquem,verbo,mortis, numero75. Caſtrenſ.in l.inſulam numero 2.ff.ſoluto matrimonio,& in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus, num.6. ff.de damno infecto. Hieronymus Laurent. in repetitione, l.Statius Florus,§.Cornelio Felici, ff.de iure fiſci, vbi atteſtatur de Communi.Mandell.in conſil.250.numero tertio,Berous in conſ.78.numero vndecimo,& ſeq.volum.1 Burſat.in conſilio 43.nu.23. vbi dicit hanc ſententiam omnes tenere,Gabriel.in conſ. 73. volumine ſecundo, vbi atteſtatur de magis Communi.Peregrin. de iure Fiſci,lib.5.titulo 1.num 114. Addentes ad Clarum.in §.feudum, ſuper quæſtione 84 verbo ſuccedunt, Boſſius in titulo de publicatione bonorum, numero 53.Scaccia,in Tractatu,De iudiciis cauſarum ciuilium, lib.2.capit.9. numero 1576. Perſonalis in conſil.38. num.26. Et hanc ſententiam ex multis aliis firmarunt Moderni practici Criminaliſtæ, De delictis, & pœnis, quæſt.25.num.68.& ſeq.

SVMMARIA.

1 *Succeſſor Maioratus non agit viuente poſſeſſore.*
2 *Fideicommiſſarius non agit viuente grauato alienante.*
3 *Clauſula, vt in vita alienantis reuocari poſſit, quid operetur.*
4 *Feudatarius vbi agat ad reuocationem feudi per ipſum alienati.*

## CLAVSVLA 79.

*Vt in vita alienantis reuocari poſſit.*

ETiá ſuper Maioratibus hęc clauſula inuenta fuit: nam cum viuen-

1 te maioratus poſſeſſore, † is qui ſucceſſionem prætendit, agere non valeat, vt ſucceſſor declaretur, vt diffusè hanc quæſt. diſputans ad partes, Molina De primogeniis, lib.3.cap 14.ita firmat, & in fideicommiſſis † quoque ita
2 ſæpius fuit iudicatum, vt per Marzar. in Epitom. de fideicommiſſ. parte 3. quæſtion. 61. & per Boer. deciſ. 354. Fabius de Anna, in conſilio vndecimo, licet Viuius diſſentiat in deciſione 403. per totam. Ideo introducta fuit huiuſmodi clauſula, Vt in vita † alie-
3 nantis, proximè ſucceſſurus ad Maioratum poſſit alienationem reuocare, ita, vt antequam actus alienationis perficiatur, bona ipſa tranſeant in ſucceſſorem: nam ſtatim dies vocationis cedit, & dominium tranſibit, non expectata morte poſſeſſoris, qui poterit alienationem reuocare. Quam Concluſionem veriſſimam putat Molina in lib.1.cap.2. numero 35. dummodo vocatio ſucceſſoris non referatur ad tempus, quo dominium in emptorem tranſlatum fuerit, vide rationes, vt ibi per eum.

4 Item in feudis, † non poteſt ſucceſſor feudum alienatum reuocare, niſi poſt mortem alienantis: Propterea in Regno Neapolis facta fuit Conſtitutio, quæ incipit: Conſtitutionem Diuæ memoriæ, per quam diſpoſitum eſt, vt ipſe idem feudatarius alienans ſaluo aſſenſu Regis, & non aliter, re integra, id eſt, ante impetrationem aſſenſus, poſſit ſe pœnitere, & alienationem reuocare. Super qua Conſtitutione diffusè ſcriptum eſt in Digeſtis Nouiſſim. tomo 4. tit. Conſenſus.

SVMMARIA.

1 *In Inueſtitura pro maſculis, & feminis an ſit attendendus ordo ſucceſſiuus, & num. 4.*
2 *Inueſtitura pro maſculis cum feminis, quomodo differat ab ea, quæ facta eſt pro maſculis, & feminis.*
3 *Clauſula, vtriuſque ſexus, cui æquiparetur.*

## CLAVSVLA 80.

*Vtriuſque ſexus.*

SI inueſtitura facta fuerit pro maſculis, & feminis vtriuſque ſexus, putat Dec. in conſilio 208. quod inter eos non ſit attendendus † ordo ſucceſſiuus, de quo ſcripſi ſupra in clau- 1
ſula 36. Sed quod ſimul, & æqualiter femina cum maſculo admittatur, pro quo allegat Bald. in l. quoties, C. de ſuis, & legitim. vbi quod ſi dicatur pro maſculo cum femina, tunc pariter maſculus, & femina admittuntur, & non habet locum text. in c.1.§. quinetiam. Epiſcop vel Abbatem.

Sed Communis doctrina eſt in contrarium, quæ magnam conſtituit differentiam, vtrum feudum conceſſum fuerit pro maſculis † cum feminis, vel 2
pro maſculis, & feminis: nam primo caſu concurrunt maſculi cum feminis, ſed ſecundo ordo ſucceſſiuus ſeruandus eſt, vt ita demum feminæ admittendæ ſint, ſi maſculus non ſupereſt, ita declarat Clarus in §. feudum, quæſt. 73. in prin. ℣. ſed quære. Crot. in conſilio 27. numero 3. Cacheran. in deciſione 81. numero 2 & num. 18. Et clauſula, † Vtriuſque ſexus, non æqui- 3
paratur inueſtituræ pro maſculis cum feminis, ſed æquiparatur illi, pro maſculis, & feminis, vt probat Ruminald. in conſilio 437. numero nono, volumine tertio, & Cacheran. in deciſione 23. numero 59 & ideo vigore dictæ clauſulæ, feminæ numquam admittuntur, donec ſuperſunt maſculi. Idem ſi inueſtitura diceret, Pro ſe, † & here- 4
dibus, tam maſculis, quam feminis, quia etiam ordo ſucceſſiuus ſeruãdus eſt, vt ita demum feminæ ſuccedant, ſi defi-

ſi deficiant maſculi, Socin.ſentent. in conſilio 19. Campegius in conſilio 9. inter conſilia feudalia diuerſ. volum. 1. Et contra Decius plures Doctores conſuluiſſe, atque contra eundem fuiſſe iudicatum, atteſtantur addentes ad eundem, Dec.in dict.conſ. 308.in ver. Baronia.

# TRACTATVS DE CLAVSVLIS

## PARS TERTIA.

## IN QVA AGITVR DE CLAVSVLIS pertinentibus ad vltimas voluntates.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Antedicti, non refertur ad eos, qui non leguntur, ſed intelliguntur.*

2 *Et importat ac ſi antedicti eſſent ſpecifice, & nominatim expreſſi.*

3 *Subſtitutio quæ regulariter extendi poſſet, non extenditur propter clauſulam, Antedicti.*

4 *Legatum, vt poſt mortem legatarij deueniat ad antedictos hæredes, fit perpetuum ſi hæredes moriantur prius.*

5 *Fideicommiſſum cum clauſula, Antedicti hæredes, non extenditur ad deſcendentes.*

6 *Relatio quando fit ad Agnatos, non fit ad eorum gradus.*

### CLAVSVLA I.

*Antedicti.*

1 ISTA Clauſula ad eos tantum refertur, † qui in teſtamento legi poſſunt, non autem ad eos, qui non legi, ſed intelligi poſſunt, Bartol.in l.qui liberis, §.hæc verba, numero 7.ff.de vulgar.& pupil. Menoch. in conſilio 243. numero 41. quoniam huiuſmodi clauſula eſt relatiua præcedentium tantum. Dec. in conſilio 423.numero 5.Pariſ.in conſil. 1.num.134.volum.3.Ruin.in conſil.55. num.4.vol.3. Crauetta, in conſilio 98. numero 8 cum aliis per Tiraquell. de retractu lignag. §.8. gloſſ.7. numero
24. Imo idem importat, † ac ſi præcedentes eſſent ſpecifice, ac nominatim 2
expreſſi, vt poſt Bartol.in d.l.qui liberis, ſcripſit Iaſ.in conſilio 15.numero 2. volum.1. Rota deciſione 713. parte 1. in nouiſſ.

Ideo etiam operatur, quod ſubſtitutio, quæ regulariter † ad alium caſum extendi poſſet, non extendatur, 3
ſed tantum in caſu expreſſo impleri oporteat, Rom.in conſil.131. numero 1. Socin.Iun.in conſ.190.num 8. volum. 2 Gozadin.in conſilio 4. numero 24. Menoch.in d. conſil.243. numero 35. ſeq. & in conſil.326.numero 16.& ſe-

quent.& in lib.4.præſumpt 65.numero 65. & ſequenti, vbi loquitur in fortiori caſu, etiam in ſubſtitutione directa.

Item dicit Imola in l.ſi quis filium, §.finali, ff.de acquir.hæredit. quod ſi teſtator relinquat ter centum filiæ pro dote, cum conditione, quòd ſi ea decederet, antequam nuberet, illa ter centum deueniant ad antedictos hæ-
4 redes: † quod ſi contingat heredes ſcriptos deceſſiſſe ante filiam, licet poſtea ante nuptias decedat filia, tamen legatum non tranſit ad hæredes inſtitutorum, ſequitur Alex. in conſil. 273. numero 4. & ſeq. volum.5. & refert Imolam ſic conſuluiſſe. Idem tenet Aretin. in d.§.ſi quis filium, §.finali qui dicit hanc deciſionem eſſe veriſſimam. Ruin. conſilio 29.num.4.& ſequent. volum.2. Durand. in tractatu de arte teſtandi, titulo 6. Cautela 60. numero 1.& ſeq. vbi quod ſi legatum eſt relictum alicui donec vixerit, ſi hæres viuo legatario decedat, perpetuo debet remanere penes legatarium, ſi fuerit dictum quod poſt mortem legatarij tranſeat ad antedictos hæredes. Item Ruin. refert Bartol. in conſil. 7.part.1. vbi quod appellatione infraſcriptorum hæredum non veniat hæres heredis, & perinde eſt ac ſi ſingula nomina heredum ſpecifice fuiſſent expreſſa.

Item ſi appoſita fuerit, fideicommiſſo ſub conditione facto ſi abſque liberis decederent, aut cum filiis ante-
5 dictis, † tunc iſte ſecundus caſus non refertur ad omnes deſcendentes filiorum inſtitutorum, ſed ſolum ad filios filiorum teſtatoris, quos in prima ſubſtitutione, poſt reciprocam expreſſam voluit parentibus ſuccedere, quia ſupra non niſi de liberis loquutus ſit teſtator, & clauſula, Antedictis, eſt relatiua, & operantur ac ſi filii fuiſſent nominatim expreſſi, vt dictum eſt. Non igitur comprehendit alios deſcendentes, cum ſupra de illorum filiis locutus non fuerit, & vna pars alternatiue declarat alteram, l.1.ff.de rebus dubiis. Rota deciſ.213.num.2 par 2.in Nouiſſimis.

Declaratur, vt huiuſmodi clauſula
† referatur ad perſonas agnatorum, 6
non autem ad qualitatem gradus, quando non adſit certa ratio reſtringendi agnatorum perſonas ad certos gradus, & ideo ſatis eſt quod repetat ea dumtaxat, quæ non repugnāt menti diſponentium, vide Decian. in conſ. 17.numero 46.volum.1.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula ad arbitrium ſuum, in contractibus facit conditionem, ſecus in vltimis voluntatibus.*

2 *Alienandi facultatem habens ad arbitrium ſuum, quid poſſit facere.*

3 *Clauſula, Ad libitum ſuum, importat arbitrium boni viri.*

4 *Alienans in fraudem ad quid teneatur.*

5 *Diſponendi facultas arbitrio ſuo, exercetur per hæredis inſtitutionem.*

6 *Clauſula, Arbitrio ſuo, an indigeat expreſſa declaratione voluntatis.*

7 *Vltimæ voluntates interpretantur ad arbitrium boni viri.*

8 *Legatum erogandum ad arbitrium alterius valet.*

9 *Lex, Quoniam, C.de naturalibus lib. declaratur.*

10 *Teſtamentum iuſſu teſtatoris poteſt extendi ad conſilium ſapientis.*

11 *Teſtator poteſt dare arbitrium, ſiue arbitratorem in teſtamento.*

12 *Lex prima, de legatis ſecundo, declaratur.*

## CLAVSVLA 2.
*Arbitrio ſuo.*

HÆc clauſula † in contractibus 1
facit conditionem, l.finali, C.de con-

contrahen. empt. cum ſimilibus. Aretin. in conſil. 108. in princip. & declarat Bart. in l. ſi quis arbitratu, numero 3. ff. de verb. oblig. plenius per Alexand. in conſilio 72. numero 14. vol. 5. Sed in vltimis voluntatibus Bart. in d. l. ſi quis arbitratu, facit differentiam, vtrum poſita fuerit, per dictionem, Si, vt ſi Titius arbitratus fuerit, & tunc eo non arbitrante, diſpoſitio non valet, & deficit, vt not. per gloſſ. mag. in l. 1. de legat. 2. & habetur in l. is qui hæres, ff. de acquir. hæredit.

2 Solet iſta clauſula à teſtatoribus † apponi, quando relinquunt vxores ſuas vſufructuarias, eiſdémque dant facultatem alienandi, & diſponendi de mobilibus, Arbitrio ſuo, & tunc facultas reſtringenda eſt ad arbitrium boni viri, & non extendenda ad liberam voluntatem & poteſtatem, Bart. in l. alio, numero 8. ff. de aliment. & cibar. legat. Guido Pap. in deciſ. 475. vbi agit de clauſula, ad libitum ſuum,

3 † dicit fuiſſe reſolutum, aliquando importare arbitrium boni viri, aliquando liberam voluntatem. Cor. in conſil. 173. colum. 3. verſ. Sed dubium facit, vol. 3. vbi probat alienationem permiſſam à teſtatore cum huiuſmodi clauſula, debere reſtringi ad arbitrium boni viri, l. Thais. § ſorore, & l. Lucius, ff. de fideicommiſſ. libertat. Item ibi, quod non poſſit vendere, niſi appareat iuſta cauſa alienandi, puta indigentiæ, vel quia res mobiles tempore conſumuntur, aut alia iuſta cauſa appareat, Socin. in conſil. 210. in fin. volum. 2. probat huiuſmodi cauſam iuſtam eſſe, vt ſi diſponeret ad pias cauſas, Alex. in conſilio 58. columna pen. & finali, volum. 3 probat, hoc caſu vſu-

4 fructuariam † alienantem animo fraudandi reſtitutionem rerum, eſſe in dolo, & in generali facultate non venire dolum, neque facultatem diſpendendi abſque rationabili cauſa ...

iudicium alterius, l. creditor, §. Lucius, ff. mandati, l. ſi ſeruus vetitus, de legat. 1. & vbi ita doloſè venderet, teneri ad reſtitutionem pretii: Et huiuſmodi arbitrium intelligendum eſt quod faceret ita, ac vellet fieri in rebus ſuis, Dec. in l. in perſonam § generaliter, de regul. iur. allegat Bartol. in l. 1. col. 2. ff. de ſolut. Rom. in Rubr. de arbitr. colum. 2. verſ. Item quinto, & probat etiam Cagnolus in d. §. generaliter.

Interdum facultas alienandi, & diſponendi cum hac clauſula, arbitrio ſuo reſtringitur vſque ad talem quantitatem, † & tunc quia hoc ius diſpo- 5
nendi eſt in patrimonio inſtituti heredis, ideo ipſe inſtituendo heredem ſuum, cenſetur etiam de huiuſmodi quantitate diſpoſuiſſe prout eſt caſus in l. ſi quis prioris, § certum, §. illud, C. de ſecund nupt. Bart. & Doct. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & in l. peto, §. fratre, de leg. ſecundo, Cacheran. in deciſione 85. numero 3. Et licet Bartol. in l. centeſimis § fin. ff de verb. obligat. teneat, huiuſmodi clauſulam, 6
Arbitrio † ſuo, reſolui in hunc ſenſum, ſi ipſe voluerit, & ita ſi inſtitutus cum hac clauſula expreſſe declarauerit, ſe ita velle alias eo non arbitrante, conditio videatur defecta, l. ſi ita legatum §. illi ſi volet, de legatis primo, tamen contra Bartolum tenent magis Communiter Doctores, in d. l. centeſimis, § fin. vbi tractant quæſtionem de eo qui poſitus fuerat à iudice ad confinia cum clauſula, ad eius beneplacitum. Item, quia probatum eſt ſupra, huiuſmodi clauſulam in vltimis voluntatibus non importare conditionem, & ideo idem Bartolus in dict. l. ſi quis arbitratu, numero 3. & numero 5 ff de verb. oblig. dicit, quod ſi legatum eſt commiſſum in arbitrium Titii, eo non declarante, poteſt ... [illegible]

& quia eſt de forma, ideo requiritur declaratio voluntatis.

7 Etiam in vltimis voluntatibus † recurritur ad arbitrium boni viri, quando teſtator vel ſuam voluntatem non bene explicauit, vel declarationem ſuæ voluntatis alteri commiſit, d.l.1. de legat. ſecundo, & ibi tractatur, l.finali, §.ſed & ſi quis, C.commun.de legat. Socin.in conſilio 92. numero 11. & ſeq. vol.1. Afflict. deciſione 371.numero 10.

8 Item, ſi legauerit Titio centum, eroganda, prout ſibi in ſecreto dixit, de cuius legati validitate ſcribit Bartolus in l.quem hæredi, ff.de rebus dubiis. Angel. in Tractatu de teſtamentis, gloſſ.70 Simon.de Pret.de interpret.vltim.vol. libro 1.ſolut.10. numero 8.fol.71.

Ex quo infertur, textum in l.quoniam,

9 † C.de natural.liber. vbi quod deſideria morientium iuſta ratione colliguntur ex arbitrio viuentium, non poteſt reſtringi ad arbitrium eiuſdem teſtatoris, dum viueret, per ea quæ ipſe geſſerit, aut declarauerit, prout ſcripſit idem Simon de Pret. in d.ſolut.10. in princip. quoniam vltimæ voluntates, etiam alieno arbitrio declarari poſſe, probatum eſt, & ipſe idem teſtator committit declarandam. Item committit eius teſtamentum extendi ad

10 conſilium ſapientis, † vt probat Mantica in Tractatu de coniectur. lib.3.titulo 1. numero 19.& ibi vide quid ſapiens poſſit addere. Item, quia in te-

11 ſtamento dat arbitrium, † ſiue arbitratorem, vt declarat Caccialup.in tractatu de arbitr. libro 1.capit.9.& ibi etiam probat, quod huiuſmodi ar-

12 bitri, vel arbitratores, non † dicuntur exequutores teſtamenti, vt credidit Bald.in l.1. de legatis ſecundo, ideo oſtendit Baldi opinionem, ad intellectum d.legis primæ, non eſſe amplectendam. Et quando legatum factum ad arbitrium ſit conditionale, vel non ſit, vide Peregrinum, de fideicomiſſ. artic.33.num.65.ad finem.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Bona ſua deueniant ad ſuperſtites, poſita in contractu, non intelliguntur per vltimam voluntatem.*

2 *Contrahentes ex quibus iudicentur voluiſſe facere actum inter viuos.*

3 *Conuentio cum clauſula, Quod bona deueniant ad ſuperſtitem, quando ſit valida.*

## CLAVSVLA 3.

*Bona decedentis deueniant ad ſuperſtitem.*

SI in conuentione inter viuos apponatur huiuſmodi clauſula, ipſa non operatur, quod contrahentes † voluerint peruenire per diſpoſitionem 1
vltimæ voluntatis, quoniam contrahentes cenſentur iſtam clauſulam addidiſſe ad abundantiorem cautelam. Ruin.in conſil.126.numero 4.in fine, volum.1.Iaſon in conſ.173.numero 4. ℣.ſecundum, volumine quarto. Et fortius procedit, quando manifeſtè apparet, contrahentes † per actum inter vi- 2
uos voluiſſe diſponere, Gabriel in conſilio 137.num.36. Et manifeſtè apparere dicitur, ſi promiſerunt pro ſe, & ſuis heredibus. Item, ſi pro obſeruantia conuentionis obligauerunt bona diuiſa. Item, ſi iurauerunt omnia perpetuò attendere, & obſeruare, his enim clauſulis contractus irreuocabilis factus dicitur, qui contradicit naturæ vltimæ voluntatis, quæ reuocabilis eſt, & contrauenire poteſt, ita probat Gozadin. in conſilio 87. numero nono. Cacheran. deciſione 100. numero decimo quarto. Roland.in conſilio octauo, num.26.& numero 32.volum.1.

Et quod

5 Et quod conuentio † cum huiuſmodi clauſula valeat, non obſtante, quod contineat obuentionem certorum bonorum, probant Gozadin. in d. conſilio 87. numero 17. Cephal. in conſilio 301. numero 113. Pariſ. in conſ. 72. numero 18. volum. 4. & in conſ. 26. numero 85. volum. 2. Ruin. in conſilio 126. num. 3. & ſeq. volum. 1. Socin. iun. in conſil. 143. per totum, volum. 1. Viui. in Silua Communium opinionum, in verſic. Pactum per aliquos, numero 12. Tiraquell. de iure primogenit. quæſtion. 6. numero 5. Curt. iun. in conſilio primo, in princip. & numero 16. Iaſon in conſil. 17. col. fin. volumine 3. Marſil. in Singulari 333. Iaſ. in l. finali, numero 7. in 4. limitat. C. de pact. Socin. iun. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, numero 90. ff. de verborum obligation.

Declaratur hæc concluſio, vt non procedat quando partes contrahentes per huiuſmodi clauſulam intellexiſſent ſucceſſionem omnium bonorum, aut quotam hereditatis, quoniam penitus eſſet nulla, ex Regula d. l. finalis, C. de pact. & d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & vtrobique communiter per ſcribentes Bartol. in conſilio 212. Simon de Pretis in conſ. 123. numero 24. Bero. in conſ. 30. volum. 3. Curt. iun. in conſilio 15. volumine 1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Bona ſua, ſemper intelligitur de bonis teſtatoris.*

2 *Bona teſtatoris intelliguntur habito reſpectu ad tempus præſens.*

3 *Legatum de bonis, intelligitur quæ habebat tempore teſtamenti.*

4 *Augmentum bonorum factum per teſtatorem poſt legatum, pertinet ad heredem, & num. 7*

5 *Pronomen (Meum, Tuum, & Suum) importat etiam poſſeſſionem.*

6 *Pronomina poſſeſsiua denotant tempus præſens.*

8 *Teſtator non cenſetur diſpoſuiſſe de bonis compreßis, alteri debitis.*

9 *Non cenſetur diſpoſuiſſe de bonis hæredis.*

10 *Fideicommiſſum reale inducitur per clauſulam, Bona ſua vadant, perueniant, remaneant.*

CLAVSVLA 4.

*Bona ſua.*

Licet iſta clauſula poſſit † comprehendere bona teſtatoris, & bona hæredis, tamen ſemper intelligitur de bonis teſtatoris, Bartolus in l. ex facto in princip. ff. ad Trebell. & in l. cum in teſtamento, vbi Alex. in additionibus ff. de auro, & argento legato, Alex. in conſilio 56. colum. 1. volumine 1. Socin. in conſil. 249. col. 10. verſiculo prima difficultas volum. 2. Curt. iun. in conſ. 40. num. 14. & ſeq. 1

Item intelligitur de bonis teſtatoris † habito reſpectu ad tempus teſtamenti, l. ſi ita, ff. de aur. & arg. legat. vbi Bart. & cæteri firmant regulam, ſemper diſpoſitionem de bonis teſtatoris referri ad tempus teſtamenti, & non poſſe trahi ad futurum tempus, prout eſt caſus in l. vxori, §. vxori, de legat. 3. & l. Aurelius, § teſtamento, ff. de liberatione legata, & l. his verbis, vbi id notat Bartol. de legatis tertio, & l. creditor, § fin. ff. de liberat. legata. 2

Et hoc eſt verum, etiamſi teſtator vſus fuerit verbis vniuerſalibus videlicet, dicendo: Omnia bona ſua, quia adhuc veniunt ſolum ea bona, quæ habebat tempore teſtamenti, † prout eſt caſus, l. ſi ita ſcripſiſſet, de legatis ſecundo, in verſic. quicquid Lucium Titium, &c. & l. ſcribit, § idem ſcribit, ff. de auro, & arg. legato, & l. finali, §. 1. & 3

ibi gloſſa,in verb.communes,de legat. ſecundo.Bart.in d.l.ſi ita,numero 4.ff. de auro,& arg.legato,& ita omne augmentum bonorum pertinet ad hæredem,& non ad legatarium. Diffusè
4 ſcribo † ſuper huiuſmodi Articulo in Voto 6.inter deciſiones Piſanas, vbi etiam,vt non hoc fallat in diſpoſitione ad pias cauſas.

5 Item licet hoc pronomen (Meum† Tuum,& Suum) poſſit importare dominium,& poſſeſſionem, tamẽ quando diſpoſitio non valeret, ſi importaret dominium, tuncexponitur, vt importet ſolam poſſeſſionem, veluti ſi maritus legat vxori ſuum arrendium, quia non intelligitur de dominio vxoris, quia res legatarij ſibi non legatur, ſed exponitur ſuum reſpectu poſſeſſionis,Baldus in conſil.271.volumine 4.

6 Et huiuſmodi pronomina† poſſeſſiua ſemper denotant tempus preſens, *Bartol.in conſilio 116.numero* 17.℣.ex iis,parte 1.declarat Bellon. in conſilio 5. numero 1. ℣.ſecundo magis, ideo ſi teſtator legat ſuum fundum Cornelianum, non venit acceſſio facta poſt
7 legatum, † vt puta ſi teſtator emerit alia bona, & fundum ampliauerit, ita ſcribunt omnes,in l.ſerui electione,§. finali, de legatis primo, vbi Iaſon numero 8.& numero 10.& ſeq. Roland. in conſilio 71. numero 29. volumine 2.

Declara, vt diſpoſitio teſtatoris de bonis ſuis, non comprehendat bona
8 per eum poſſeſſa,alteri debita,† quia quælibet diſpoſitio debet intelligi de bonis ſuis,id eſt, quæ ſunt in poteſtate diſponentis, l.Lucius § penult.ff.ad municip.Bartolus in l.ſi quis ſub conditione, ff.de condit.inſtit.Caſtrenſ.in conſilio 347 volum 1.& in conſ. 389. col.fin.vol.2.Dec.in conſil.218.numero 2.Item,quia bona non ſunt ſua,quę quis tenetur alteri reſtituere, l.vnum ex familia,§.1 de legat.2 l.legata.Item, non includit bona † hæredis, per teſtatorem poſſeſſa, atque hæredi facto 9
reſtituenda.Cranet.in conſ.25. numero 18.& conſilio 245. per totum, qui alios allegat, Alex.in conſil.91.numero 15.volum.1.& in legatis notat Bartol. in d.l.ſerui electione, §. cum fundus,de legat.2. non negatur poteſtas, d l.vnum ex familia,§.ſi rem,de legat. 2. videlicet, ſi expreſſe dixerit, aut colligi poſſit, quod ita voluerit, ſed generalis diſpoſitio illa non comprehendit, vt poſt alios citatos probat Cranett.in d.conſ.245.

Per huiuſmodi clauſulam teſtator hæreditatem ſuam affeciſſe dicitur,videlicet, ſi dixerit, bona ſua vadant, tranſeant, remaneant, perueniant, & 10
tunc dicitur induxiſſe fideicommiſſum reale, ita vt ad quaſcumque manus tranſeat, omnes cenſeantur grauati onere fideicommiſſi, etiam eorum hæredes ab inteſtato venientes, & quilibet poſſeſſor, Bal.& Salic. in l. precibus,C.de impuber.ſubſtit. Curt. ſen. in conſ.51.col.10. & conſ.42.col. 4.℣.accedat ad præmiſſa, & ℣ Et potiſſime quia, Corn.in conſil.38.Socin. in conſ.62.num.12.vol.3. ergo quilibet poſſeſſor, & hæres etiam non grauati, cenſetur grauatus, & à quocumque poteſt hæreditas vendicari, etiamſi ad mille manus tranſiret, & quocumque titulo, etiam oneroſo poſsideretur, vt firmant præcitati Doctores.

SVMMARIA.

1 *Prohibitio alienationis cum cauſa inducit perpetuum fideicommiſſum.*

2 *Clauſula, Bona in familia conſeruentur, ſimpliciter, & de per ſe prolata inducit fideicommiſſum.*

3 *Fideicommiſſum inducitur, vbicumque teſtator*

*teſtator vult bona conſeruari in agnatione, & n.5*

4 *Agnatus proximior præfertur in fideicommiſſo.*

## CLAVSVLA 5.

*Bona in familia conſeruentur.*

ALiquando huiuſmodi clauſula ponitur poſt prohibitionem alienationis, pro cauſa prohibitionis,
1 † quia vult vt bona ſua ſemper permaneant in familia, & tunc ſemper dicitur eſſe inductum fideicommiſſum reale, etiam in caſum mortis, perpetuum, & æternum, vt magis communiter inter Doctores receptum eſt, Clar. in §. fideicommiſſum, quæſt. 5. Mantica de coniectur. lib. 6. tit. 14. num. 24. & ſeq. Molin. de primogeniis, lib. 1. cap. 5. num. 15. & ita ſemper fuit iudicatum, Rota deciſ. 568. par. 1. in nouiſſimis, & deciſ. 221 par. 2. eod. Puteus deciſ. 448. par. 2. Cacheran. in deciſ. 49. & vide in Digeſtis nouiſſimis, tomo 5. Titulo, Fideicommiſſum.

Interdum huiuſmodi clauſula à teſtatore
2 † dicitur ſimpliciter, & de per ſe, abque eo quod ponat pro cauſa prohibitionis, & tunc etiam inducit fideicommiſſum reale, ita dicit Crot. eſſe ſine dubio, in conſ. 48. numer. 20. Pariſ. in conſ. 30. nu. 22. vol. 2. Alba, in conſ. 54. num. 2. vbi dicit huiuſmodi clauſulam inducere fideicommiſſum, ſiue ponatur principaliter, & de per ſe, ſiue per modum cauſę, Crauetta, in conſ. 130. num. 10. Cacheran. in dec. 50. num. 2. Vbicumque enim teſtator †
3 vult bona remanere in agnatione, cenſetur fideicommiſſum inductum inter illos de agnatione, & gradatim vnus poſt alium cenſetur eſſe grauatus reſtituere alteri proximiori in gradu,
4 §. Bartol. in l. ſi cognatis, ff. de reb. dubiis, quoniam aliter res non poteſt in agnatione conſeruari, niſi de vno tranſeat in alterum, l. peto, §. fratre, de legatis ſecundo, & declarat Cuman. in d. l. ſi cognatis, Pariſ. in d. conſ. 30. num. 22. & ſeq. vol 2. Crauetta, in conſ. 113. num. 5. Surdus in conſ. 555. numer. 8. item Bal. in l. quoties, num. 8. C. de fideicommiſſ. dixit ex quacumque qualitate rei † præſumatur teſtatorem 5
voluiſſe bona conſeruari in agnatione, ſemper fideicommiſſum cenſetur inductum. Sequitur Soc. in conſ. 168. n. 78. vol. 2. vbi credit eſſe dictum notatu dignum, Pariſ. in d. conſ. 30. nu. 26. vol. 2. Rubeus in conſ. 28. n. 6. Crauetta, in conſ. 130. n. 9. Rol. in conſ. 23. nu. 24. volum. 4.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, caſſans, & irritans, an cenſeatur appoſita de voluntate teſtatoris.*
2 *Clauſulæ accidentales cenſentur appoſitæ de voluntate teſtatoris.*
3 *Mulier præſumitur certiorata de Velleiano, & eius effectu.*
4 *Derogatoria nihil operatur ſi eſt appoſita ſuper actu nullo.*
5 *Clauſula derogatoria poſita in teſtamento poteſt tolli in codicillis.*
6 *Donationes non cenſentur reuocatæ per clauſulam caſſans &c.*
7 *Clauſula caſſans & an reuocet teſtamẽtum præcedens, habens derogatoriam ad omnia ſequentia teſtamenta.*
8 *Lex ſi quis in principio, de legatis tertio, declaratur.*
9 *Derogatoria ſequentium teſtamentorum quot modis concipiatur.*
10 *De clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta, qui ſcripſerit.*
11 *Proteſtatio contra ſequentes codicillos, inducit eorum derogationem.*
12 *Et probatur per duos teſtes.*

## CLAVSVLA 6.

*Caſſans, & irritans.*

MVlti cogitarunt, ita demum huiuſmodi clauſulam, Caſſans, & irritans, ſuum affectum ſortiri poſſe, ſi de voluntate teſtatoris ſcientis vim ipſius clauſulæ appoſita fuerit, l. ſi quis in principio, in verſiculo ſciens, de le-
1 gatis tertio. Ceterum † ipſa non præſumitur de voluntate teſtatoris appoſita, ſed de ſtylo Notarium apponi conſueuiſſe, firmat Barbacia, in c. cum eſſet, col. finali, de teſtament. & in conſ 52. col. pen. vol. 3 & in conſ. 89. volum. 4. Pariſ. in conſ. 10. numero 10. volum 3. Couar in rubr. de teſtam. par. 2. num. 20. verſ. 13. Burſ. in conſ. 47. n. 17. vol. 1

Contraria opinio eſt verior, quoniam hæc clauſula eſt de accidentalibus teſtamenti, quod abſque ea ſtare poteſt, ad tradita per Gomeſ. in §. in perſonam, num. 14. inſtit. de actionibus: ſed Notarius non poteſt clauſu-
2 lam † accidentalem ex ſua voluntate, & ſtylo in inſtrumento apponere, ergo præſumendum eſt, quod ita teſtator apponi mandauerit, vt probat Menoch. in conſ. 37. numer. 130 & ſeq. & num. 176 & ibi poſt alios oſtendit eſſe communem opinionē, ſicut etiam dicimus de clauſula renuncians beneficio ſenatus conſulti Velleiani, quæ etiam à muliere iuris ignara appoſita
3 valet, † quia præſumitur certiorata à Notario de illius affectu, & virtute, ita ſcribunt Alb. & alij, in l. 1. ff. ſi cert. pet. Dec. in 2. lect. numer. 11. & in 3. lect. n. 53. Alciat. de præſump. regula 3. præſumptione 13.

Si poſterius teſtamentum eſt nul-
4 lum, † hæc clauſula nihil operatur: ita firmat Paul. de Caſtro in l. ſancimus, in fine, quia iſta clauſula habet tacitam conditionem, ſi ſecundum teſtamentum, in quo ipſa appoſita eſt, validum fuerit, cuius dictum ponit pro ſingulari Ioannes de Arnono in Singulari 55. ad hoc eſt tex. in l. ſi. iurare, & ibi Bartol. n. 4. de legatis 3. Crotus in l. ſtipulatio hoc modo concepta, n. 13. verſ. quibus addo, verb. oblig. Mantica, de coniecturis, lib. 3. tit 14. n. 9.

Si hæc clauſula poſita eſt in ſecundo teſtamento, † poterit poſtea tolli 5
in codicillis ſubſequentibus, Salic. in l. 2 num 3 C. d. codicil. quia per eam hæreditas non datur, neque adimitur. Item quia non reperitur cautum in cōtrarium, ergo permittitur, Ang. in §. pen. num. 1. in fi. verſ. quærit. inſt. de codic. quam doctrinam dicit eſſe ſingularem Iaſ. in l. ſancimus, nu. 14. in fi. C. de codic. Alex. in d l. 2. n. 4. C. eod. Par. in conſ 10. num. 28. vol. 3. Natta in auth. hoc inter liberos, n. 54 C. de teſtam. Couar. in rubr. de teſtamentis, par. 2. num 19. verſ. 15 Menoch. lib. 4. præſump 166. numer. 52. Mantica, de coniect. lib. 6. tit. 4 nu. 9. & lib 12 tit. 8. num. 25. Oddus in conſ. 89. num. 33 & nu. 117 & n. 125. vbi probat eſſe communem opinionem, & refellit opinionem Ruini declarantis, non procedere hanc concluſionem, quando codicilli eſſent facti poſt ſecundum teſtamentū: probat enim hāc illius opinionē eſſe contra communē ſententiam.

Per huiuſmodi clauſulam † caſſans, 6
& irritans omnes alias diſpoſitiones ante factas, teſtator non cenſetur reuocare donationes, Bartolus in l. legatum, de legatis ſecundo, Baldus in l. ſancimus, C. de teſtam. Imola in l. hæredes palam, §. fin. de teſtam. Rom. in cōſ. 169. Affl. dec. 175 in fine, vide Dec. in cōſ. 74 n. 45. & ſeq. vol. 4. quia multa ad hoc adducit.

Si primum teſtamentum haberet clauſulam derogatoriam ad omnia alia teſtamenta poſtea facienda, mox teſtator ſecundum teſtamentum fecerit, cū clauſula, caſſans † & irritans, &c. vtrum 7
illud primum reuocatum fuerit, quæſtionis eſt, & Bartol. in l. ſi quis in princ. teſtamenti, num. 9. de legatis tertio, tenet

tenet affirmatiuam,vbi quod generalis derogatio ſufficiat, ſequuntur Caſtr.in conſ. 408. vol.2. Rom. in conſ. 385. Alex.in conſ. 134. nu. 8.vol.1.Barbat.in c.cum eſſes, de teſtamentis,Capra in conſ.31.num.13. Guido Pap.in conſ.65. num. 20.& in conſ.125.poſt num.3.

Contraria opinio eſt magis communiter recepta,vt atteſtatur Alexand.in conſ.25.num.3.vol.3.& in conſ.44.circa finem,volum.4.& in conſ. 156. numer.3.& in conſ.167.num.7.volum.7. Burſat. in conſ.47. num.23. vol.1. vbi quod licet huiuſmodi clauſula, Caſſans,&c.cenſeatur operari ſpecialem derogationem præcedentium,non tamen operatur indiuiduam derogationem ad clauſulam derogatoriam in primo teſtamento appoſitam, & ad hoc eſt textus in d. l.ſi quis in principio teſtamenti,de legatis tertio, vbi ſi teſtator dixerit:Si cui bis legauero,ſemel deberi volo,ſi poſtea in teſtamento,vel codicillis,ſciens ſæpe eidem legauerit, dicit Hermogenianus,quod vltima voluntas valebit, dummodo ſpecialiter dixerit teſtator, prioris voluntatis ſe pœnituiſſe in verſicul. Sed hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſe pœnituiſſe. Et quod ſpecialis derogatio ſit, quando dictum fuerit, non obſtante tali teſtamento ſpecialiter deſignato, probat Clar.in §.teſtamentum, quæſt. 99.ver.hæc tamen opinio. Caſtrenſ.in dicto conſilio 408. num. ſecundo,℣. & tunc,vol 2.Natta in conſ.639.num. 9.& in Auth.hoc inter liberos, num. 36.C. de teſtament. vide quæ ſcripſi ſupra in prima parte,clauſula 76 Non obſtantibus.

9 Clauſula derogatoria † ſequentium teſtamentorum,quot modis concipiatur, vide Menoch. in conſilio 1093 num 3.

An & quando clauſula derogatoria †poſita in primo teſtamento ad ſequentia poſtea facienda, cenſeatur reuocata per clauſulam, Caſſans, &c. 10 & per alias clauſulas ſub diuerſis verbis conceptas, vide Natt.in tractatu de clauſula derogatoria,impreſſo poſt repetitionem,l.hac conſultiſſima, §.ex imperfecto,C.de teſtament.Couar.in rubrica de teſtam. in 2.par. num.19. Mantica.de coniectur.lib.12. tit. 8.Simon.de Pret. de interpretat. vlt. voluntatum,lib.4.interpretatione 3. dubitat.2.folio 460.Menoch. in libro 4. præſumptione 166.per totam, Clar.in §.teſtamentum,quæſt.penult.Et ſi aſſumerem onus ordinandi eorum dicta,quæ ſinguli eorum ſecundum proprium genium ſcripſerunt, tractatus magnus ſuper huiuſmodi clauſula cōponi poſſet.

Quæ dicta ſunt de clauſula derogatoria poſita in primo teſtamento reſpectu ſequentium, etiam procedūt ſi poſita fuerit in primis codicillis reſpectu ſequentium:Et quod huiuſmodi derogatoria † ad ſequentes codi- 11 cillos cauſetur ex ſola proteſtatione coram teſtibus facta, nec requiratur idem numerus † teſtium, qui requi- 12 ritur in ipſis codicillis conficiendis,vide Surdum in conſ.359.per totum qui conſuluit ſuper hoc nouo articulo.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula,Credo te daturum, inducit fideicommiſſum.*

2 *Fideicommiſſum induci poteſt etiam per verba enunciatiua.*

## CLAVSVLA 7.

*Credo te daturum.*

QVamuis clauſula hæc diſpoſitiua non ſit,†tamen fideicommiſ- 1 ſum operatur, ita dicit textus in lib. vnum ex familia, §. finali,de legatis

2 non dubitare ſe, quodcunque vxor eius accepiſſet, liberis eius redditu-ram, fideicommiſſum fuiſſe, illi hæredi iniunctam. Item text. in l. eo modo, de legatis 1. vbi clauſula, credo te dictu-rum fideicommiſſum inducunt: Nam
2 fideicommiſſum † conſtitui poteſt etiam ex verbis enunciatiuis, vt in di-ctis iuribus, & l. codicillis. §. matre, de legat. 2. & l. fideicommiſſa, §. hęc ver-ba, ff. de eod. titulo, & probant Bart. in l. ex hac ſcriptura, ff. de donationib. Alexan. in l. ſi quis mihi bona, §. & quod ſi mandauit, ff. de acquir. hæred. Crot. in conſ. 48 num. 21. plures ad hoc refert Portius Imolenſ. in conſ. 40. numer. 25 Peregrin. de fideicom. art. 14. num. 23. item doctius & magis methodice Cardinal. Mantica de con-iecturis, lib. 3 tit. 12.

SVMMARIA.

1 *Clauſula cum commmodum ei erit, quo-modo intelligatur.*

2 *Clauſula, cum fieri poterit, quomodo in-telligatur.*

## CLAVSVLA 8.

*Cum commodius ei erit.*

1 EXponitur hęc † clauſula ceſſanti-bus difficultatibus & impedimen-tis, l. nepos Proculo, ff de verbor. ſi-gnif. l. Thais, §. 1 ff. de fideicommiſſ. li-bert. Bald. in conſil. 301. num 3. volum. 2. per text. & Gloſſ. in l. rogo, ff. quan-do dies legato cedat, Morot in conſ. 97. num. 15. Afflict. decisſ. 179 in fi. ſed
2 ſi dictum fuerit: Cum fieri † poſſit, intelligitur ſecundum ordinem iuris l. 2. in fine. ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium, l. ſed hoc niſi, cum gloſſa, ff. de iure dot. Caſtrēſ. in conſ. 164. col. 2. vol. 2. Abb. in conſ. 43. numero ſecundo, vol. primo.

## CLAVSVLA 9.

*Cum petierit, vel Cum vole.*

SI legatum eſt factum Caio cum hac clauſula, cum petierit, vel cum volet, ipſa denotat potius quandam admonitionem, quam conditionem, vt declarat Cuman. in l. 1. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. in l. huiuſmodi, in princip. num. 2. de legatis 1. & Iaſ. num. 12. qui concludunt propterea non impediri tranſmiſſionem ad hę-redem, Bald. Nouell. in l. cum filiofa-milias, num. 4. de legat 1. Cranetta, in conſil. 176. in fine. Non eſt idem in clauſula, Si volet, quoniam iſta condi-tionalis eſt, & legatum conditionale facit, l. ſi ita legatum, §. illi volet, de le-gatis 1. Nam ex regula, dictio, Si con-ditionem facit, l. 1. ff. de condit. & de-monſtrat., & propterea errant, qui putant clauſulã, ad beneplacitũ, equi-pollere clauſulę, Si volet, cũ hęc condi-tionalis ſit, illa vero admonitionem fa-ciat, & habet reſpectum ad perſonam legatarij.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, cum conditione, importat mo-dum, & non conditionem.*

2 *Modus & non conditio importatur per dictionem, Vt.*

3 *Conditio interpretatur pro onere,*

4 *Legatum ſub modo, eſt purum, & tranſ-mittitur.*

5 *Modus in dubio potius interpretatur, quam conditio.*

## CLAVSVLA 10.

*Cum hac conditione.*

HÆc verba denotant † potius modum, quam conditionem l. ea conditione, vbi Bald. Salic. & cete- 1
ri,

ri, C. de reſcindend. venditione, & notatur in l. nihil, ff. de coniungend. cum emancip. liber. & in l. cum res, vbi Bald. C. de donat. & in l. quoniam, C. de rerum permutatione, Bartol. in l. ſi ſocietatem mecum, in princip. ff. pro ſoc. & in l. quibus diebus, §. Termilius, n. 9. ff. de condit. & demonſtrat. per l. Mæuia, ff. de manumiſ. teſtamento, & l. 2. §. finali, ff. de donationib. Felin. in c. cum Ioannes, numero 2. de fide inſtrum. Anton. de Butr. in conſilio 49. in principio. Caſtrenſ. in conſilio quinto, numero ſecundo, in princip. Aretin. in conſilio 150. in princip. Corn. in conſilio 102. columna 4. volum. 2. Et hęc concluſio procedit abſque dubio, quando poſt ipſam clauſulam, ſubſe-
2 quatur dictio, Vt, † tunc enim abſque dubio cenſetur inductus, vt ſcribunt omnes Doctores in dictis locis, & declarat Dec. in l. debitori, num. 12. ff. de pactis.

Item Aretin. in conſilio 154. circa medium columnæ ſecundæ, exponit illa verba ſub hac conditione, † id eſt
3 hoc onere, Alexander in conſilio 102. columna 1. numero quarto, volumine primo. Socin. in conſilio vigeſimo primo, numero decimo octauo, volumine tertio. Item Bartol. in conſilio 4. numero 4. propter dictionem (vna,) probat omnes fratres ſic inſtitutos ad inuicem, vt alteri fratri tenerentur cómunicare bona quæ propria erant, concludit fratrem ſuperſtitem teneri communicare filio ſuperſtiti, & hæredi alterius fratris prædefuncti bona, quæ habebat propria, cum emolumẽtum ad hoc ipſum prædefunctum pertinens in vim modi, ſicut legatum, † & fideicommiſſum purè relictum fuerit, tranſmiſſum ad eius hæredem, l. 1. & 2. C. de his, quæ ſub modo, ita Bartol. in d. conſil. 4. & per gloſſ. in l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat. & l. ſi poſt diem, §. iiſdem autem, ff. quando dies legato cedat, dicit iſtam eſſe veritatem in d. §. Termilius, n. 13.

Item quando ſumus in dubio, vtrum iſta clauſula importet conditionem, vel modum, † illa interpretatio 5
capienda eſt, quæ modum, non autem conditionem inducat, Bartol. in l. cum mota, propè princip. C. de tranſact. per textum, l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati. Cin. in l. cum quis, ver. nunc veniamus ad ſecundam ſpeciem, C. de iuris & facti ignorantia, Bald. in l. & ſi poſt tres, colum. 4. verſic. iuxta hoc quæro, ff. ſi quis cautionib. Aret. in d. conſil. 150. in princip. Corn. in conſilio 291. volum. tertio. Alexand. in d. conſil. 102. colum. ſecunda, verſ. confirmantur, volum. 1. Dec. in d. l. debitori, numero 13. C. de pact. facit text. l. cum ab eo, ff. de contrah. empt. & l. quoniá aſſeuerás, C. de rerum permutat. gloſſ. in l. ff. de in diem addict.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula codicillaris, an cenſeatur appoſita de ſtylo Notariorum.*

2 *Quando cenſeatur appoſita de voluntate teſtatoris, & numero quarto.*

3 *Nihil operatur, quando continet aliquid contra mentem.*

5 *Notarius cenſetur rogatus apponere clauſulas ſolitas.*

6 *Teſtamentum quando eſt ſcriptum à Notario, clauſula codicillaris cenſetur appoſita, ſecus ſi eſt ſcriptum à teſtatore.*

7 *Subſtitutio directa obliquatur propter clauſulam codicillarem.*

8 *Clauſ. codicill. concepta per verba præſentis temporis, an faciat ſubſtitutionem directam fieri obliquam & num. 10*

9 *Nihil operatur per verba præſentis temporis.*

11 *Clauſ. codicill. quando eſt concepta per*

verba ſubiunctiui modi, dicitur concepta per verba futuri temporis.

12 Idem ſi ſit concepta per verba infiniti temporis.

13 Subſtitutio pupillaris obliquatur propter clauſul. codicill.

14 Subſtitutio vulgaris, & reciproca an obliquetur propter clauſulā codicillarem.

15. Clauſula codicill. nihil operatur, quando teſtamentum ab initio potuit valere iure dicto.

16 Subſtitutio vulgaris, & reciproca, quādo tranſeat in fideicommiſſariam, ob clauſ. codicill.

17 Subſtitutio directa in dubio, obliquatur propter clauſulam codicillarem.

18 Subſtitutio facta ordine ſucceſſiuo, trāſit in fideicommiſſariam propter clauſulam codicillarem.

19 Clauſula codicillaris operatur in teſtamento nullo ob defectum ſollemnitatis, & ob defectum præteritionis.

20 Inſtituti in primo teſtamento cenſentur rogati reſtituere inſtitutis in ſecundo, ob clauſulam codicillarem.

21 Clauſula Codicillaris reſtricta ad effectum ſollemnitatis non extenditur ad alios caſus.

22 Poſthumo ignoranter præterito, an operetur clauſula codicillaris.

23 Et quid eſt concepta per verba futuri tēporis, & num. 25.

24 Et quid ſi filius iam natus eſſet ignoranter præteritus.

26 Clauſula codicilli operatur poſthumo, quando pater potuit, & non mutauit teſtamentum.

27 Si coram teſtibus declaret ſe velle decedere cum illo teſtamento.

28 Clauſula codicilli operatur poſthumo, quando alter filius fuit inſtitutus, & potuit mutare teſtamentum, & non mutauit.

29 Et quid de poſthumo cogitauit.

30 An operetur quo ad inſtitutionem, & quo ad legata.

31 Et quid in legato ad pias cauſas.

32 Et quid ſi alter filius eſt hæres inſtitutus.

33 Et quid ſi alij filio ſunt relicta legata.

34 Legata vbi ſunt plurima, an teſtamentum nullum conſeruetur propter clauſulam codicillarem.

35 Et quid ſi ſunt legata ad pias cauſas.

36 Legata quando dicuntur plurima, remittitur arbitrio iudicis.

37 Filius præteritus propter clauſulam codicillarem tenetur vocatis reſtituere hæreditatem. & nu. 44.

38 Filius præteritus quando detrahit Legitimam tantum, & quando etiam Trebellianicam.

39 Clauſ. codicill. an ſuſtineat teſtamentum caducatum morte hæredis.

40 An ſuſtineat teſtamentum fratris ruptum per querelam fratris.

41 Intentans remedium vigore teſtamenti, an poſſit vti remedio clauſulæ codicillaris.

42 Lex finalis C de codicillis declaratur.

43 Clauſ. codicill. quando probetur.

45. Gloſſ. in Auth. Ex cauſa, eſt communiter reprobata.

46 Teſtamentum ſi penitus irritatur, clauſul. codicil. habet effectum.

47 Idem ſi eſt nullum, quia factum ad interrogationem alterius.

48 Clauſ. codicill. non operatur, quando teſtes contradicunt teſtamento.

49 Non validat teſtamentum hominis ignari.

50 Non operatur, quando teſtamentum eſt nullum ex defectu voluntatis.

## CLAVSVLA II.

*Clauſula Codicillaris.*

CLauſula codicillaris † cenſetur appoſita ex ſtylo Notariorum, nō autem 1

autem ex voluntate teſtatoris, ideo nihil operatur, Bartol. in l. 1. num. 10. in fine, ff. de iure codicill. Alexand. in conſ. 52. num. 49. vol. 4. Ripa, in l. centurio, num. 4. & ſeq. ff. de vulgar. Tiraquell. in l. ſi vnquam in præf. 126. in tract. de conſtituto, p. 3. limit. 3. num. 12. Capic. dec. 159. num. 42. Gabr. in tit. de conſuetudinib. in concl. 4. numero 3. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 10. num. 1.

Contrarium, quod cenſeatur appoſita de voluntate teſtatoris, Imola, in l. filio præterito num. 19. verſ. & propterea, ff de iniuſto teſtamento, Ripa in d. l. Centurio, num. 83. Alexand. in cõſ. 142. num. 2. vol. 2. Ruin in conſ. 15. numer. 24. vol. 2. Dec. in conſ. 490. nu. 10. Corn. iun. in Auth. Ex cauſa, num. 74. C. de liber. præterit. Vbi atteſtatur de magis communi. Tiraquell. in tractatu de conſtituto, limitatione 31. numero 13. Mantica in dict. tit. 10. num. 2. cum aliis allegatis per Gabriel. in dict. concluſ. 4. num. 1. & ita fuit reſolutum in Rota, in cauſa Ariminen. legati, 10. Nouembr. 1597. coram Litta. Et vide Simonem de pretis, in tractatu de interpretation. vltim. voluntat. lib. 2. ſolutione 10. num. 54. & ſeq. fol. 101 vbi multos ad hoc allegat, atque conatur defendere, quod Bartol. in d. l. 1. ff. de iure codicillorum, non tenuit opinionem contrariam.

Declaratur hæc concluſio, vt procedat,
2 quando † clauſula fuit lecta corã teſtatore, alias ſecus eſſe, Aretin. in conſ. finali, col finali, Sarnenſ. in deciſ. 88 Anton. Auguſtinus de teſtamento §. 20. Gabr. in d. concl 4. num. 6.

Secundo declaratur, vt procedat, quando huiuſmodi clauſula non cõtinet aliquid, quod veriſimiliter repugnet voluntati teſtatoris, nam tunc cenſetur appoſita de eius voluntate, & operatur effectum, ſecus vero quã-
3 do † continet aliquid contra veriſimilem mentem ipſius, nam tunc nihil operatur, & cenſetur appoſita de ſtylo Notariorum. Ruin. in conſ. 2. num. 3. volum. 3. Tiraquell. in d. limit. 31. numero 4. Gabr. in d. concl. 4. numero 5. & facit Bald. in conſ. 170. num. 5.

Vnde quando ex hac clauſula cõ-
ſeruatur teſtamentum † nullum ex 4
vitio, cui veriſimiliter teſtator prouidiſſet, tunc cenſetur appoſita de eius voluntate, & operatur effectum ſuum, alias ſecus, Aretin. in d. conſilio finali, Ripa, in d. l. Centurio, nu. 84. Gabriel. in conſil. 109. numero ſeptimo, volumine primo, & fuit ita dictum in dicta cauſa Ariminenſ. legati. 10. Decembris 1597. coram Litta.

Ex quo infertur, valde decipi eos, qui putarunt huiuſmodi clauſulam, etiam à Notario non expreſſam, cen-
ſeri adiectam ex eo, quia Notarii † il- 5
lam apponere conſueuerunt: ſed ſemper Notarius cenſetur rogatus, vt clauſulas ſolitas addat, prout tenet Pancirola in conſ. 54 & firmarunt alii allegati per Manticam, de coniectur. vlt. volunt lib. 1. titulo 9. num 1. & 2. Marzarius in conſ. 80. num. 2. alios allegat, Alex. Terentaciuquius, in tractatu de Subſtitution. par. 4. cap. 9 num. 9. quoniam probatum eſt ſemper de voluntate teſtatoris cenſeri appoſitam, & ſententia Pancirolę, & aliorum habet multa iura expreſſa in contrarium, vt probat Peregr. de fideicommiſſ. art. 2. num. 31.

Sed Mantica doctius, & magis methodice ſcribens huiuſmodi materiam in dicto tit. 9. num. 3. diſtinguit: aut teſtamentum eſt ſcriptum à Notario,
† & ſemper cenſetur huiuſmodi clau- 6
ſula appoſita, etiam quod præſumatur de voluntate teſtatoris, aut eſt ſcriptũ ab ipſomet teſtatore, & non cenſeri appoſitã quia ſi voluiſſet, potuiſſet illã exprimere, l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, Card. de caduc. toll. & ſi te-

ſtamentum eſt imperfectum, videtur eum pœnituiſſe voluntatis, Alexand. in l.1. numero 31. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. Fallit, vt Card. Mantica ibid. numero 4. & ſeq. probat, in teſtamento militis. Item, in teſtamento inter liberos, Addo, Surd. in conſilio 232. numero 14. & numero 26. & in conſilio 258. numero 4. & 28. volum. 2. qui alios refert. Item, in teſtamento ad pias cauſas. Item fauore libertatis, vt ibi per Manticam.

7 Hæc clauſula operatur, vt ſubſtitutio facta † per verba mere directa obliquetur, & valeat in vim fideicommiſſi, Doct. in l. precibus, C. de impub. ſubſtit. & in l. verbis ciuilibus, & in l. Centurio, ff. de vulgar. & pupill. Alexand. numero 69. Ripa, numero 79. Franch. in cap. ſi pater, numero 75. de teſtament. lib. 16. Caſtrenſ. in l. ſi frater, C. de fideicommiſſ. Alex. in conſil. 72. numero 2. vol. 2. Socin. in conſ. 6. numero 4. volum. 3. Dec. in conſilio 205. Pariſ. qui atteſtatur eſſe communem opinionem, in conſilio 144. num 2. volum. 4. Dilectus de arte teſtandi, titul. de ſubſtitutionibus, Cautela 9. numero 3. Andr. Gaill. in lib. 2. Obſeruation. cap. 114. numero 3. Rimin. iun. in conſil. 146. numero 14. & 15. vbi de magis communi, & fuit reſolutum in cauſa Vrbeuetana Caſtrorum 19. Iulij 1597. coram Seraphino, vt in deciſione 579. num. 9. parte 1. in Nouiſſ. & in cauſa Bononien. Bonorum de Seta, 20. Iulij 1586. coram Pamphilio.

Ampliatur, vt non ſolum procedat, quando clauſula eſt concepta per verba futuri temporis, quo caſu non habet difficultatem, vt notat Ripa in l. Lucius, numero 45 ff. de vulgar. Socin. iun. in conſilio 166. in fine, volum. 2. Riminald iun in conſilio 146. nu-
8 mero 16. volum 2. Sed etiam † quando eſt concepta per verba præſentis temporis, prout loquuntur plurimi ex allegatis, in concluſione principali, & præſertim Corn. poſt Fulgoſ. & Caſtrenſ. in d. l. Si frater, numero 2. C de fideicommiſſ. Teſſaur. deciſione 141. num. 4. cum allegatis per Rubeum, Alexand. in l. Gallus quidam recte, numero 21. & ſeq. ff. de liber. & poſth. & facit Bart. in l. 1 num. 7. ff. de iure codicill. & Bald. in l. finali, num. 16. C. eodem tit.

Contrarium quod hæc clauſula † 9 concepta per verba præſentis temporis nihil operetur, tenet Ripa in l. centurio, num. 85. & in l Lucius, num. 45. ff. de vulg. Franch. in cap. pater, numero 75 de teſtament. lib. 6. Socin. iun. in conſilio 166. in fine, volum. 2. Mantic. de coniectur. lib. 5. titulo 2. num. 12. & fuit dictum in cauſa Romana hæreditatis, 1 Aprilis 1591. coram Seraphino.

Pro concordia, Dic, † quod ſi teſta- 10 mentum valuit ab initio, ſed ex poſt facto rumpitur, & clauſula codicillaris eſt concepta per verba præſentis temporis, propter defectum conditionis, nihil operatur: ſed ſi teſtamentum ab initio non valuit, tunc quia extitit illa conditio, ſi non valet, &c. operatur, & ita procedit doctrina Bart. in l. prima, in 6. quæſtione ff. de codic. quem Doctores communiter ſequuntur ibi, & in l. cum ſtipulamur, vbi Caſtr. numero 2. Alex. num. 2. ff. de verb. oblig. Caſtren. in conſil. 15. num. 2. volum. 2. Gabriel. in conſilio 113 numero 7. volum. 1.

Addo, quod quando † hæc clauſula 11 eſt concepta per verba ſubiunctiui modi, valeat, vel valeret, iure codicillorum, tunc dicitur concepta per verba futuri temporis, Bart. in d. l. 1. ff de codicil. Bald. in l. finali, num. 22. & Salicet. num. 29. C. eodem titulo. Dec. in conſilio 242. Pariſ. in conſil. 60. num. 26. volum. 2. Crauetta in conſil. 69. numero 1. in fin. vbi recedit à contraria opi-

opinione,& ita fuit reſolutum in cauſa Romana hæreditatis prima Aprilis, 1591.coram Seraphino, & fuit dictum in cauſa Interamnen.bonorum 28 Aprilis 1595.coram Blanchetto.

12 Idem ſi ſit concepta per verbum † infinitiui modi, vt ſi teſtator dixerit: Voluit valere iure codicillorum:Nam hoc caſu cenſetur concepta per verba futuri temporis,cum illud verbum infinitum includat plura tempora,l.prima,§ ſtipulatio, & ibi gloſſa in verbo daturum, & Doct.ff.de verborum oblig.Paulus de montepico, in conſil.1. num.14.& pluribus ſeq.verſ. & quod clauſula,& fuit dictum in cauſa Rom. hæreditatis,5.Martij 1599.coram Corduba.

Ampliatur ſecundo principalis Concluſio, quod ſtante huiuſmodi clauſula codicillari, ſubſtitutio facta per verba mere directa,obliquetur,& ſuſtineatur in vim fideicommiſſi, vt procedat, non ſolum in ſubſtitutione
13 compendioſa,ſed etiam in pupillari, † quæ propter hanc clauſulam poſt pubertatem,& aditam hęreditatem, trāſit in fideicommiſſariam, vt per Doct. in l.precibus, C.de impuber.ſubſtitutionibus, & in l.Cēturio,vbi poſt alios Ripa, num.79. Lanfranc. de Oriano numero 20.Lancellot. Galiaula num. 294.cum aliis allegatis per Oddum in Tractatu de Subſtitutione compendioſa, parte 5. de compendioſa facta à pagano, artic.1. concl 11.folio 133. & eſt communis opinio, vt ibi per eum.

Ampliatur tertio,vt procedat etiam in ſubſtitutione † vulgari & recipro-
14 ca, vtraque enim ſubſtitutio obliquatur, & tranſit in fideicommiſſariam. Fulgoſ.Caſtrenſ.& Corn.in l.ſi frater, C.de fideicommiſſ. Socin. in conſilio 6.num 3.& 4.vol.1. Curt.iun. in conſ. 139.numero 23.& in d l.precibus, numero 55.qui hanc opinionem tenet in ſola reciproca, in vulgari vero contrariam.Socin.iun.in conſil.166. verſic. in contrarium, volum.2.Pariſ.in conſ.41. numero 53 volum.2.Alciat.in conſilio 144.numero 2 lib.9.tomo 3.& iſti tres atteſtantur de magis communi. Simon.de pret.de interpretat.vltim.volunt.lib.2. interpretat.1. ſolutione 11. numero 15 cum aliis allegatis per Māticam, de coniect.vlt.volunt. libro 5. tit.2 numero 12.& lib.7.tit.4.numero 9.verſic. ſed contrarium, late Surdus in conſil.232.numero 15.& ſeq.& vide in cauſa Bononienſi de Sauonatiis 14. Ianuarij 1600 coram Mellino.

Contrarium,quod hæc clauſula nō operetur in ſubſtitutione vulgari, vel reciproca,tenet Dec. in conſ.205. numero 9.& conſ.248.numero 5.& ſeq. vbi Addentes, & in conſ.287. num.4. & in conſil.291.numero 4. & in conſilio 384.colum.fin.& in conſilio 39.. colum. finali, & in l.precibus, numero 18 C.de impuber.ſubſtit.Ripa,in l. hæredes mei, §.fin. numero 9.verſic. contrarium verius, ff.ad Trebellian. Curt.iun.qui ſequitur Decium in vulgari, licet contrarium teneat in reciproca,in conſ 139 in fine,& in d.l.precibus numero 14.in fin.& multa dicta ſunt in deciſionibus dictæ cauſæ Bononienſis de Sauonatis, 24. Ianuarij 1600.& 26.Febr.1601.coram Millino.

Pro concordia dici poteſt, Primo, quod aut teſtamentum ab initio valere potuit iure directo, † & clauſula 15
nihil operatur, aut valere non potuit, & clauſula operatur in vulgari,& reciproca,ita diſtinguit Socin.in l. Gallus, §.quidam recte, ff.de liber. & poſthum. Curt.iun.in l 2.numero 18.C.de impuber.ſubſtit. Crauetta in conſ.22. numero 8. & in conſil.305. num.4.ꝟ. tertio reſpondeo in fine, Menoch. in conſilio 44 num.13.

Secundo dic,quod aut clauſula co- 16
dicillaris eſt concepta † per verba fu-

turi temporis,& tunc ſubſtitutio vulgaris,vel reciproca tranſit in fideicommiſſariam, aut eſt concepta per verba præſentis temporis, & tunc nihil operatur, Rubeus Alexandr. in d.§.quidam recte,numero 23. Rip.in dicta l. Centurio,num.85.& in d.l.Lucius nu. 45.ff.de vulg.& papil.Socin.iunior in conſ.166 in fin.volum.2. Cagnol.in d. l.precibus, numero 298.C.de impuber.ſubſtit. cum aliis per Manticam de coniectur.vltim.volunt.lib 5 titulo 2.num.12. & vide eundem in libro 7. titulo 4.numero 9.verſicul.ſed Ripa, Gabriel.in conſilio 113.numero 7.volum.1.

Tertio dic,quod aut ſubſtitutio eſt generalis, & incerta, quam Doctores
17 interpretantur directam † in dubio,& hoc caſu, per clauſulam codicillarem ſubſtitutio obliquatur: Aut eſt expreſſe facta Subſtitutio vulgaris, vel reciproca,& tunc nihil operatur. Curt.iunior in conſilio 48. numero 6. ℣. nec obſtat ſi quiſpiam, Crauetta in conſil. 22.numero 8.& pro hac diſtinctione facit Corneus in d.l.ſi frater,in fine,C. de fideicommiſſ.

Ampliatur quarto Principalis concluſio, quod ſtante hac clauſula ſubſtitutio directa tranſeat in fideicommiſſariam,vt procedat etiam ſi ſubſti-
18 tutio facta fuerit ordine ſucceſſiuo † per vulgarem: nam hoc caſu,etiam obliquatur, & valet in vim fideicommiſſi,propter hanc clauſulam.Socin.in d.l.Gallus, §. quidam recte,in fine,ff. de liber.& poſthum. & in conſilio 12. numero 16. volumine 3.Curt.iunior.in conſilio 48.num.6.Crauetta,in conſilio 22.numero 8.& multa ad hoc conferentia dicta fuere in cauſa Aueniorenſi fideicommiſſi,4.Nouemb.1592. coram Blanchetto.

19 Hæc clauſula operatur,non ſolum† quando teſtamentum eſt nullum ex defectu ſolemnitatis, ſed etiam quando eſt nullum præteritione vel mala filij exhæredatione, Doct.communiter in Authent. Ex cauſa, C.de liber. præterit. Bartol.in l.1.queſt.3.ff.de codicill. Alex.in d.Authen.Ex cauſa,nu. 13.& in conſilio 26.numero 5.volum. 1.Angel.Aretin.in conſilio 82. numero 19. verſicul. ſed tamen his non obſtantibus, vbi atteſtatur de Communi,& in conſilio 86 numero 16. & ſeq. Dec.in conſil.242. numero 2.vbi Addentes, & in conſil.369 numero 2.Iaſ. in d.Authent.Ex cauſa numero 22 & in Additionibus ad Portium inſtitut. de codicillis, numero 6.Socin.iun. in conſilio 146.numero 33.volum.2. Clar. in §.teſtamentum,quæſtion.46.Gabr. in titulo de clauſulis, concluſ.7.num. 1.Andr.Gailius,Practic.Obſeruationũ lib.2. capit.114.num.3. Menoch. libro 4.præſumptione 32.numer.2 Gomeſ. deciſione 87. Put. deciſione 7. & fuit reſolutum in cauſa Ariminenſi legati 10 Nouembris 1597. coram Litta, & fuit dictam in cauſa Reatina hæreditatis,3 Maij 1600.coram Iuſto,& multa dicta fuere in cauſa Interamnenſi bonorum, 28. Aprilis 1593,corã Blanchetto, & in dicta Reatina hęreditatis,coram Iuſto, decima Ianuarii milleſimo ſexenteſimo. Practica Papienſ. in forma libelli pro legato rei ſingularis, gloſſa, valere debeant communiter, numero 2.℣. ſed Doctores communiter.

Ampliatur hęc concluſio, vt clauſula operatur, etiam vt inſtituti in primo † teſtamento cenſeantur grauati 20 reſtituere inſtitutis in ſecundo, nullo ex cauſa prępteritionis,vel ex alia cauſa, Bart.in d.l.1.numero 3. ff. de codicill. Alex. in dicta Auth. Ex cauſa in fine, C.de liber.præter. Socin.iun.in conſilio 106.numero 37. vbi dicit, Bartolum communiter eſſe receptum, volum.1. Guido Papa,deciſion. 513 num. 13. Peregrin. de Fideicommiſſ. art.2. num.17.

numero 17.Et fuit reſolutum in cauſa
Reatina hæreditatis,3.Martii,1600.co-
ram Iuſto.

Declara,prædicta procedere,quan-
do Clauſula codicillaris ſimpliciter,&
abſolutè ponitur:Secus ſi fuerit reſtri-
21 cta † ad effectum ſollemnitatis, quia
tunc non ſuffragatur,ſi tamen patian-
tur defectum præteritionis, vel alium
defectum ſicut quando eſt reſtricta ad
certum tempus,vltra illud non opera-
tur, Ripa in l. Centurio, numero 85.
ff.de vulgar. & pupill. & multa fuere
dicta in cauſa Vrbeuetana legati 23.
Octobris,& 18.Decembris 1585.coram
Blanchetto.

Hæc clauſula,quando eſt concepta
per verba pręſentis temporis, nihil o-
22 peratur, poſthumo, † etiam ſcienter
præterito, quia hoc caſu conditio illa
ſi non valet iure teſtamenti, valeat iu-
re Codicillorum, non ampliatur:quia
teſtamentum à principio ante poſthu-
mi natiuitatem,eſt validum, & huiuſ-
modi clauſula locum habere non po-
teſt, Bar.Communiter receptus in l. 1.
quæſt.6 ff.de codicill.& in l.ſi ſtipula-
tus, §. cum ſtipulamur, num.2. & ibi
Alex. in fine, & ceteri omnes, Com-
muniter,ff.de verbor.oblig.Bald. in l.
ex ea §.1.& ibi Imola numero 4 ℣.ſed
bene operatur,ff.de teſtamentis. Ca-
ſtrenſ.in l.5.numero 2.& ſequen.C.de
poſthum.hæred. inſtitut & in conſilio
200.num.3.in 3.dubio,volum. 1.& in
conſilio 15.numero 2.volum.3.Aretin.
Inſtit.de codicill.in princ. num.9.Me-
noch.in conſilio 499.numero 2.volu-
mine quinto,& de præſumptionibus,
lib 4.præſump.32. numero 3.cum aliis
allegatis per Gabrielem, de clauſulis,
concluſ.8.numero 1.Practica Papienſ.
in forma libelli pro legato rei ſingula-
ris,Gloſſ.Valere debet numero 7.℣ in
ſecundo caſu.

Secus verò eſt,quando concepta eſt
per verba futuri temporis. Nam tunc
operatur † poſthumo ſcienter præteri- 23
to,Bart.in dicta l.prima,quæſtio.6 nu-
mero 10.ff.de iure codicil. Angelus in
conſilio 364.numero 106 Caſtrenſ. in
d.conſilio 200.numero 3.in tertio du-
bio, volumine primo, & in d.conſilio
15.numero 1.℣. videtur, volumine ſe-
cundo, Socin.iun.in conſilio 29.num.
7. vbi atteſtatur de magis communi.
volumine 3.Menoch.libro 4.præſum-
ption.32. nu.2. Et in hoc omnes con-
cordant, vt dicit Caſtr.in loco citato.

Ampliatur, vt procedat,etiam poſt-
humo,vel filio iam nato ignoranter † 24
præterito,quia etiam hoc caſu, quan-
do clauſula eſt concepta per verba fu-
turi temporis,operatur,Oldrad.in cō-
ſil.149.numero 2.in 3.quæſt. Bart.in l.
qui filiabus, numero 6.de legatis pri-
mo, Bal.in l.1. ff.de litigioſ. Et in l.fi-
nali,numero 20.C.eod.tit. & in Auth.
Ex cauſa,quæſt.7.numero 47. ad finē,
C.de liber.præterit. Cuman. in d.l.1.
numero 3.& in l.ſi quid, numero 2.ff.
de litigioſ. Salic. in l.prima, in fine,C.
de poſthum hęred.inſtit. idem in d.l. fi-
nali,numero 18 quæſtione 7 Angel.in
conſilio 51. numero 4. Imola,in l.filio
præterito,numero 19.ad finem ℣. ſed
puto quod non bene, ff de iniuſt. te-
ſtam.& in d.l.qui filiabus, in fine prin-
cipii,℣.ſed contra. Caſtrenſ.in d.con-
ſil.15 numero ſecundo,& in conſ.271.
ad finem,volum.2.Alexand.in d.l.qui
filiabus, ad finem, vbi de magis com-
muni,de legat.primo,& in conſilio 26.
numero tertio,poſt mediū,℣. & quæ-
ratur,& in conſ.37.n.4 & in conſil.123.
numero 10.volum.1. & in conſil.142.
num. 9.& 10.vol.2.Aretin.inſtit. de li-
tigioſ.in princip.num.9.vbi in fine di-
cit ſe pluries ſecundum hanc opinio-
nem conſuluiſſe.Dec.in conſilio 490.
vbi de magis Communi, Socin.iun.in
conſilio 3.numero 27.volumine 4. Et
pro confirmatione Pariſ. in conſil.60.
numero 23.& conſil.64. nu.16. vol.2.

Tiraquell.in l.ſi vnquam,verb.Donatione largitus,numero 269.& ſeq. C. de reuocand. donat. Berous in conſilio 12.numero 4.vbi atteſtatur de magis Communi.Crauett.in conſil. 407. numero 14.vol.3. Gabriel.in d.titulo, de clauſulis concl.8 numero 7. in fine Cephal.in conſilio 585.numero 41.vbi atteſtatur de magis Cōmuni. Clar. in §.teſtamentum,queſtion.46.numero 2. hanc opinionem contra Bartol. Practic.Papienſ. in forma libelli pro legato rei ſingularis, in Gloſſ. Valere debent, numero 8. vbi contra Bartol. communiter reprobat.

Contrariam opinionem, quod ſcilicet
25 hæc clauſula † concepta per verba futuri temporis,non operetur poſthumo, vel filio iam nato, ignoranter præterito, tenuit Nicolaus de Matarellis in Authen. Ex cauſa, vbi refert Baldum numero 47. verſiculo, caue tibi.C.de liberis præteritis. Bart.in d.l. 1.quæſt.6 ff.de iure codicillorum, & in conſ.210.& in conſil.235. Baldus in d.l.qui filiabus de legatis primo, & in l.ſi totas, num.1.ad finem, C.de inoffic.donationibus, & in d.Authent. ex cauſa,in fine,& in conſ.77. & in conſilio 156. numero 1. volumine 2. & conſilio 239.volumine 3 vbi quod hæc opinio ſibi videtur multum æqua, & putat illam veram,& quod ita intelligi debent,quod ſcripſi in dicta Auth. Ex cauſa Angel.in l.qui iure. de teſtament.milit. & in l.1. numero 3. C.de codicill.quibus in locis dicit, quod ita fuit iudicatum per collegium Peruſinum,in conſil.108.colum.2. in ſecundo dubio,in conſil.200.in 3.dubio, vbi dicit hanc opinionem eſſe æquiſſimam vol.2. Zabarell. in conſilio 20. numero 4.& ſeq. Alex.in conſilio 41. numero 6.vol.1. Aretin. in l.ex ea,§.1. colum.2.verſ.hoc tamen,ff de teſtam. & in conſil.24.numero 3. & conſilio 93 numero 6.ver.ſi vero teſtator, vbi quod iſta eſt veritas,& in conſilio vltimo,vbi eam late tuetur,& in fine dicit Communem.Socin.in conſ.93.numero 8.& ſeq.vbi num 35. teſtatur de Communi : appellans magis æquam, rationabilem,fauentem filiis,& ſecundum veriſimilem mentem teſtatoris, vol.4. Iaſon in additionibus ad Portium Inſtit.de codicillis, numero 6. in fin.& in l.ſi mater, numero 3 C de inoff.teſtam.& in d.auth.Ex cauſa,num. 24.vbi refert,quod ita fuit iudicatum per Senatum Mediolanenſem. Ruin. qui magis communem æquam, & rationabilem dicit, & diffuſè tuetur, in conſil.2.& conſil.6.per totum,& conſil.17.in fin.vol.3.Cur.iun. in d. Auth. ex cauſa num.70. vbi quod requiſitus noluit conſulere contra Bartol. prout etiam recuſauit Iaſ.ibid. numero 24. Ripa,in l.ſi vnquam,quæſt.21.numero 44. in fine atteſtatur de communi C. de reuocand.donationibus,& in l.Cēturio,numero 84 ff.de vulg. & pupill. Alciat. in conſilio 70.numero 4.lib.9. tomo tertio,alias eſt 527.numero 4.vbi atteſtatur de communi, & quod Mediolani ita fuit iudicatum, & ſub numero 9.dicit, cōtrariam opinionem eſſe contra æquitatem, atque ratione carere Socin.iun.in conſil.153.numero 1.volum.2.Cagnol.in d.auth.ex cauſa, numero 142.& ſeq. vbi de communi, & quod eſt æqua,ſancta, & ab ea non eſt recedendum. Silueſt. Aldobrand. in conſilio 32. numero 1.vbi de magis communi, Clar.in §.teſtamentum, q. 46.colum 3.℣. contrariam autem, vbi quod hodie eſt magis communis, & ipſe vti veriorem, & æquiorem ſempertenuit, Mantica,de coniectur. vlt. volunt.lib.1.tit.10.numero 3.Menoch. libro 4.præſump.32.numero 29. ℣.altera eſt opinio,& in conſilio 499.numero 3.& ſeq.vbi hanc late tuetur,volum.5.Teſſaur. deciſione 141. numero 15.quando eſt inſtitutus extraneus. Et in

in hanc opinionem inclinauit Rota in cauſa Foroliuienſi hæreditatis 27. Februarii 1545.coram Ioanne Paulo, vt atteſtatur Puteus deciſ.234.numero 5. parte 2.Chiſanenſis,deciſione 13.licet Mandoſ.& poſt eum Burſatus,contra hanc opinionem allegent deciſionem Putei 7. de teſtamentis, quæ tamen debet intelligi ſecundum dictam deciſionem 234.parte 2 cum ſit in eadem cauſa,& ita etiam debent intelligi deciſiones Antonij Auguſtini 109. & 127.libro 3. cum iſtæ etiam ſint in eadem cauſa.Et hanc ſententiam etiam tenuit Rota in cauſa Foroliuienſi hęreditatis 17.Februarii, & 30.Octobris 1570.coram Oradino, vbi voluit videre de limitationibus datis ad doctrinam Bartoli in l.1.quæſt. 6. ff. de iure codicill. & ſic præſupponit eſſe veram ipſius opinionem, & in cauſa Bononienſi de Beroaldis, 11. Decembris 1600. coram Litta,ex multis conjectur. ibi concurrentibus ſtante hac clauſula, tenuit pro fideicommiſſo,licet poſthumi fuiſſent ignoranter præteriti.

Retenta opinione Bartoli in l.1. in 6.q.ff.de iure codic.Limitatur primo, vt non procedat, quando poſt natiuitatem poſthumi pater tanto tempore ſuperuixit, quo potuit mutare te-
26 ſtamentum, † & non mutauit, nam tunc cum cenſeatur voluiſſe decedere cum illo teſtamento, clauſula codicillaris operatur Caſtrenſ. in l.1. in fine, C.de poſthum.hæred.inſtitur. & in d. conſilio 200.in fine,volum 1. & conſ. 13.col.3. pro confirmatione prædictorum,& conſilio 271.ad finem, ✠. præterea,volum.2. Rom.in conſil.122.colum.3. in princip.vbi addentes, Alex. in conſ.123.numero 10.verſic.& hanc opinionem volumine 1. & in conſilio 142.numero 9.volum.2. & in conſ.31, numero 7.volum.3. Rom.in conſil.11. num.5.volumine 3. Dec.conſil.490. numero 7.& 8.vbi de communi Curt. iun. in d.auth.ex cauſa, numero 72.& in conſilio 150.numero 12.vbi de communi. Pariſ.in conſil. 60. numero 25. & conſil.64.num.9.volum.2. Crauetta in conſilio 67.numero 2.& conſilio 407.numero 14. vbi de magis communi,volum.3. Roland.in conſ.70. num. 30.✠.& eo magis,vbi alios allegat,volum.4. Menoch. in conſilio 224. numero 21.vol.3 Teſſaur.deciſ.141.num. 11. plura fuerunt dicta in cauſa Bononienſi de Beroaldis 10. Decembris 1600.coram Litta.

Contrariam opinionem, videlicet, ex eo quod teſtator tanto tempore poſt natiuitatem poſthumi ſuperuixerit, quo potuit mutare teſtamentum, & non mutauit, huiuſmodi clauſula non ſuffragaretur niſi nouo iudicio † 27
coram teſtibus declaret,ſe velle decedere cum illo teſtamento, tenet gloſſa, in l.prima,verſic.litteræ,vbi Angel. bene declarat, numero 3.C.de codicillis, Bartolus in conſilio 210.num.4. & conſ.235. numero 2. Angel.in l. qui iure militari, numero 1.vbi dicit,ita tenere Collegium Peruſinum ff. de teſtam.milit.prout etiam dicit in d.conſilio 108. numero 3.Socin. in conſilio 93.in fine,volumine 4. Iaſon in d.authent.ex cauſa,numero 25.C.de liber. præterit. Ripa in l.ſi vnquam queſt. 42.C.de reuocand.donationibus. Socin.iun.in conſilio 153.numero 6.& ſequent.volum.2. Cagnol.in dicta auth. ex cauſa,numero 149. Dec.in conſilio 490 num.2. Clar.in §. teſtamentum, quæſt.46.in fine,Menoch.lib.4. præſumptione 32. num.12. & conſil.499. & ſeq.vbi late tuetur, & hanc ſententiam amplexa fuit Rota, in dicta cauſa Foroliuienſi hęreditatis, 30.Octobr.1570.coram Orano, vbi fuit actum de iſta limitatione, & fuit dictum illam eſſe dubiam, propter authoritates ad inuicem pugnantes, nec facile

EEE

poſſe conſtitui communem opinionem.

Secundo limitatur opinio Bartoli, vt non procedat, quando alius filius
28 † eſt inſtitutus, vt in terminis legatorum tradit Caſtrenſ.in l.ſicuti,num.3. C.de teſtam. milit. Aretin.in l.Titius, num 6.in fine,ff.de liber.& poſthum. Ruin.in conſ.50 num.2.verſic.2.limitatur.vol.2.Capra in concluſ.111.num. 30.& in terminis inſtitutionis Gabr.in conſil 113.num.19.volumine 1.Grat.in conſ 112.num.28 volum.2.Anton.Gabriel.in titulo,de clauſulis, concluſ.8. num 17 & ſeq.Menoch. libro 4. præſumptione 32.num.10.ad finem, Teſſaur.d.deciſ.141.nu.15.vbi dicit, quod hanc differentiam faciunt multi, qui tenent opinionem Bartoli.

Contrarium tenet Bald. in l.ſi totas, num.1.ad finem, C.de inofficioſ. donationibus,& in conſ.165. numero 1.vol.2.Angel. in conſil.211. in 4 dubio, Zabarella in conſil 20.num.40. & ſeq.qui conſuluerunt in caſu,quo alius filius fuerat inſtitutus,cum allegatis per Gabriel. in d. concl.8. numero 18 ℣.contrarium. Et in hanc ſententiam videtur inclinaſſe Rotam apud Oradinum in d.cauſa Foroliuienſi hæreditatis,17.Februarii 1570 dum dixit, hanc ſecundam limitationem eſſe valdè dubiam,quia allegantur multi Doctores,qui eam incidenter ponunt.

Adde tamen, quod concurrentibus ſimul prædictis duabus limitationibus, ſcilicet, quod alius filius ſit inſtitutus & quando pater vixit poſt natiuitatem poſthumi tanto tempore, quo teſtamentum mutare potuit, & non mutauit, clauſula codicillaris operatur, Bart.in dicto conſil.210. numero 4.& conſ.235. numero ſecundo. Socin.in conſilio 93.in fine, volumine quarto,Menoch.in lib.4.præſumptione 32.num.10. & ita tenuit Rota in d. cauſa Foroliuienſi hæreditatis, 27. Februarii 1545. coram Ioanne Paulo, vt per Put. deciſione 234. numero 2.& num.10 parte ſecunda, Chiſanenſis in deciſ.13. & ita procedit deciſ.7. de teſtament.Anton.Auguſtin. deciſ.109. & deciſione 127.libro tertio,quæ ſunt in eadem cauſa, licet loquantur de ſola ſuperuenientia teſtatoris,& in cauſa Bononienſi de Beroaldis 11. Decembris 1600.coram Litta,fuit dictum,teſtamẽtum nullum ex cauſa præteritionis poſthumi ignoranter factæ, ſuſtineri ex clauſula codicillari, in vim fideicommiſſi, ex quo ibi plures concurrebant coniecturæ.

Tertio limitatur opinio Bartoli, vtrum procedat, quando pater in ſpecie de poſthumo † cogitauit,vt puta, 29
quia de eo mentionem fecit in alia teſtamenti parte,Angel.in conſilio 108. in tertio dubio,Dec in conſ.490. numero 6.in fine,Socin.iun.in conſ.128. num.72.volum.1.Pariſ.in conſilio 60. num.14.& 25.vol.2.Gabr. in Tractatu de Clauſulis, concluſione 8.num.22. Menoch.in d.præſump.32. numero 8. & vide in cauſa Bononienſi de Beroaldis, 11.Decembris 1600. coram Litta.

Quarto limitatur,vt procedat quo- 30
ad inſtitutionem,† ſecus vero quo ad legata, quia iſta ob huiuſmodi clauſulam conſeruantur, etiam poſthumo ignoranter præterito, Aretin.in conſilio 93. numero 5. verſiculo his præmiſſis, & in l.Titius,col.3 ff.de liber. & poſthum. Corneus in conſil.158. num.36. volum.2. & eſt recepta penè omnium ſententia,vt per Capram in concl. 111. num.19.20.& 25. Gabriel.in dicto tit. de Clauſulis, concluſ.8.numero 9. & ſeq.Menoch. in d.præſumption.32 n. 22.lib.4.& atteſtatur etiam Craſſ.in §. legatum,q 67.num.4.ver.contra Bartol.qui plurimos allegat.

Contrarium tenet Cagnol.in d. Authen.Ex cauſa,numero 131.C.de liber.

præ-

præterit. Clar. in §. teſtamentum, quæſtion. 46. ad finem, Craſſ. in d. §. legatum, d. quęſtio. 67. num. 4. ad finem, & alij per eoſdem allegati.

Ampliatur primo hæc quarta limitatio, † vt tanto magis procedat, quádo legata ſunt ad pias cauſas, Bartol. in conſilio 204. numero 2. verſ. tertio, quia Caſtrenſ. in conſilio 200. numero 4. vol. 1. Corn. in conſilio 158. num. 7. vol. 2. Crot. in conſilio 66. numero 23. volum. 1. Gabriel. in d. concluſ. 8. num. 12. Titulo de clauſulis, Menoch. in d. præſumpt. 32. numero 23. libro 4. Teſſaur. d. deciſione 141. numero 14. 31

32 Ampliatur ſecundo, quando alius filius † eſt grauatus eiſdem legatis. Capra in d. concluſ. 111. num. 30. & faciunt tradita per Gabriel. in d. concl. 8. numero 19. & per Menoch. in d. præſumpt. 32. numero 10. qui alios allegant.

33 Ampliatur tertio, quando alij filio ſunt relicta † legata. Caſtrenſ. in c. l. ſicuti certi, num. 3. C. de teſt. milit. Aret. in l. Titius, num. 16. in fine, ff. de liber. & poſthum. Ruin. in conſilio 50. numero 2. verſic. 20. limitatur, volum. 2. cum aliis allegatis ſupra in 2. limitatione.

Sublimitatur hæc quarta limitatio, vt non procedat, quando legata eſſent
34 tot, † & tanta, vt non ſit veriſimile, quod ſi pater de filio cogitaſſet, illa feciſſent relicturus, hoc enim caſu non conſeruantur, alias ſecus. Aretin. in d. l. Titius, in princip. col. pen. & finali, ff. de liber. & poſthum. & in conſilio 93. numero 6. Socin. iun. in conſil. 93. numero 30. vol. 4. Ruin. in conſil. 50. numero 3. ℣ ſecundo limitatur, volumine 2. Alciat. Regula 1. præſumptione 3 Capra in d. concluſione 111. numero 16. Gabriel. de clauſulis, concluſ. 8. numero 14. Craſſ. in §. legatum, quęſt. 67. numero 5. Teſſaur. d. deciſione 141. numero 14. Menoch. d. præſumptione 32. numero 24. libro 4.

Ampliatur, vt procedat etiam in legatis ad pias † cauſas, quia ſi ſunt ita 35 magna, vt exhauriant vltra dimidiam hæreditatis, non conſeruantur ex hac clauſula, poſthumo ignoranter præterito, ſecus ſi non exhauriant. Crot. in conſil. 66. numero 24. & 25. volum. 1. Menoch. in d. præſumptione 32. num. 24. ℣. his accedit.

Hoc autem arbitrio iudicis declarandum eſt, † vtrum legata ſint tot, & 36 tanta, quod teſtator eſſet, vel non eſſet legaturus, vt per Ruin. in d. conſil. 50. numero 3. in fine, volu. 2. Menoch. de arbitrariis, caſu 145. numero 3. & libro 4. præſumptione 32. numero 24. in fine.

Cetera in materia huius clauſulæ, quando poſthumus eſt ignoranter præteritus, tam quoad inſtitut. quam quo ad legata. vide per Capr. in d. concl. 111. & per Gabr. in d. concl. 8. tit. de clauſulis, & per Menoch. in dicta præſumptione, 32. libro 4.

Adde etiam, quod quando filius præteritus, † propter hanc clauſulam 37 tenetur inſtitutis reſtituere hæreditatem, non poteſt detrahere duas quartas, ſed ſolum detrahit legitimam, Bartol. in conſil. 20. numero 6. parte 1. dilect. de arte teſtandi, titulo, de hæredibus inſtituendis, vel exhęred. cautela 1. numero 4. Gabr. de clauſul. concl. 9. num. 6. Hier. Gabr. in conſ. 113. numero 4. volum. 1.

Dic verum, quando hæc clauſula verificatur in tempore præſenti, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, nam tunc vt puta grauans, non detrahit † niſi legitimam, ſecus 38 quando verificatur in tempore futuro ſi non valebit, &c. tunc enim vt grauatus ſub conditione detrahit duas quartas. Bart. Bald. & Angel. in l. Papinianus, ff. meminiſſe, in fine, ff. de inoffic. teſtamen. Bald. in l. filium nume-

ro 28 verſic. item quæro quid ſi filius, vbi dicit, quandoque ita conſuluiſſe Bartol.& Franciſc. de Piſis, & quod ipſe eorum conſilia ſequutus fuit, & quotidie ſequitur, C.famil.herciſcund. Angel. in conſilio 99. colum.1. Alexander in conſ.142. numero 15 ℣. & per hoc vol.2.Simon.de Pret.de interpretat.vltim.volunt.lib.2. interpret.1. Solutione 11.numero 29.& 30.

39 Hæc clauſula codicillaris † ſuſtinet teſtamentum caducatum morte hæredis ante teſtatorem defuncti, Baldus in conſilio 170. volum.5. Alexand. in conſil 42.numero 2.volum 2. Dec.in conſilio 242 num.2.verſ.ſed in caſu iſto, & conſil. 369. numero 3. Pariſ. in conſilio 60.numero 20.& conſilio 61. num.22.& conſilio 64.numero 13.volum.2. Socin. in conſ.140.num.5. volum.2.Marſil. Singulari 544. Roland. in conſilio 51. numero 57.vol.2. Menochius in conſilio 106.numero 395. volumine 2.& in conſil.500. num.4. vol.5. Vincent. de Franch. deciſione 156.num.1.& tenuit Rota in cauſa Romana hereditatis.5.Martii 1599.coram Corduba.

40 Item clauſula codicillaris † non ſuſtinet teſtamentum ruptum per querelam, ex eo quod frater inſtituta turpi perſona fratrem præteriit. Fulgoſ.in conſil.71.numero 4.Caſtrenſ. in conſilio 268.numero 2. in ſecundo dubio, volum.1. & in l.ſi patroni,§. finali, numero 6.ff.ad Trebellian. Iaſ.in l. fratres numero 4.C.de inoffic.teſtamento,& in conſil.71.in fine vol.1 Dec. in conſil.561.per tot. Ruin. in conſil.85. numero 20. volum.13. Bolognett. in conſilio 15.in fine,Cremens.Singulari 91.Addẽtes ad Matheſilanum in Singulari 49 Bolognet. in Auth.ex cauſa, in fine, C.de liberat. præterit.Roland.in conſilio 87.numero 13 volum. 3.Burſat. in conſ.92.numero 6. vbi de communi Teſſaur in deciſ.128.numero 1.vbi de communi, item communem etiam atteſtatur Craſſ.in §.codicillus numero vigeſimotertio. Hondedeus in conſilio 47.num.35.& ſeq. volum.ſecundo, & vide in cauſa Romana hereditatis vigeſimaquarta Maii 1600 coram Corduba. Celſus Hugo in Tractatu de clauſuli ,in clauſul.codicillari,numero 327.℣. clauſ codicillaris in teſtamento fratris.

Contrarium, quod ſuſtineat tale teſtamẽtum,tenet Pinell.in l.ſi patruus, §.finali,in 4 lectura, & ſequitur Bartolus ad finem,verſiculo vnde Dinus, ff. ad Trebell. & ibi Imola ad finem, verſiculo Dinus tamen, Alexander numero 7. verſiculo aliud eſt videndum, Bald.in cap.Rainutius,num.13. de teſtament.Curt.iun.in d.Authent. ex cauſa numero 75. & in l.1.numero 5.vbi Cagnol.num.13. de inoffic.teſtament. Afflictus deciſione 125. in fine, Dilectus de arte teſtandi, titulo tertio cautela 16. num.4. Crauetta in conſilio 728 num 15.Clar.in § teſtamẽtum, quæſtione 52.verſ. ſed quæro,licet loquatur ſuper authen.ex cauſa,ſed non datur ratio differentiæ, Craſſ.in §.codicillos, numero vigeſimotertio ad finem.Ancharan.iun.in quæſt.familiari 11.num.3. & ſeq. lib.1.& hanc opinionem æquiorem putat Teſſaur. in deciſ.128. num.3. Pro qua facit communis opinio Bartoli in d. Auth. ex cauſa,numero vigeſimotertio. Fulgoſ.numero 17. in fine,quando ſcilicet clauſula codicillaris operatur in teſtamento rupto per querelam.

Is qui prius intentauit remedium † teſtamenti,non poteſt poſtea,vt hac 41 clauſula, ſi hæres ab inteſtato cenſeatur grauatus l.finali,vbi gloſſ.in verbo capiens,& ibi Doct.omnes, C.de codicill. Alex. in conſil. 121. numero 6. ℣.cum ergo volum.1.Roman. in conſilio 125.num.20. vbi addentes, Boc. deciſ.33.numero 15.Palæott. deciſione 506.

506.in fine,& deciſion.556.numero 4. lib.3.parte 3.in Nouiſſimis.Gabr.in titulo de actionibus, concluſione tertia,numero 1. & vide in cauſa Ariminen.legati 10.Nouembris 1595. coram Litta.

Declara hoc procedere, quando quis ſe reſtringit ad vnam tantum viã, vt declarat Paleott.in d.dec. 506. Secus quando quis non ſe reſtringit ab initio, quo caſu cenſetur deduxiſſe omne ius, etiam contrarium euentualiter,tamen ſucceſſiue, vt declarat Caſtrenſ. in l.1.numero 5. Iaſ.numero 4. ff.ne quis eũ qui in ius vocatus.Ruin. in conſ.vigeſimo ſecundo num.6.vol. 1.Socin.iun. in conſilio vigeſimoſexto numero 19.volum.1. & tenuit Rota in cauſa Romana ſucceſſionis 29. Maii 1579.coram Aldobrandino, vt in deciſ.254.numero 5.par.1.in Nouiſſimis, & ita fuit etiam reſolutum in dicta cauſa Ariminenſi legati, decima Nouembr.1597.coram Litta.

Adde quod diſpoſitio d.l.finalis
42 † C.de codicill.eſt odioſa,& ideo reſtringenda,Palæot.in dec.753. libro 3. par.3.in nouiſſimis, & fuit dictum in d.cauſa Romana ſucceſſionis, vt in d. deciſ.254.in fine,& in d.Ariminenſ.legati coram Litta, Socin.in conſil.84. num.40.volum.2.

Et non habet locum, quando adeſt aliqua iuſta cauſa,vt puta,ignorantiæ: Socin.iun.in conſilio 84 num.40. volum. ſecundo.Palæot. d. deciſ. 506.in fine,& deciſ.853.lib 3.par.3 in Nouiſſimis, & fuit dictum in d.Ariminenſi legati coram Litta.

Hæc clauſula ſuſtinet teſtamentum nullum in vim codicillorum d.l.finali,C.de codicil.Rota dec 4 numero 1. parte prima in Nouiſſimis.

Item hæc clauſula † non probatur
43 per priuatam ſcripturam, niſi publicetur, iuxta l.publicari C. de teſtam. Bald. in l. nec caſu, numero 7. C.de diſcurſoribus lib.10.Iaſ.in d.l.publicati,in fine,Rota dicta dec.4 numero 1. par.1. in Nouiſſimis: vbi etiam vtrum publicatio præſumatur ex antiquitate temporis.

Clauſulæ codicillaris effectus eſt,
† quod venientes ab inteſtato videã- 44
tur ſcriptis hæredibus reſtituere Bart. in l ex his verbis,ff. de teſtament.Alexand. in conſilio 12.volum.2.Dec.in conſilio 369.num.2.

Contrariũ per gloſſam in d.Auth. Ex cauſa, C.de liberis præterit. vbi quod clauſula codicillaris non operatur, quando teſtamentum eſt nullum ex cauſa præteritionis,vt in gloſſa prima in fine, & notat Oldrad.in conſil. 141.

Sed illa gloſſ. † eſt communiter re- 45
probata, vt dicit Alex.in d.Authent. ex cauſa,& contra illam tenet Bart.in l.1.in prima quæſt. ff. de iure codicill. Angel. in conſilio 99. cum aliis per Andream Siculum in conſil.54. in vltimo dubio, volum.3. Dec.in conſilio 242.Alexand..in conſilio 36. numero 5.volum.1. Ruin.in conſil.2. conſil.6. volum.2.

Quando teſtamentum † penitus ir- 46
ritatur, tunc clauſula codicillaris habet effectum,& res ad cauſam inteſtati deducitur. Baldus in conſilio 9 numero 3. in fine, volum.5.Socin.in d. conſilio 140.num.7.verſic. nam clauſula,vol.1 Caſtrenſ. in conſil.411. vol. 1. Corn.in conſil.118.num.3. volum.2. Cranetta in l.cum filiofamilias, in 2. repetitione, nu.263. de legatis primo, Bartol.in Auth.ex cauſa,num 34. vbi omnes Doct.C.de preterit.

Quando teſtamentum eſt nullum,
† ex eo quia factum eſt ad alterius in- 47
terrogationem, tunc clauſula codicillaris defendit illud,Beccius in conſilio 36. numero 84. Menoch. in conſilio 45.numero 14. Surd.in conſil.414.in fine, Gabriel.in titulo de teſtamentis,

concl.2.num.14. verſ. ſecundo limita, & n.20.verſ.quarto,limita.48.

48 Quando aliqui teſtes † contradicunt teſtamento, tunc illud conſeruatur ex eadē clauſ.Iaſ.in conſ.24. n.8. vol.1.Cephal.in conſ.546. n.45. Surd. conſ.414.n.103.

Contrarium eſt verius, quando teſtamentum eſt nullum, quia in dolo, vel metu factum eſt, vel per falſas ſuggeſtiones,& importunas preces, quia dicta vitia durant tam in clauſula codicillari, quā in teſtamento, & quia annullato teſtamento propterea, clauſula codicillaris in teſtamento appoſita, etiam annullatur, Baldus in l.finali, n. 24.verſ.ſed poſſe, C.de Codicil. Fabius Turrettus, in Tractatu De clauſula codicillari, in titulo, de effectibus, & defectibus huius clauſulæ, quæſtione 51.n.4.

49 Item hæc clauſula † non validat teſtamentum hominis ignari, niſi fuiſſet illi in vulgari ſermone expoſita, Turrett. de clauſula codicillari quæſtione 9.

Item non operatur, quando teſta-

50 mentum † eſt nullum ex defectu voluntatis, Turrett.vbi ſupra, q. 25.nu.2. Et tunc habet effectum, quando in ea adeſt teſtatoris ſufficiens conſenſus, Turret.ibid.q.6.num. 1. Et cum teſtatoris voluntas ſit indiuidua, l.eum qui in princip. ff. de his quib. vt indignis, Turret.ibidem quæſt.65.n.2[illegible] plur. ſeq. Si non valet voluntas, vti teſtamentum, neque poteſt valere iure codicillorum, quia ſunt pars, & portio ipſius teſtamenti.

Item clauſula iſta non defendit teſtamentum, quando ad eſt ſuſpitio falſitatis. Turret.ibid.quæſt.105.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum cum clauſula, De bonis teſtatoris, non debetur de bonis hæredis.*

2 *Hæres non conficiens inuentarium, quādo non teneatur vltra vires hæreditatis.*

3 *Teſtator poteſt remittere pœnam ob non confectionem inuentarij.*

CLAVSVLA 12.

*De, In, & ſuper bonis.*

SI legatum † factum eſt, cum hac clauſula, In, de, vel ſuper bonis teſtatoris, hæres non tenetur illud ſoluere de bonis propriis text. & gloſſa finalis, in l.nomen §. vni, in fine, de legat.3. Caſtrenſ.in conſ. 405. numer. 2. verſ.ſecundo quia teſtator, Crauetta, in conſil 187.num.4.Simon de pret.in conſilio 98. in fine. Ideo ſi hęreditas non eſt ſoluendo, quia non adſunt bona teſtatoris, de quib. ſolui poſſit, legatum non debetur, quia ita ſolueretur de alterius bonis, & fieret contra voluntatem teſtatoris. 1

Et licet hæres non conficiens inuentarium, † teneatur vltra vires hæreditatis, §.ſi vero non confecerit inuentarium, Auth. de hæredib. & Falcid. tamen Bald. in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine, in antiqua lectura, ab iſta regula excepit hunc caſum, vt hæres non conficiens inuentarium non debeat ſoluere de bonis propriis, quod teſtator iuſſit ſolui de bonis & hæreditate ſua. Nam vt hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditatis, hoc eſt inductum in pœnam hæredis, propter timorem ſubtractionis bonorum, & quia præſumitur contra eum, ſed teſtator † poteſt remittere huiuſmodi pœnam, vt per Bald.in d.l.1. & ſequitur Roman. in Rubrica, ff. de acquirend. hæredit. & cenſetur remiſiſſe quo ad obligationem perſonalem cauſatam per aditionem, remanente obligatione 2 3

tione reali, vt legatarius poſſit conſequi ſuper bonis, hanc doctrinam ſequitur Corn.in conſ.39.col. 3.verſiculo. Et tunc pro Alexand. vel 4.& in conſ.180.in q.6.verſ.& alias, vol.4.& hanc doctrinam eſſe communiter receptam probat Alciat.in conſ.38.num. 31.lib. 9. Phanucc. in Tract.de Ihuentario p.7.num.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, De hærede in hæredem, quomodo intelligatur.*

2 *Fideicommiſſum inducitur per clauſulam, De deſcendente in deſcendentem.*

CLAVSVLA 13.

*De hærede in hæredem.*

INterpretanda eſt hæc clauſula, id eſt, De deſcendente in deſcendentem,† vt probatur in l.ex facto, §.finali,& ibi gl. quam ſequuntur Cuman.
1 & Imola.ff.ad Treb.Bart.in l. Gallus, §.etiam,ſi parente conſ. 2.verſ. ſecundo caſu, & col.fin. verſ.quæro iuxta prædicta,ff.de liber.poſth.& Iaſ.ibi,d. num. 17. dicit eſſe Communem opinionem,& ab ea non eſſe recedendũ, neque in conſulendo, neque in iudicando,Bart.in conſ.51.p.1. vbi dicit iſtum eſſe Communem vſum loquẽdi,Bald.in conſilio 125.volum. 4. Socin.ſen.in conſilio 57. numero 2. verſiculo ſecundum fideicommiſſum, & in conſ.62. numero 11. & ſeq. vol. 3. Idem apertius reſpondit Decius in conſil.58.numero 4.& in conſ. 287. num. 12. verſ. & licet quandoque Pariſ. in conſ.88.num.14.& ſeqq.&in conſ.92. n.46.vol. 2. & in conſ.8.nu.7.vol.3.

Et quod propter huiuſmodi clau-
2 ſulam † inducatur ſimplex,& abſolutum Fideicommiſſum de deſcendente in deſcẽdẽtẽ ordine ſucceſſiuo, ita, quod vnus ſuccedat alteri,probat diffuſè Simon de pret.De interpretatione vltim. voluntatum lib.3. interpretatione tertia, dubio 1. ſolutione 10. num.19. & ſeq. fol. 284. ita vt non ſit hæres per aditionem hæreditatis, ſed hæres ſanguinis, & vltimi grauati, vt declarat etiam Socin. iun.in conſ.188. numero 6 & ſeq.&17. volum. 2. & in conſilio 13 num.8 vol.3. Natta in conſ. 531. num.21.Decian.Reſponſo, 38.numero 4.& plur.& ſeq. vol. 4. & Menoch. qui plura ad hoc allegat in conſil.281.col.prima & ſeq.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, De gradu in gradum, reſtringenda eſt ad caſus expreſſos.*

2 *Clauſula in perpetuum, vel in infinitum quomodo reſtringenda.*

3 *Clauſula, Ad qualificandum actum, ſemper eſt reſtringenda ad illum.*

4 *Fideicommiſſum in quibus caſibus non cenſeatur repetitum.*

CLAVSVLA 14.

*De gradu in gradum.*

HÆc clauſula reſtringenda † eſt 1
ad caſus expreſſos, vt ſcilicet deſcendentes in caſibus prędictis, de gradu in gradum ſuccedant, non autem extra illos caſus vocati cenſeantur, Ruin.in conſil.102.numero 11. & ſeq. volumine primo, qui loquitur in clauſula De liberis in liberos, Crauetta in conſ.385.num.10 qui loquitur de clauſula, De vno ad alterum,& dicit, quod non includatur noua ſubſtitutio, Menoch. in conſilio 318.numero 29. qui loquitur quando ſubſtituti ſunt deſcẽdẽtes maſculi de vno in aliũ,& vult quod clauſula reſtringatur ad anteriores ſubſtitutiones, & ita qui vocan-

tu rde gradu in gradum, non omnes ſimul ſed gradatim ſuccedunt: & ſic qui proximior exiſtit, alios excluder.

2 Et ſi addita eſſet clauſula † in perpetuum, vel infinitum, illa etiam reſtringenda eſſet ad caſus expreſſos in quibus cenſentur perpetuo vocati, non autem in aliis caſibus, Ruin. in d. conſ. 102. num. 11. & ſeq. vol. 1. Alban. in conſ. 1. numer. 5. Cephal. in conſil. 17. num. 9. verſ. tertio igitur. Dec. in conſil. 656. nu. 12. vbi agit de clauſula, Semper, & Crau. in conſ. 385. num. 10.
3 Nam quando clauſula † appoſita eſt ad qualificandum aliquod verbum, debet ad illud tantummodo referri, non ad alia, vt dicit Bart. in l. fin. ff. de rebus dubiis per text. l. filium, ff. quando dies legato cedat, Alberic. in l. prima, C. de liber. præterit. Abbas in capitulo, ſecundo requiris, de appellat. Dec. in conſilio 14. numero quarto in fine, ergo hæc clauſula non operatur,
4 quod fideicommiſſum † cenſeatur repetitum de primo ſubſtituto in alterum, nec de linea vnius ſubſtituti ad alteram lineam, vt probat Menoch. ita pluries fuiſſe iudicatum in conſ. 433. num. 37. ſed tunc demum deſcendentes ex altera linea ſuccedunt, quãdo prima linea extincta eſt, Corn. in conſ. 11. col. 3. verſ. hoc præſuppoſito, lumine 3. & probat ex pluribus Simon de Pretis in dicta ſolutione 110. num. 20. in fine, & num. ſeq.

SVMMARIA.

1 *Deſcendentes ex filijs, indefinita loquutio intelligitur in infinitum.*

2 *Clauſula, Deſcendentes ex filijs, poteſt verificari in vno.*

3 *Clauſula, & aliquem ipſorum, quid denotet.*

CLAVSVLA 15.
*Deſcendentibus ex filijs.*

CVm teſtator vocat deſcendentes † ex filiis, indefinite loquitur, & 1
dicitur reſpicere tractum ſucceſſiuũ, per conſequens in infinitum naſcituros deſcendentes complectitur per plures gradus, iuxta notata in l. ſi cognitis, ff. de reb. dub. & in l. finali, C. de verb. ſignificat.

Hæc clauſula, deſcendentes † ex 2
filiis, poteſt verificari in vno, l. pater Seuerinũ, §. fideicommiſſo, ff. de condit. & demonſtr. l. non eſt ſine liberis, de verb. ſignificat. cum ſimilib. per Corn. in conſ. 68. vol. 4. & Dec. in conſ. 360. col. 1. ſolent teſtatores addere aliã clauſulam & aliquem † ipſorum, ad 3
denotandum, quod cum diſpoſitio facta fuerit in plurali, intellexerit etiam de deſcendentibus ex omnibus, quia ſeparauit indefinitam loquutionem à ſpeciali, & pluralem à ſingulari, ergo noluit vna ſub altera comprehendi, Ruinus in conſ. 159. numero 9. vol. 2. vbi ponderat iſta verba, alterum, vel alteros.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dictam hæreditatem repetit, ſubſtantiam, & qualitatem.*

2 *Feuda quando continentur in hæreditate.*

3 *Teſtis loquens de dictis bonis, intelligitur de omnibus.*

4 *Dictio dictis reſtringit rem ſermonem expreſſum.*

5 *Operatur, ac ſi res eſſent appellatæ nomine proprio.*

CLAVSVLA 16.
*Dictam hæreditatem.*

QVæ inſtitutione expreſſa ſunt à teſtatore, continentur in ſubſtitutione, & fideicommiſſo, in quo dictam hæreditatem ad Fullanum peruenire iuſſit, quia clauſula, dictam hæreditatem repetit tam quo ad ſubſtantiam,

tiam,† quam quo ad qualitatem, l. in repetendis, vbi Aterin.de legatis tertio,cum aliis per Cephal. in conſ.259. num.1.qui probat eſſe communem opinionem: ideo propter dictam clauſulam etiam feudalia † continentur,
2 ſi talis naturæ erant,quæ contineri poterant, vt probat Burſat. in conſilio 251.numero 44. & plurimis ſequentibus, volumine ſecundo, & quod per dictam clauſulam teſtator loquendo de bonis, intelligatur de omnibus, probat Socin. in conſ. 80. col. 2. verſ. ſupra enim fecerat mentionem, vol.1. ſicut idem procedit in teſte, qui quando relatiue loquitur de † dictis
3 bonis,intelligitur de omnib. Surd. in conſ.351.num.21. vol.3. Rota deciſ.71. num. 1. parte prima in Nouiſſimis. Item,quod clauſula, Dictam,ſit relatiua ad præcedentia, ita, quod illa referat cum omnibus ſuis qualitatibus. Dec. in conſ. 291.col.4. verſ.Venio ad ſextum, & conſ.465.num. 8. Ruin.in conſ.218.n 8.vol.1.Rota deciſ.49. parte 1.in Nouiſſimis.
4 Item hæc clauſula † reſtrictionem inducit ad rem,de qua eſt ſermo, ita, vt oratio non poſſit referri ad aliud. Ripa,in l.filius familias §.diui, numer. 111.de legatis primo,Hippolyt. Riminald.in conſ.491.num. 17. Item operatur,perinde ac ſi de nomine proprio † mentio facta eſſet,Rimin.in d.con-
5 ſil.491.num.93.& in conſ.173. numer. 27.& conſil 192. num.36. Alexand. in conſ.140.vol.6.Curt.iun.conſ.58.in fine,Pariſ.in conſil.86.num.36.vol. 2. Item Riminald.in conſ.412.num 83.& conſ.516.n.13. Item, quod per clauſulam,Dicta bona, cenſeantur expreſſa ipſa bona propriis nominibus, Ruin. in conſ.108. n.3. vol.3. Rota deciſ. 27. n.4.parte 1.in Nouiſſimis, Barzius decii.Bononienſi 129.n.19

SVMMARIA.

1 *Agnati continentur appellatione domus.*
2 *Veniunt appellatione familiæ.*

## CLAVSVLA 17.

### *Domus.*

DOmus appellatione † comprehenduntur omnes agnati, & 1
tranſuerſales,vt notatur in l.1.in princip.ff.ad Syllanianum,vbi Bartol.dicit, quod veniunt illi, qui veniunt appellatione familiæ, † pro quo eſt gloſſ. 2
notab.in l.1. C.ſi quacumque præditus poteſtate,& in l.cum vnus, C. de alienat & cibar.legat. notant Scribentes,in l.pronunciatio, §.familiæ, ff.de verbor.ſignification.Dec.in conſ.495. nu.13.Pariſ.in conſ.35.col.1. vol.3. Anchar.in conſ.152.n.4.Alex.in conſ.212. nu.3.vol.6.Corn.in conſ.55.nu.5.vol.1. Grat.in conſ.63.n.10.vol.2. Tiraquell. de retractu lignag §.1.Gloſſ.9.nu.195. in fine.Socin.iun.in conſ.94. n.9. vol. 1.Crauetta,in conſ.800. n.5. Mantica, de coniectur.lib.8.tit.12.n.17.

SVMMARIA.

1 *Legatum vſuſfructus vxori factum, quando reſtringatur ſolum ad alimenta.*
2 *Clauſula ,Donnam,Dominam, & Patronam,quid importet.*
3 *Vſuſfructus quando vere vxori cenſetur legatus,& non alimenta.*
4 *Alimenta prius debentur filiis, quam vxori.*

## CLAVSVLA 18.

### *Donnam,Dominam, & Patronam.*

SI teſtator habet filios, & vxorem † 1
faciat vſufructuariam, Donnam, Dominam,& Patronam, hæc clauſula honoris gratia cenſetur appoſita, & tantum alimenta habere debet,

Bart. & Communiter Doct. in l. Titia cum Teſtamento, §. finali, de legatis ſecundo, & in l. prima, & in Authen. Hoc locum C. de ſecund. nupt. & ibi Bald. Iaſ. in l. nemo poteſt, in ſecunda lect. numero 52. de legatis primo. Menochius in conſilio 10. num. octauo, poſt multos relatos, probat per huiuſmodi clauſulam eſſe relictam ſolam
2 præeminētiam, † & ſupremam rerum adminiſtrationem, & quod ſine controuerſia ſit, vt non cenſeatur relicta proprietas, & ita fuit iudicatum, Creſcent. deciſ. Romana 5. de teſtament. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 46. Franciſc. Mant. deciſ. 847. parte prima.
3 Hæc concluſio non procedit, † quando contrarium poteſt apparere ex aliquibus coniecturis, quod teſtator voluerit verè vſuſfructum relinquere. Paulus de Caſtro in conſ. 218. volumine.... Dec. in conſil. 418. & in conſ. 454. Sed non eſſe bonam coniecturā, ſi teſtator dixerit: relinquo vſumfructum omnium, & ſingulorum bonorum meorum, definiunt Rota in d. decil. 5. de teſt.

Declaratur hæc concluſio, vt procedat, dummodo ante omnia dedu-
4 cantur alimenta † pro filijs, & de eorum mater. Barbat. in conſil. 63. in primo articulo, vol. ſecundo, Paul. Picus in d. l. Titia cum teſtam. §. Titia. q. 61. de legat. ſecundo. Socin. in conſ. 97. n. 24. vol. 1 Bald. in l. 1. §. officio, in fine ff. de tutel. & rationib. diſtrahēdis. Natta in conſil. 387. nu. 8. & ibi Bald. dicit quod non tenetur quis coarctare victum ſuum propter alimenta matris, vel alterius cuiuſcunque, niſi largas habeat facultates.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Donec ratio reddita fuerit, quomodo intelligatur.*
2 *Clauſula, Parito iudicato, quomodo intelligatur.*

CLAVSVLA 19.

*Donec ratio reddita fuerit.*

ISta clauſula † exponi debet, id eſt, ſi ratio reddi debuerit, l. 3. §. ſi quis Titio, ff. de adimendis legatis, per quem textum ita probant Roman. in conſilio 312. columna 1. & Simon de Pret. De Interpretatione vltim. voluntat. Interpretat 2. Dubitatione 4. num. 86. 1
fol. 455. Sicut diximus † de clauſula, Parito iudicato, id eſt, ſi ſententia appareat, quę tranſiuerit vere in rem iudicatam ſupra in parte 1. clauſula 88. 2

SVMMARIA.

1 *Legatum cum clauſula, Donec vitam vidualem ſeruauerit, an ſit vnum vel plura, & num 3.*
2 *Legatum factum in ſingulos annos, quomodo differat à legato, Donec vixerit.*
4 *Legati vnius ſemel cedit dies.*
5 *Legatum conditionale non debetur non adimpleta conditione.*
6 *Indignus efficitur commodo teſtamenti, non obſeruans voluntatem teſtatoris.*

CLAVSVLA 20.

*Donec, & quandiu.*

TEſtatores vxoribus vſumfructum bonorum legare ſolent cum clauſula, Donec, & quandiu vitam vidualem ſeruauerit, & tunc legatum † 1
pro primo anno erit purum, pro alijs autem conditionale, Pariſ. in conſ. 96. & num. 44. & ſeq. vol. 2. & in conſ. 110. nu. 1. & ſeq. vol. 4. Ruin. in cōſ. 36. nu. 7. volum. 2. Idē ſi fuerit dictū, Vſquequo vitam viduale ſeruauerit, Pariſ. in conſi-

conſilio 21. per totum, & in conſil. 25. volumine 2. Capra, in conſilio 79. numero 2. Dec. in conſil. 486. Aretin. in conſilio 14. Goffred. in l. legatum, in princip. ff. de annuis legatis, Borgninus Caualcanus, in Tractatu de vſufructu mulieri relicto, numero 115. & ſeq. & n. 141. Anton. Gomez. in tomo 2. variar. reſolution. cap. 11. & 44. & 48.

In contrarium, quod hoc legatum ſit vnum, & quod ſupradicta doctrina procedat, quando teſtator vſus eſt expreſſa dinumeratione temporum,
2 vt quia dixit in ſingulos annos, † vel ſingulis annis, & ita loquitur text. l. ſi in ſingulos annos, ff. de annuis legatis, gloſſa, & Bald. in l. prima, per illum text. ff. quando dies legat. vſufruct. cedat, Natta. in conſ. 548. in princip. ex licet gloſſa in dicta l. legatum, ff. de annuis legatis, dicit, paria eſſe, legare in ſingulos annos, & legare quamdiu legatarius viuat: tamen ipſamet gloſſa ſtatim ſe declarat, dicens id procedere, quo ad repetitionem: nam ſi quis capite minutus eſt, perdit vſufructum ſimpliciter ſibi relictum, & nunquam talis vſusfructus amiſſus reuiuiſcit, ſecus eſt, quando fuit relictus in ſingulos annos, vel quamdiu viuat, nam ſequuta capitis diminutione, & ſic per ipſam amiſſo vſufructu, cenſetur repetitus, & ipſa gloſſ. allegat text. l. ſicut in annos, in principio, verſ. vnde teſtatum, ff. quibus modis vſusfructus amittatur, ergo legatum cum huiuſmo-
3 di clauſula, Donec vixerit, † vel quandiu lectum vidualem ſeruauerit, erit vnum legatum, non autem plura, & ideo ſemel cedit dies, l. damnas in prin. ff. de vſufructu legato, & ibi hanc tenet gloſſ. Alberic. numero 17. in fine, & plur. ſeq. gloſſa, in l. habitationis, ff. eodem titulo, qui textus loquitur, per verba in ſingulos annos, & ibi etiam Cin. & Alberic. item Iaſ. in l. ſi ex toto, §. ſi ita legatum, num. 19. de legatis primo, Caſtrenſ. in l. ſi Stichum §. ſtipulatio, ff. de verbor. oblig. & ibi Alex. num. 1. & ſeq. & ita probat Goffred. in d. l. in ſingulos, numero 6. & 19. & 24. & 27. ff. de annuis legatis, & in l. codicillis, num. 3. in fine, ff. eod. titulo. Effectus huius diſputationis eſt, quia ſi legatum eſt vnicum, † & ſemel cedit dies, venit in obligatione, & hypotheca quantumcunque legataria mortua fuerit, & hypotheca in legatis conditionalibus ſemper retrotrahitur, l. fin. §. ſin autem in conditione, C. de legat. & ibi Bartol. in penult. oppoſitione, Iaſon in fine, & declarat Socin. in conſilio 269. in princ. vol. 2.

Si teſtator aliquid legat pro remuneratione laborum adminiſtrationis, cum clauſula, Donec † recte adminiſtrauerit, & reſoluitur, ſi rite, & pro tépore quo adminiſtrauerit. l. pater Seuerinum. §. finali, vbi Bartol. ff. de condit. demonſt. d. l. legatum, ff. de annuis legat. l. Caio §. Imperator, ff. de alimét. & cib. legat. l. 1. C. de legat. cum aliis ad hoc allegatis per Dec. in conſilio 129. num. 21 vol. 3. ergo non debetur, niſi oſtenderit rite adminiſtraſſe: nam qui beneficio diſpoſitionis conditionalis vti vult, probare debet ſe conditionem adimpleuiſſe, l. ſed ſi, ff. de verb. oblig. Baldus in l. ſi quidem, numero 5. C. de except. Dec. in conſilio 585. numero 1. Defectus conditionis facit, ac ſi legatũ factum non fuiſſet, l. pecuniam, quam, ff. ſi cert. pet. l. neceſſarios, quod ſi pendente, ff. de periculo, & commodo rei véditæ. Socin. iun. in conſilio 4. n. 16. vol. 2. cum aliis per Ceph. in conſil. 497. n. 35. & ſeq. Rimin. iun. in conſil. 353. nu. 113. Gabriel in conſil. 117. num. 14. vol.
1. Item, quia non obſeruans † voluntatem teſtatoris, commodo teſtamenti efficitur indignus, & omni emoluméto ex eo proueniente priuatur, Socin. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 9. ff. de condit. & demonſtrat. Decian.

in conſ.39.num.3.& ſeq.vol.2.Rimin.iun.in conſ.719.num.50.& ſeq. volumine 6.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Dummodo, importat commonitionem, non conditionem.*

2 *Et a[illegible] [illegible]et clauſula, Dum tamen, &* [illegible]

3 *Actus quando neceſſariò implendus eſt, an clauſula importat conditionem.*

4 *Ciuis receptus, dummodo ſoluat datia, receptus per modum compulſionis non excluſionis.*

CLAVSVLA 21.

*Dummodo.*

HÆc clauſula denotat commotionem,† Rota dec.vnica, de con-
1 ditionib.appoſitis, non autem conditionem, Luc.de Pen. in l.exceptores. C. de numerarijs, lib. 12. facit igitur modum,& non conditionem, Innoc. in c.dudum,in ſecundo,de elect.Specul.in tit.de legat.§. dicendum, verſ. ſed quid in indulgentia: item eſt clauſula in modificatiua,& reſtringit, l.cũ ab eo ff. de contrahend.empt.c.rui,de præb.c.preſenti, eodem titulo libro 6. Alex.in l.1.num.3.not.ff.ad leg.Falcid. Io.Vinc.de anna,ſing.580.

Huic clauſulæ æquipollet clauſula,
2 †Dum tamen,c.ſi §.nec illa, de tranſlatione Epiſcopi, vbi Papa vtitur ambabus dictionibus,pro vna re.Item,eſt ſimilis clauſulę, Ita vt,d.l.cum ab eo, ff. de contrahend. empt. vbi Iuriſconſultus,dum in principio vtitur clauſula, Dummodo, in fine poſtea vtitur clauſula, Ita vt,quando ſcilicet importat actum explicandum ab honorato, aut ab eo,in cuius fauorem diſpoſitio fit,vt declarat Bartol in l. quibus diebus,§.Termilius,numero ſecundo,ff. de condit.& demonſtr.Ruin. in conſ. 215.numero 10.volum.1.& in conſ.20. col. 2. vol. 2.Andr. in Conſtitutione Regni in aliquibus num. 10.Afflict. num.25.& 26.ideo, de neceſſitate requiritur,vt valeat illud cui iniungitur, † Dec.in capitulo ex litteris, num.52. 3
de reſcriptis,Ruin in conſil.198.num. 9.volumine ſecundo.Quo caſu quando adiungitur ei, quod de neceſſitate implendum eſt, antequam actus perficiatur, importat conditionem,l. Thais,§.Stichus, ff. de manumiſſ.teſtam.Bartol.& ceteri in d.§.Termilius. Crauetta, in conſil. 60. num. 14. vbi plurimos citat,Socin.iun.in conſ. 148. in fine vol.1.Imo verius eſt,vt demonſtret quandam formam, qua non ſeruata actus omnino corruat, Curt.ſen. in conſil.74.col.8. in princ. verſiculo, capio ſecundam Legitimationem.

Si quis recipiatur in Ciuem, dummodo ſoluerit Datia & Collectas,tunc clauſula non requirit implementum præceſſiſſe, quia eſt ſucceſſiuum, & ideo ſtatim fit ciuis, & non reſoluitur ciuilitas, ſed poteſt compelli ad ſoluendum,ita dicit Bald.in cap.dudum, in ſecundo, num.2. de electione,quia clauſula,Dummodo, non facit actum cõditionalem,ſed obligat ad ſic faciẽdum per modum, ideo tanquam modus implendus erit per viam † com- 4
pulſionis, non autem ſicut conditio, quæ per viam impulſionis impleri ſolet,ita etiam declarat Molina in tract. de primogeniis,lib. 2.c.15. num.28.cũ alijs ad hoc allegatis per Menochium in conſilio 131.numero 9.& ſeqq.& ſi ſemel adimpleuit in ſolutione Datiorum,& Collectarum,dicitur adimpleuiſſe modum, ita vt ſucceſſiuis temporib.poſtea compelli poſſit. Menochius in conſil. 584. num.10. & ſeqq.

SVMMARIA.

1 *Filiorum appellatione non veniunt nepo-*

*nepotes in ſubſtitutione fideicommiſſaria.*

2 *Nec in prohibitione alienationis.*

3 *Clauſula, eiuſdem filios, æquipollet Clauſula, Filios primi gradus.*

4 *Prohibitio alienationis non extenditur de hærede in hæredem.*

5 *Nepotes non continentur appellatione filiorum in legatis.*

CLAVSVLA 22.

*Eiuſdem filios.*

IN ſubſtitutione fideicommiſſaria, appellatione filiorum, non veniunt
1 nepotes, † Curtius ſent. in conſil. 46. numero 9. ỽ. nec mirum eſt, Dec. in conſil. 95. numero 7 & in conſilio numero 218. numero 12. Durant de arte teſtandi, Cautel. 4. tit. de ſubſtitution. Pariſ. in conſilio 89. numero 24. vol. 2. & in conſilio 14. numero 19. volum. 3. Curt. iunior in conſil. 135. nu 8. Alciat. reſponſo 98. numero 10. & reſponſo 526. nu. 2. cum aliis ad hoc allegatis per Marzar. in epitom. de fideicommiſſ. q. 17. & ita quando teſtator grauauit filium ſuum, non dicitur grauaſſe nepotem, quoniam grauatus reſtituere, in neceſſarium antecedẽs dicitur prohibitus alienare, l. 2. §. ſin autem auaritiæ, C. communi, de legatis. Sed in
2 prohibitione alienationis † appellatione filiorum non continentur nepotes, §. nos itaque in Authent. de reſtitut. fideicom. Bartol. in l. filiusfam. §. diui numero 20. de legat. 1. & ibi Ripa, num. 106. Dec. conſilio 182. colum. 1. Curt. iun in conſ. 43 numero 11. & melius in conſil. 255 Bero. in conſilio 84. numero 40 volum. 2. Socin. iunior. in conſilio 163. num. 15. volum. 2. Ruin. in conſil. 208. num. 4. volum. 1. Couar. in lib. 3. var. reſol. capitulo 5. numero 4.

3 Huic clauſulæ æquipollet altera, † filios primi gradus, Socin. ſentent. in l. Gallus, §. inſtituens, numero 5. ff. de liber. & poſthum. declarãdo text. l. cum pater, §. hæreditatem, de legatis 2. & defendendo opinionem Imolæ, dicit, quod ſi teſtator vſus fuerit hac clauſula, filiis ſuis, tunc non continentur Nepotes, Iaſ. in d. §. inſtituens, numero 23. quia nepotes non ſunt immediate filij, nec filij primi gradus, vt per Alex. in conſilio 56. volum. 5 Corn. in conſilio 47. colum. 3. volum. 4. Crau. in conſilio 98. numero 9. Rimin. iun. in conſilio 173. numero 9. Et ideo prohibitio alienationis quãdo eſt facta hæ- 4
redi, cum verbis denotantibus perſonalitatem, vt ipſis, dictis, & ſimilibus, tunc non extenditur ad hæredem hæredis. Socin. iunior in conſilio 144. numero 14. volum. 3. Ruin. in conſil. 117. colum. 1. & conſilio 181. col. 1. volum. 2. Dec. in conſilio 291. col. 1.

In legatis appellatione † filiorum 5
non continentur nepotes, vt eſt magis communis opinio, de qua per Simon. de Pret. de interpretat. vltim. voluntat. lib 3. interpret. ſecunda, dubio 1. ſolutione 11 numero vigeſimoquinto fol. 289. & late ſcribit Mantica in tractatu de coniectur. libro 8. titulo 8. numero 2. ſcripſi de hoc in voto 12. numero 12. inter deciſiones Piſanas, nam vt hæres minus grauetur, fit interpretatio, vt nepotes non contineantur appellatione filiorum. Simon de Pret. in d. ſolutione 1 numero 41. & ſeq. vide Valentin. Forſterum in tractatu de ſucceſſ. ab inteſtato, lib. 4. cap. 6.

SVMMARIA.

1 *Ordo ſucceſsiuus excluditur per clauſulam, Aequis portionibus, & numero 3.*

2 *Clauſula, Aequis portionibus, facit vt quilibet cenſeatur nominatim vocatus,*

4 *Et operatur, vt qui debebant ſuccedere in ſtirpes, ſuccedant in capita.*

CLAVSVLA 23.

*Aequis portionibus.*

1 SI teſtator inſtituit matrem,† & eorũ filios, quos nominibus propriis appellauit, vnuſquiſque admittitur pro virili portione, gloſſ. in l. nonnunquam, ff. ad Trebell. gloſſ. & Doct. in l. finali, C. de impub. & aliis ſubſtitut. Gabr. in conſilio 130. num 11. volum. 1. idem ſi nomina propria tacuerit, ſed clauſulam appoſuerit, Æquis portio-
2 nibus: Nam hæc clauſula † operatur, vt quilibet nominatim vocatus eſſe cenſeatur, Caſtren. in d. l. finali, numero 2. C. de impub. ſubſtit. & in l. interdum, numero 2 ff. de hæred. inſtitut. per illum textum, Iaſon in l. re coniuncti numero 43. de legatis tertio, Ruin. in conſilio 163. numero 7. vol. ſecundo. Ita vt per huiuſmodi clauſulam, Æquis portionibus, excludatur ordo
3 ſucceſſiuus, † ſed ſimul admittuntur, & ita fuit iudicatum in Rota, vt per Cæſarem de Graſſ. dec. 4. de teſt. [illegible] Afflict. in deciſ. 309. numero 2. Et ibi Addentes, plurimos referunt. Capic. deciſ. 208. Alios ad hoc allegant Mantica de coniectur. lib. 4. tit. 7. numero 20. Simon de Pret. lib. 1. ſolutione 5 in princip. fol. 15. Peregrin. artic. 17. num. 5. item ſi inſtituti hęredes deberent de iure ſuccedere in ſtirpes, propter virtutem huius clauſulæ ſuperadditæ à teſtatore, debent ſuccedere in capita. Capi. dec. 208. ita ordo ſucceſſiuus, ſiue de iure communi, ſiue de iure municipali inductus, ſemper per huiuſmodi clauſulam ſublatus eſſe cenſetur.

SVMMARIA.

1 *Inſtituti ſuccedunt prout ab inteſtato, quando teſtator eos vocauit eo modo, & forma.*

2 *Succeſſiones quomodo ſint de iure gentium, & de iure ciuili.*

CLAVSVLA 24.

*Eo modo, & forma.*

SI inſtitutionibus, vel ſubſtitutionibus teſtatores addiderint clauſulam, vt ſibi ſuccedant † eo modo, & 1
forma, prout ſucceſſuri forent ab inteſtato, intelliguntur ſecundum gradus prærogatiuum, ita probat Decian. in reſponſo 3 numero 104. volumine 1. vbi quod iſte eſt verus intellectus dictorum verborum. Nam cum ſucceſſiones in genere ſint de † iure gen- 2
tium, & quoad modum ſuccedendi per gradus, & agnationem, ſint de iure ciuili, l. maximum vitium, C. de liber. præterit. & inſtit. de hæred. qui ab inteſtato deferuntur, teſtator, qui hac clauſula vſus fuerit, cenſetur ſe conformem reddidiſſe cum diſpoſitione iuris communis, ad tradita per Bartol. & Doct. in l. hęredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb.

SVMMARIA.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria non continetur ſub clauſula, eos inuicem ſubſtituit.*

2 *L. iam hoc iure, ff. de vulgari, declaratur.*

3 *Clauſula eoſque inuicem ſubſtituit, cur non contineat fideicommiſſariam de præſenti.*

4 *Subſtitutio fideicommiſſaria requirit conditionem mortis.*

5 *Clauſula eos inuicem ſubſtituit, in quibus caſibus importet fideicommiſſariam.*

CLAVSVLA 25.

*Eoſque inuicem ſubſtituit.*

Sub-

SVbſtitutio reciproca, concepta per hanc clauſulam, eoſque inuicem ſubſtituit, tantum vulgarem compre-
1 hendit, † fideicommiſſariam autem non continet, l. iam hoc iure, ff. de vulgari, & pupil. per quem text. ita tenent Bart. in l. Lucius, numero 4. & 20. ff. de titulo, Ripa numero 41. Couar. in §. Rainutius, §. 7. numero 3. de teſtam. Menoch. libro 4. præſumptione 60. numero 67. Alexander 35. in tractatu de ſubſtit. par. 5. cap. 10. nam text. in d.
2 l. † iam hoc iure, expreſſe diſponit, in vulgarem tantummodo caſum videri factam, ergo excludit pupillarem, & fideicommiſſariam. Neque debemus dicere, quod clauſula tantummodo in caſu illius legis appoſita, non excludat caſus ſimiles, & ita poſſit extendi ad fideicommiſſariam, ad tradita per gl. & Doct. in l. ob æs, C. de pręd. minor. nam cum ille text. incongruum putet, vt in vno ſint duæ ſubſtitutiones, & in altero vna tantum, ſi de fideicommiſſaria cogitaſſet, dixiſſet tres ſubſtitutiones, ſcilicet vulgarem, pupillarem, & fideicommiſſariam, in altero vero duas, ſcilicet vulgarem, & fideicommiſſariam. Item text. in l. 2. C. de impuber. ſubſtit. idem diſponit, dum dicit: quibus in vnum caſum dumtaxat ſubſtitui poteſt, & ſupradicta ratio etiam militat, item hæc clauſula nō habet tractum in futurum, ergo non poteſt extēdi ad fideicommiſſariam poſt mortem ſub conditione, quæ requirit
3 tractum in futurum: Neque poteſt † continere fideicommiſſariam incontinenti factam, quia tunc fideicommiſſaria eſſet inutilis, & nullius momenti, quia viciſſim tantum vnus daret, quādo alter acciperet, Bart. & Alexand. in l. 1. in princ. C. de pact. per text. l. ab omnibus, §. ſi à Titio, de legatis primo, idem Bar. in l. ſi quis ſeruum, ff. de cōdit. & demonſtrat. & in l. 1. quæſtione 11. de iure codicill. Aretin. in l. ſi plures, num. 5. ff. de vulgar. Dec. in l. in teſtamento, numero 5. C. de teſtament. milit. Socin. iun. in conſ. 105. num. 46. volum. 3. Ruin. in conſil. 7. numero 11. vol. 3. Crotus in conſil. 62. per totum, volumine primo, Ceph. in conſil 326. numero 22. & ideo, vt ſubſtitutio re-
ciproca † fideicommiſſaria valeat, cōditio mortis adiecta eſſe debet, ſaltem in pręcedente, vel ſubſequente oratione, vt probat Ruin. in cōſilio 120. numero 4 & plur. ſeqq. volumine 5. item, quia per caſum d. l. iam hoc iure ff. de vulgari, non continetur pupillaris, quæ habet tractum ſucceſſiuum, ergo non poteſt dici, quod huiuſmodi clauſula propter pupillarem habeat tractum ſucceſſiuum, & ita etiam fideicommiſſariā comprehendat: quid ſi facta eſſet ab extraneo? Vide infra in clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. 4

Declaratur hæc doctrina, vt non procedat, quando hæc clauſula eſſet
appoſita † ſubſtitutioni compendioſę, 5
quæ habet tractum futuri temporis, & ideo etiam fideicommiſſariam continet, Bartol. & Doct. in l. Lucius ff. de vulgari, & in l. 2. C. de impub. ſubſtit. Alex. in conſilio 110. volum. 7. Socin. iun. in conſilio 6. & conſilio 290. vol. 3. Dec. in conſil. 318. Roland. à Valle in conſil. 25. numero 10. & ſequent. volumine 1.

Item, quando eſſet appoſita clauſ. codic[illegible] quia tunc huiuſmodi clauſula continet fideicommiſſariam, Caſtren. & Corn. in l. ſi Frater, C. de fideicommiſſ. Corn. iunior. in conſ. 139. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Socin. iun. in conſ. 166. volum. 2. Præſertim quia huiuſmodi clauſula eſt concepta per verbum ſubſtituo, quod eſt commune, & ideo poteſt intelligi per Simonem de Pręt. lib. 3. interpret. 5. Dubitatione 1. Solutione 7. n. 1 f. 378. Menoch. de præſumption. 60 num. 7. li. 4.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Et eo caſu, reſtringit, & non permittit extenſionem.*

2 *Multo magis ſi ſit dictum, tunc, & eo caſu.*

3 *Clauſula, caſu quo, importat conditionem.*

## CLAVSVLA 26.

*Et eo caſu.*

1 REſtringit diſpoſitionem ad illum tantum, † & non admittit extenſionem, Alciat. reſponſo 594. numero 2. & reſponſo 528. numero 4. Grat. in conſ. 124. col. 4. volum. 1. & in conſ. 16. col. 3. & ſeq. volum. 2. Dec. in l. quamuis, numero 2. C. de impub. ſubſtit. & in l. finali, col. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. Multo magis hęc doctrina
2 procedit, ſi fuerit dictum, tunc, † & eo caſu, vt probat. Dec. in conſ. 215. numero 3. quia huiuſmodi clauſula dicitur eſſe geminata, Alciat. in d. reſponſo 528. numero 4. & ideo magis reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum à teſtatore, & ita vt ipſa diſpoſitio intelligatur vniformiter, etiam reſpectu temporis, Anchar. in conſilio 291. col. 4. Crauet. in conſ. 9. numero 27. pro quo confert Regula, quod Clauſula reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinari debet, ad Regulam l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & l. quamuis, C. de impuber. ſubſtitut.

3 Illa autem clauſula, & caſu quo, † diuerſæ naturæ eſt, quoniam conditionem importat, Baldus in conſ. 241. volum. 1. Corn. in conſilio 96. numero 15. volumine 1. Crauetta in conſil. 266. col. 1. Et ſi fuerit addita clauſula, & non aliter, eſt adeo præciſa, vt formam ſpecificam inducat, ita vt actus aliter adimpleri non poſſit, gloſſ. in l. ſi quidem, vbi B. l. C. de except. Alexand. in conſ. 5. colum. 3. volum. 1. Dec. in conſil. 528. numero 10. Pariſ. in conſil. 10. numero 15. volum. 2. Roland. in conſ. 58. num. 48. & conſ. 59 numero 11. vol. 3. vide Honded. in conſ. 78. numero 17. & pluribus ſeq. volum. 1.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum reciprocum quando inducatur per clauſulam, & non in alios.*

2 *Item, ſi inuitat maſculos excluſis feminis.*

## CLAVSVLA 27.

*Et non in alios.*

CVm teſtator ſubſtituit † deſcendentes maſculos, & deinde feminas, inter quos in ſua familia bona ſua eſſe vult, ſi poſtea addiderit clauſulam, Et non in alios, qui non deſcendant ex ſanguine dictorum hæredū, hęc clauſula ſignificat teſtatorem prohibuiſſe alienationem extra familiam, & ideo reſultat reciprocum fideicommiſſum inter deſcendentes, ita firmarunt Curtius iun. in conſilio 43. colum. 4. verſ. ſecundo principaliter, & in cōſil. 48. numero 2. & in conſil. 121. num. 15. Socin. iun. in conſ. 168. num. 78. vol. 1
2 Et cum teſtator ſemper inuitat maſculos, excluſis feminis, † dicitur noluiſſe inter ipſos maſculos fideicommiſſum reciprocum facere Socin. iun. in conſil. 110. num. 39. volum. 3. Crauetta, in conſil. 130. num 6. Zanchus, in l. hæredes mei, §. condita, num. 635. ff. ad Trebellian.

SVMMARIA.

1 *Clauſula illatiua non diſponit niſi in euentum præcedentis.*

2 *Clau-*

2 *Clauſula, Et ſic de vno in alterum, an & quando diſponat.*

2 *Clauſula, Perpetuo, verificatur poſt præcedentem.*

## CLAVSVLA 28.

*Et ſic de vno in alterum.*

HViuſmodi illatiua ſunt, & ideo clauſula non diſponit niſi in e-
1 uentum præcedentis † conditionis, ita poſt Socinum, Ruinum, & alios citatos probat Beretta in conſilio 75. numero 44. & ſequent. & ideo ſi conditio non eſt verificata, & non conſtat de actu fideicommiſſi per verba diſpoſitiua, ipſa illatio nullius effectus
2 eſt, & ideo clauſula, Et ſic de vno † in alterum, non poteſt operari, vt alter ex vocatis impedit diſpoſitionem hæredis, l. pater, § fundum, verſiculo ita enim, de legatis tertio, Cepolla in conſil. 81. inter conſilia Alexandri de Neuo. Alexand. in conſilio 139. vol. 6. Dec. in conſil. 513. numero 12. & conſil. 636. numero 8. Rota deciſione 649. num. 2. & ſeq. & deciſione 698. num. 11. & 15. & ſeq. par. 1. in Nouiſſimis. Sic in ſi-
3 mili clauſula, perpetuo, † non verificata præcedẽti diſpoſitione, nihil operatur. Dec. in conſil. 218. numero 6. & 16. & in conſilio 287. numero 7. & 11. in fine.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula, & ſi nullus ex dicta linea, eſt conditionalis.*

2 *Subſtitutio vulgaris includitur in clauſula, & ſi nullus ex dicta linea.*

## CLAVSVLA 29.

*Et ſi ex dicta linea nullus.*

1 HÆc clauſula conditionalis eſt, † & intelligitur, id eſt, ſi nullus reperiretur, qui hæres eſſe poſſet, vel eſſe vellet, & ita conuenit vulgari † ſub- 2
ſtitutioni, ita probat Menoch. in conſ. 399. num. 22. poſt Ruinum, quem citat in conſil. 102. numero 6. & ſeq. volum. 2. quoniam euenire poſſet, quod etſi exſtarent multi agnati, tamen illi, vel hæredes eſſe non potuiſſent, vel noluiſſent.

### SVMMARIA.

1 *Agnatio ſemper cenſetur conſeruata per vocationem maſculorum.*

2 *Femina quando ſubſtituta, non cenſetur conſeruari agnatio.*

3 *Neptis ex filio maſculo dicitur eſſe in linea maſculina.*

4 *Neptis ex filio eſt agnata.*

5 *Femina eſt finis lineæ paternæ, & in ea includitur.*

6 *Neptis ex filio admittitur, ſtante clauſula, de deſcendente in deſcendentem per lineam maſculinam.*

7 *Alciati diſtinctio de deſcendentibus ex linea maſculina reprobatur.*

## CLAVSVLA 30.

*Et vltimo de dicta linea maſculina decedente.*

LIcet quando teſtator vocauit maſculos, ſemper cenſeatur voluiſſe conſeruare agnationem, † & familiã, 1
vti firmarunt Socin. in conſilio 63. numero 14. volum. 3. Dec. in conſilio 329. in 2. dubio, & in conſilio 516. numero 16. Crauetta in conſilio 130. numero 9. tamen quando appoſuit iſtam clauſulam, & vltimo de dicta linea maſculina decedente, atque ſubſtituit feminas, † eo caſu non dicitur conſideraſ- 2
ſe conſeruationem agnationis, & familiam conſeruare non poterant, vt certi iuris eſt, & probat Crauetta in conſilio 113. numero 2. & in conſil. 250.

num.2. Et ideo neptis ex filio continetur in clauſula, quia licet ipſa non cõficiat lineam maſculinam, tamen eſt
3 in ipſa linea, † id eſt deſcendens ab ea, eſt enim agnata, & ita ſub agnationis nomine continetur, l. lege duodecim tabularum C. de legit. hæredib. §. item vetuſtas, inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & probat text. in l. 2. §. primo ff. de ſuis, & legit. & §. ceterum, inſtit. de legitimo agnat. ſucceſſ. cum
4 igitur neptis † ex filio ſit agnata auo, ergo ſub eius linea contineri dicitur, vt probat Caſtrenſ. in conſilio 91. colum. 2. verſiculo nunc videndum eſt, volum. 2. vbi probat idem eſſe, dicere agnatas eſſe, & per lineam maſculinã deſcendentes, cum vnum non poſſit eſſe ſine alio. Item quia pater eſt caput lineæ, & filia eſt finis eiuſdem lineæ
5 † paternæ, vt probat Baldus in conſil. 339 volum. 3. Alciat. in l. Gallus, §. nũc de lege, numero 11. in fine, ergo ſicut pater eſt in linea, ita ipſa filia includitur, & ideo nunquam filia, quæ eſt finis eiuſdem lineæ, poteſt excludi à ſua linea, & probat l. iuriſconſultus, §. & ſi inferioribus ff. de grad. affinit. quod ipſa linea deſcendentium comprehendit etiam feminas. Item, aliquando teſtatores vtuntur altera clauſula, videlicet, quod hereditas tranſeat de deſcendente in deſcendentem per lineam maſculinam, & tunc neptis ex
6 filio † admittenda eſt, tanquam ex linea maſculina deſcendens, ita probat Alex. in dicta l Gallus, §. nunc de lege, num. 3. ff. de lib. & poſthum. & in conſilio 53. numero 9. vol. 6. quem ſequuntur Socin. in conſil. 51. numero 6. volum. 4. Ruin. in conſilio 149. num. 2. volum. 1. Dec. in conſil. 320. numero 1. Curt. iun. in conſilio 5. numer. 25. & in conſil. 115. numero 20. Berous in conſil. 77. nu. 12. in fine, volum. ſecundo. Cephal. in conſil. 413. numero 14. vbi probat, quod filia cenſetur de linea patris, Iaſ. in d. §. nunc de lege, numero 14. verſiculo ſecundo principaliter, Grammatic. deciſione 63. numero ſecundo. Neque videtur approbanda diſtinctio Alciati, in d. §. nunc de lege, numero 11. vbi quod aliud eſt dicere ſi clauſula † concipiatur per lineam maſculinam. Item, ſi concipiatur ex linea 7
maſculina, & his duobus caſibus femina non contineatur, quia non eſt in ipſa linea maſculina, & tunc contineatur, quoniam etiam in primis duobus caſibus femina in linea maſculina cõtineri dicitur tanquam finis ipſius lineæ, & quia agnata eſt, & quia ſub linea deſcendentium à iuriſconſulto poſita eſt, vt probaui, & finis contineri dicitur cum ſuo toto, non autem ab eo excludi, quamuis femina lineam maſculinam non conficiat, vt initium nouæ lineæ, tamen in linea paterna exiſtere dicitur, atque ita poſt multos alios probat Pinell. in l. 3. numero 29. ℣. & hanc opinionem contra Paulum, C. de bonis paternis.

SVMMARIA.

1 *Clauſula filiorum, & heredum, reſtringitur ad nominatos.*
2 *Heredes heredum non veniunt in clauſula filiorum, & heredum.*
3 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum in diſpoſitione pœnali.*
4 *Et quid in fideicommiſſo.*
5 *Hæres heredis quando teneatur legata præſtare.*

CLAVSVLA 31.

*Filiorum, & heredum.*

HÆc clauſula † reſtringitur ad principaliter inſtitutos, & nominatos heredes, Dec. in conſil. 218. colum. 4. verſ. & iſta concluſio, & in conſilio 291. col. 4. ℣. his præmiſſis. 1

Et

2 Et quod non contineantur hæredes† hęredum. Alex. in conſilio 174. col. penult. volum. 5. Ripa, in l. filiusfamilias, §. Diui, numero 111. de legatis primo, & in l. hæredes mei, § cum ita, numero 69. ff. ad Trebell. Ruin. in conſilio 29. colum. 2. & ſeq. volum. 2. Socin. iun. in conſilio 131. numero 74. volum. 1 Ideo
3 non refertur ad nepotes, † etiam quod ſint hæredes, maxime in prohibitione pœnali. Alexand. in conſil. 140. vol. 6. Dec. in conſil. 513. colum. 2. Item in fi-
4 deicommiſſo, † iſta clauſula operatur, ac ſi ipſi filij eſſent nominati nominibus propriis, Curt. iun. in conſil. 58. numero 2. & ſeq. Crauett. in conſilio 98. num. 8.

5 Sed aliquando † in legatis præſtandis, iſta clauſula comprehendit hæredes hæredum, Corn. in conſil. 69. volum. 4.

Svmmaria.

1 *Clauſula, Habeatur pro non ſcripto, inducit nullitatem actus.*

2 *Et vbi tractetur de hac clauſula.*

## Clavsvla 32.

*Habetur pro non ſcripto.*

1 SI teſtator dixerit, quod † plus relictum datum, aut donatum fuerit, habeatur pro non ſcripto. Hæc clauſula idem ſignificat, ac ſi dixiſſet: Actus ſit nullus, Angel. in §. ſed quod ſancitum, in Auth. de Nupt. & in §. optime, Bertran. ibidem in §. 1. verſiculo ſi vero plus, quia teſtator diſpoſitionem factam de rebus ſuis, reducit ad non diſpoſitionem, & ſic ad nullita-
2 tem. De hac clauſula † habetur plene per Doctores in l. hac edictali, §. ſi vero plus, C. de ſecund. nupt. & pleniſſime tractatur Rimin. in conſilio 166. numero 6. verſic. Iſtis tamen non obſtantibus, & plur. numero ſequent. inter conſilia vltimar. volunt. volumine 1.

Svmmaria.

1 *Modus, & non conditio importatur per clauſulam: Hac tamen lege, & conditione.*

2 *Modus ſi non adimpletur, quis priuandus eſt commodo relicti.*

## Clavsvla 33.

*Hac tamen lege, & conditione.*

HÆc clauſula non importat conditionem, † ſed modum, l. Mæuia, ff. de manumiſſ. teſtament. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, numero 5. ff. de condit. & demonſtrat. Baldus in l. quoniam, C. de rerum permutatione, in l. cum res, in fine, C. de donationibus. Idem Bald. & Salic. in l. ea conditione, C. de reſcind. Alexander in conſ. 102. num. 1. ℣. nam dicta verba, volum. 1. Iaſ. in l. debitori, numero 2. C. de pact. Berous, in conſilio 66. numero 5. vol. 2. Ruin. in conſil. 127. numero 2. volumine 1. Neuiz. in conſil. 55. numero 1. Crauetta, in conſ. 59. numero 1. Natta in conſilio 373. numero 26. Effectus † huius 2
clauſulæ eſt, quod ſi modus non impletur, hæres priuatur commodo relicti, lib. 2. C. de his quæ ſub modo, l. ſi hæres, ff. de condict. ob cauſam, l. liberto, § Lucius, ff. de annuis legat. Bartolus in d. §. Termilius, numer. 17 & ibi Socin. numero 14. ℣ ſecunda concluſio, Bald. in conſil. 219 col. 2. vol. 2. Alexand. in conſilio 127. numero 2. ℣. adhuc videtur, volum. 7. & in d. conſilio 102. numero 6. vol. 1 dicit, hoc procedere, etiam ſi per eum ſteterit, cui

implendum erat. Item, procedit, etiam ſi modus implendus erat à tertio, Menoch. in conſil. 78. num. 17.

SVMMARIA.

1 *Verbum, diſponat, intelligitur per vltimam voluntatem.*

2 *Clauſula, hæredes inſtituere, intelligitur directò non oblique.*

CLAVSVLA 34.

*Hæredes inſtituere.*

INterdum hæredi ſcripto ſolet iniungi onus diſponendi inter illos de familia, atque addi clauſula, Hæredes facere. Et tunc verbum, diſpone-
1 re, † intelligitur per vltimam voluntatem, non autem per electionem, aut reſtitutionem, §. cum autem, Inſtit. Ex quibus cauſ. manumitt. non licet, §. non omnia, Authent. de teſtamen. imperfect. §. diſponat, Authen. de Nupt. Gloſſa, in Rubrica, ff. ſoluto matrim. vbi Alexan. in verbo: In eadem gloſſa, Iaſ. num. 20. in 2. lectura. Item, clauſu-
2 la, † hæredes facere, intelligitur directò, non autem obliquè, & per fideicommiſſum, vt notat Bald. in l. finali, verſic. illud eſt certum, C. de hæred. inſtit. Bald. in conſil. 46. colum. 1. volumine 5. Bartolus & omnes Scribentes, in l. Centurio, ff. de vulgari, & in l. recuſare, §. Titius, ff. ad Trebellianum.

SVMMARIA.

1 *Hæredis appellatio ſemper intelligitur de directo.*

2 *Fideicommiſſarius eſt hæres improprie.*

CLAVSVLA 35.

*Hæredem eſſe voluit.*

HÆc clauſula importat hęredem † directò, & non per fideicommiſ- 1
ſum, gloſſ. in l. precibus, C. de impuber. ſubſtit. Bartol. in l. Centur. numero 43. ff. de vulgar. & pupill. Socin. in conſ. 77. numero 1. volum. 1. Ruin. in conſil 103. numero 14. volum. 2. Et ita declarat Bartol. in l. recuſare, §. Titius, in fin. ff. ad Trebellian. Dec. in conſilio 1. num. 66. poſt alios, quos citat, &
fideicommiſſarius † non eſt proprie 2
hæres, ſed impropriè, & largo ſumpto vocabulo, Alciat. in conſilio 297. numero 9. Beccius in conſ. 108. numero 40. Mant. de coniect. libro 7. titulo 5. numero 6.

SVMMARIA.

1 *Clauſula hæredes prædictos, quos comprehendat.*

CLAVSVLA 36.

*Hæredes prædictos.*

HÆc clauſula † comprehendit 1
omnes hæredes tam nominatos nomine proprio, quam appellatiuo, vt poſt Ruin. in conſilio 174. numero 13. volumine 2. probat Menoch. in conſilio 173. num. 42.

SVMMARIA.

1 *Agnatio cenſetur conſeruata per clauſulam, Redeat ad cippum domus.*

2 *Cippus domus intelligitur de ſtipite agnationis.*

3 *Feminæ non veniunt in fideicommiſſo relicto cippo domus.*

CLAVSVLA 37.

*Hæres redeat ad cippum domus.*

PEr hanc clauſulam teſtator dicitur voluiſſe conſeruare † agna- 1
tio-

tionem,& familiam, vt probat Corn. in conſ 55.numero 5.& ſeq.vol.1.& in conſ.273.numero 5.vol.4. Gozadin.in conſ. 79.numer.6.Pariſ.in conſ. quinquageſimo tertio, numero 29. volumine 3. quia ita declarant hoc nomen
2 cippum.Item,Cippus † domus,eſt vocabulum ruſticorum,& intelligitur de ſtirpe agnationis, Angel.in l.finali,in princip.& ibi Paul.de Caſtro,numero 7.C.de verbor ſignificat.Socin.ſen.in conſilio 49. numero 1. volumine pri-
3 mo.Item feminæ † non veniunt in fideicommiſſo relicto cippo domus, vt probat Cardin.Mantica de coniectur. lib.8.titulo 12.numero 24.Adde, quia feminæ non poſſunt eleuare faidam domus, & caſatæ, gloſſa, in c.3.qui feud.dare poſſ. Angel. in l.pro hærede, in fine, ff.de acquiren.hæredit.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, In omnibus bonis adiecta inſtitutioni,cenſetur repetita in ſubſtitutione.*

2 *Inſtitutio per quam clauſulam cenſeatur ſeparata à legatis.*

## CLAVSVLA 38.

*In aliis autem bonis.*

ALiquando hæc clauſula concipi conſueuit per hæc verba:In omnibus aliis ſuis bonis. & tunc ſi eſt ad-
1 iecta † inſtitutioni,etiam ad ſubſtitutionem ſimpliciter conceptam referenda eſt,etiam ſi ſubſtitutio ab inſtitutione ſeparatim fieret, Alexand.in conſil.25.numero 8.verſ. ſecundo reſpondetur, vol. 1. Ruinus in conſ.152. numero 8. volum. 3. Aliquando per hæc verba:In aliis † autem ſuis bonis, & tunc videtur ſeparare inſtitutionem à bonis legatis,gloſſ.in l.neceſſe, ff.de in diem addict. Bartol. in l. pater filium,§.quindecim,de legat. tertio. vide Decian. in conſilio 6. numero 6. volum.2.

SVMMARIA.

1 *Diſpoſita in teſtamento, per quam clauſulam non cenſeantur mutata in codicillis.*

2 *Conditiones,& qualitates in teſtamento,quando cenſeantur repetita in codicillis.*

## CLAVSVLA 39.

*In ceteris autem teſtator vult teſtamentum ſuum ſortiri effectum.*

IN codicillis † huiuſmodi clauſula apponi conſueuit, per quam teſtator omnia alia mutaſſe cenſetur, quæ in codicillis expreſſa ſunt: quæ vero mutata non fuere, firma remaneant l. alumnæ,§.qui filias,ff.de adimend. legat. Decius in conſil. 190. numero 8. Pariſ.in conſilio 34. numero 49. vol. ſecundo. Alciat. in reſponſo 565. numero 3.Natta in conſilio 476. numer. 7.ergo ſi teſtator non mutauit condi-
tiones † in codicillis,& qualitates adiectas ſubſtitutis in teſtamento, illæ quidem firmæ remanent:& cenſentur repetitæ in codicillis,ad text.l.Caio,ff. de aliment. & cibar. legat. & probat Natta, in d.conſil. 476. numer. 3. vbi quod ſi legatum eſt factum in teſtamento cum certo onere, poſtea ſi in codicillis ſimpliciter in alium transferatur,cenſetur cum eodem onere träslatum eſſe,quod in teſtamento appoſitum fuerat. 2

SVMMARIA.

1 *Clauſula in ceteris bonis ſuis,poſita in inſtitutionibus, eſt de ſtylo Notario.*

*rum.*

2 *Inducit ſeparationem bonorum.*

3 *Hæres non cenſetur inſtitutus in legatis.*

4 *Et quando fallit.*

5 *Prælegata, an, & quando veniant in ſubſtitutione.*

6 *Hæres ſemper cenſetur inſtitutus in tota vniuerſitate iuris, etiam ſi cum Clauſula, In ceteris ſuis bonis.*

7 *Legata aliis relicta quando contineantur in hæredis inſtitutione.*

8 *Clauſula, In omnibus bonis, non comprehendit feudalia.*

9 *Teſtator de quibus bonis ſuis cenſetur diſpoſuiſſe.*

## CLAVSVLA 40.

*In ceteris reliquis ſuis bonis.*

DE hac clauſula diffusè ſcribit Angel. de Aret. in Tractatu de teſtament. & Gloſſa 76. verſ. in omnibus, cuius dicta reaſſumit, atque ampliat Simon de Pret. de interpretat. vltim. voluntat. Interpretat. 1. Solut. 1 per to-
1 tam, fol 180. Communis ſtylus † Notariorum eſt, vt omnes inſtitutiones ſcribant cum huiuſmodi clauſ. Corn. in conſilio 298. col. 4. verſic. narratio, volum. 4. Marzar. in Epitomat. de fideicommiſſ. quæſt. 3. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, numer. 373. & ſeq. ff. ad Trebell. Effectus clauſulæ eſt,
2 vt inducat † ſeparationem bonorum, & ideo in bonis legatis hæres non cen-
3 ſetur † inſtitutus, Dec. in conſ. 633. numero 4. & ſeq. vbi reprobat Caſtrenſ. in conſ. 177. volum. 1. contrarium tenẽtem, Decian. in conſ. 122. num. 16. volumine 5. & in conſ. 51. volum. 1. Cephal in conſ. 231. num. 7. vol. 1. diffusè per Marcambrun. in conſilio octuageſimoquinto, num. 42. & ſeq. Socin in conſ. 188. col. 1. volum. 1 Fulgoſ. in conſil. 100. Corn. in conſ. 91. in 2. dubio, vol. 1. & in conſ. 53. in fine, vol. 3. Idem, ſi hæres ſit ſimpliciter inſtitutus abſque huiuſmodi clauſula, quoniam numquam cenſetur inſtitutus in re alteri legata, Alex. in conſilio 25. col. fin. verſ. ſed quando teſtator, volum. 1. Pariſ in conſ. 89. n. 21. vol. 2. & conſ. 45. num. 4. & ſequenti, volum. tertio. Socin. in conſ. 300. verſ. tertio principaliter, volum. ſecundo. Cephal. in conſilio 231. numerò ſeptimo. Item, ſiue teſtator inſtituat hæredem ſimpliciter, in omnibus bonis ſuis, abſque dictione (Aliis,) vel (Ceteris,) ſiue cum dictione (Aliis,) vel (ceteris bonis ſuis) numquam cenſetur inſtituere in legatis, neque reuocare legata, quia ſpecies præcedens derogat generi, non è contra, niſi hæres † non haberet inte- 4
gram Falcidiam, ita Berous in conſ. 3. num. 14. & ſeq. verſ. capio ſecundum, vol. 2. Ideo licet prælegata † veniant 5
in ſubſtitutione, l. Marcellus, §. quidam, ff. ad Trebell. l. cum virum, C. de fideicommiſſ. cum aliis ad hoc allegatis per Decian. in conſ. 92. num. 12. vol. 5. tamen ſecus eſt, quando ſubordinatur inſtitutio, & ſubſtitutio poſt legata cum clauſula, In ceteris autem bonis, vel in omnibus aliis bonis, ita declarant Corn. in d. conſilio 91. vol. 1. & Marcambrun. in d. conſ. 85. num. 43. & ſeq. licet ipſe Decian. in d. conſ. 92. numero 14. volumine 5. teneat contrarium.

Declaratur, vt licet per huiuſmodi clauſulam non tollantur ſpecialiter prouiſa, tamen non tollit, quin hæres
† dicatur inſtitutus eſſe in tota vniuerſitate iuris, & bonorum teſtatoris, 6
etiam ſibi, vel aliis prælegatorum, Iaſ. in conſil. 18. col. finali, volum. 1. quoniam

niam per inſtitutionem hæredis, confertur res vniuerſalis, & incorporalis, non autem conferuntur ſingulæ res. Fulgoſ.in lege ſecunda,numero ſexto, Codice commun. de legat. Et ideo clauſula huiuſmodi, quæ ſemper ineſt, non tollit diſpoſitionem iuris, & ideo etiam aliis relicta † continen-
7 tur,vel ſi repudientur, vel vt legatariis præſtentur,l.cum optio, Digeſtis de optione legata, l.poſt reliquorum, l.ceterorum, Digeſtis de verborum ſignificationibus.lege ſecunda Codice de hæred. inſtituend. Bartolus in leg. ſi certorum.in princip.Digeſtis de milit. teſtamento. Cuman. in conſilio tercenteſimodecimoquatto colum. tertia. Alexander in conſilio centeſimo uigeſimo numero octauo vol. ſecundo,ſed ex his quæ aliis relicta ſunt,inſtitutus cum huiuſmodi clauſula, etiam ſi parum, vel nihil eſſet in hæreditate, nihil conſequetur. l. item quod Sabinus, paragrapho aliter, Digeſtis de hæredibus inſtituendis.

8 Item, hæc clauſula † in verbo, ſuis, non comprehendit bona feudalia quæ ſua non ſunt, vt probat Aretin. in Tractatu de teſtamento in dicta gloſſa ſeptuageſima ſexta numero tertio. Sed hoc eſt, quia feudatarius ſuper feudis teſtari non poteſt, vt habetur expreſſe in capite primo de ſucceſſion.feudi, verſ.nulla diſpoſitione defuncti in feudo valente. Item, quia † ſuorum appellatione 9
tantum ea veniunt, quæ ſunt, in dominio teſtatoris, & bona fide poſſidet, l.cum ſuæ, cum duabus legibus ſequentibus. & ibi Bartol. & l. nuper, de legatis tertio, l. bonorum, paragrapho primo, Digeſtis de verborum ſignificatione. & per Marzar. in Epitomat. de fideicommiſſis, dicta quæſtione quarta cum aliis ad hoc allegatis per Simon. de Pret. in dicta ſolutione prima, numero quinquageſimoquinto, folio centeſimo octuageſimo tertio.

## SVMMARIA.

1 *Clauſula, In infinitum, denotat perpetuum tempus.*

2 *Refertur ad proxime immediata,non ad alia.*

3 *Fideicommiſſum in deſcendentibus non extenditur ad tranſuerſales.*

4 *Agnationis conſeruandæ ratio, quando attendatur.*

5 *Clauſula in infinitum,poſita in vulgari, non extenditur ad fideicommiſſariam.*

## CLAVSVLA 41.

*In infinitum.*

HÆc clauſula denotat perpetuum tempus,& perinde eſt,ac ſi dixiſ-
1 ſet,ſemper, l.apud Celſum, §. in hac exceptione, ff.de doli exceptione.& declarat Pariſius in conſilio 74.numero 85.& ſeq.vol.3.Sed quia huiuſmodi clauſula denotat qualitatem temporis, ideo ſemper refertur ad proxi-
2 mè immediata,† & non ad alia,vt notantur in l.filium,in principio,ff.quando dies legat.cedat, Bartol.in l.finali, ff.de reb.dub.Abb.in conſ.78.colum. 2.parte 2. Præſertim, quando diuerſa ratio inter vnum caſum,& alterum aſſignari poteſt, vt notat in l.cohæredi, §.qui partem,ff.de vulgari,l.ſi tibi pure,de legatis primo,l.Aurelius,§.teſtator,ff.de liberat. legat. & notatur per omnes in l. talis ſcriptura de legatis
3 primo.Ideo poteſt † conſiderari ratio diuerſitatis inter deſcendentes & trāſuerſales, quoniam proximiores erant teſtatori, & qua ratione illos prædilexit, eadem cenſetur prædilexiſſe omnes eorum deſcendentes in infinitum, potius quam alios proximiores tranſuerſales,ad l.cum auus,ff.de condit.& demonſtr.& l.cum acutiſſimi,C.de fideicommiſſ. ergo Clauſula in infinitum referenda eſt ad Deſcendentes, non autem ad tranſuerſales. Et quid huiuſmodi clauſula poſita in inſtitutione deſcendentium, non referatur ad tranſuerſales, probat Decian. in conſ.10.nu.50. & pluribus ſeqq. quoniam ſi hoc voluiſſet teſtator,expreſſiſſet.Item, ratio conſeruandæ agnatio-
4 nis † attendenda eſt,quatenus patitur mens,& intentio teſtatoris,non autem contra eius mentem, vt probat Pariſ. in conſ.24 num.78.vol.2.Item,voluntas expreſſa præfertur tacitæ, & coniecturatæ,l.quidam cum filium,vbi Baldus ff.de hæred.inſtit.Item expreſſum facit ceſſare tacitum l. cum & filio ff. de vulgar.& pupillari.

Item,ſi huiuſmodi clauſula,In infinitum,poſita eſt † poſt vulgarem non 5
extenditur, neque facit fideicommiſſariam. Nam ſi teſtator dixerit, quod morienti Alexandro ſuccedant primi, & illis non extantib. ſuccedant remotiores in infinitum,huiuſmodi clauſula reſtringitur ad ſubſtitutionem vulgarem,non autem quod vbi vnus ſucceſſerit,illi poſtea decedenti ſuccedat alius in infinitum:ita declarat Cuman. in l.cum ita,§ in fideicommiſſo, de legatis ſecundo,ita vt ſemper idem Thema retineatur, non autem nouum introducatur,Rain.in conſ.102.num.12. vol 2. Nam omnes perſonæ in infinitum vocatæ fuerunt ad ſucceſſionem vnius, non autem vocatæ fuerunt inter ſe, Iaſ. in conſ.128.numer. 11 verſ. quinto,& vltimo, vol.2.Et ſi exſpirauit ſubſtitutio vulgaris, non eſt vlterius tractandum de altero fideicommiſſo.

### SVMMARIA.

1 *Exequutio inducitur per clauſ.In omnibus,& per omnia.*

2 *Clauſula,In omnibus,& per omnia quid communicet ſubſtitutioni.*

3 *Reſtringitur ad præſentia,non veniunt futura.*

4 *Abbas æquiparatus Epiſcopo, non habet ea quæ ſunt Ordinis.*

5 *Donationes cauſa mortis,æquiparatæ legatis,quomodo differant.*

## CLAVSVLA 42.

*In omnibus,& per omnia.*

EXequutio † per huiuſmodi clau- 1
ſulam inducta eſt, quæ operatur,

vt vna

vt vna & eadem ſit vtriuſque natura, l. quidquid, §. ex compromiſſo. ff. de his qui notant. infamia, l. prima de legatis primo, & ibi Ripa oſtendit clauſulam eſſe vniuerſalem, non ſolum quoad modum, ſed etiam quo ad tẽpus, & num. 4. dicit quando vnum alteri exequatur, communicantur omnia vitia, & omnis virtus eius cui fit adæquatio, Bald. in l. omnis, C. de Epiſcop. & Cleric. Abb. in cap. finali, ne
2 Clerici vel Monachi, & ideo poſita † in ſubſtitutione cõmunicat omnes formas, conditiones, & qualitates inſtitutionis in ea. Menoch. in conſ. 1082. numero 21. & plur. ſeqq. Mandellus in conſ. 770. num. 24.

3 Hæc clauſula reſtringitur † ad præſentia, non autem veniunt futura, vt firmarunt in d. l. 1. de legatis primo, Socin. iun. num. 12. & plur. ſeqq. Bolognet. nu. 57. & ad hoc eſt text. l. 2. §. furioſus, §. penul. ff. de iure codicill. vbi furioſus in omnibus, & per omnia, habetur loco abſentis, & tamen text. l. 2. § finali ff. ſolut. matrim. filia furioſa eſt præſens, & habetur pro conſentiente. Ideo Butrius in conſ. 19. conſuluit in caſu, quo Papa in omnibus, & per omnia æquiparauit Abbatem † Epiſ-
4 copo, eidemque conceſſit omnia priuilegia Epiſcopi, vt reſtringatur clauſula ſolum ad ea priuilegia, quorum Abbas eſt capax, & ita ſolum ad iuriſdictionem, nõ autem ad ordinem, quã ob rem non poſſet benedicere populo Item, Ang. in conſ. 6. conſuluit in eo, cui data erat facultas exequendi in omnibus, & per omnia, ſicut officialis Florentiæ, & tamen illa verba reſtringuntur. Quam quæſtionem ego diſputaui in repetitione d. legis primæ in 1. quæſt. art. 4. item donationes † cau-
5 ſa mortis in omnibus, & per omnia, ſunt æquiparatæ legatis, quia quodcũque in legato fit in donationibus cauſa mortis obſeruari diſpoſitum eſt, §. primo, inſtitut. de donat. l. illud ff. de donat. cauſa mortis l. 1. ff. ſi quid in fraudem patroni: & tamen in multis differunt, l. tam is l. Marcellus, §. Paulus, & ibi Gloſſa, ff. de donat. cauſa mort. & vide quæ ſcripſi in d. l. 1. queſt. 1. per quatuor articulos, de leg. 1. vbi tractaui diffuſè de exequutione legatorum, & fideicommiſſorum.

SVMMARIA.

1 *Stirpes omnium ſunt vocatæ per clauſulam, in ſtirpes.*
2 *Teſtator cenſetur ſe conformem reddere cum iure, in clauſula, in ſtirpes.*
3 *Clauſula, in ſtirpes, non excludit præſentationem gradus.*
4 *Nepotes vocantur cum patruo in clauſula in ſtirpes.*
5 *Clauſula, In ſtirpes, cur inuenta fuerit.*
9 *Conuenit ſubſtitutioni actiue, & non paſſiue.*
7 *Clauſula, in ſtirpes, & clauſula, Salua gradus prærogatiua, an poſſint ſimul ſtare, & num. 9. & 16.*
8 *Coniectura ex verbis eſt potentior.*
10 *Filij fratrum ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes, ſecundum veriorem opinionem.*
11 *Accurſius, an ſequatur Azonem circa ſucceſſionem in ſtirpes, vel capita.*
12 *Filij fratrum ſunt in vno gradu æquali patruo defuncto.*
13 *Succeſſio per repræſentationem, eſt de iure nouo, & correctorio.*
14 *Repræſentatio in quibus caſibus tutum locum habeat.*
15 *Succeſſio per repræſentationem, ceſſat in filijs fratrum.*
17 *§. Cum filius, inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. declaratur.*
18 *Clauſula, Salua gradus prærogatiua, nõ ſignificat ſubſtantiam ſucceſſionis, ſed modum ſuccedendi.*
19 *Clauſula, in ſtirpes, quando importet, quod ſubſtitutio dicatur facta de*

*vna in aliam lineam.*

20 *Non faciat nouam ſubſtitutionem, quia importat modum ſuccedendi.*

21 *Aliquando importat nouum fideicommiſſum, ſed non reciprocum.*

22 *Poſita in vna ſubſtitutione, quando cẽſeatur repetita.*

23 *Clauſula quando referatur ad aliam diſpoſitionem propter identitatem rationis.*

## CLAVSVLA 43.

*In ſtirpes, & non in capita.*

CVm teſtator vocat deſcendentes à pluribus cum huiuſmodi clauſula, in ſtirpes, & non in capita, tunc
1 omnium ſtirpes † vocatæ ſunt, & concurrunt, & qui ex vna ſtirpe proximior eſt grauato defuncto, alias ſtirpes non excludit. Ita firmarunt Soc. in conſ. 69. col. 5. & conſ. 104. num. 4. vol. 5. Soc. iun. in conſ. 116. num. 1. & in conſ. 20. vol. 3. Pariſ. in conſ. 36. nu. 5. & conſ. 38. num. 9. & conſ. 91. num. 23 & conſ. 92. col. pen. & fin. vol. 2. Burſ. in conſ. 67. num. 22. vol. 1. Cephal. in conſ. 489. numero 53. & ſeq & conſ. 495. Decian. in conſil. 29. num 27. vol. 1. Menoch. in conſ. 124. nu. 86. & ſeq. & in preſumpt. 95. num. 35. lib. 4. Sed quia iſta clauſula legis, vt in auth. ceſſante, C. de legit. hęred. & §. cum filius, inſtit. de hæredit. quę ab inteſtat. defer. ideo teſtator videtur ſe reſtringere, & conformem reddere cum lege loquente de dicta clauſula, l. ſi duo. & ibi Baldus, Caſtr. de acquirend. hæreditat. argumento l. non codicillum, & ibi not. per Doct. C. de teſtam. Gloſſa, in l. ſed niſi, C. de iure dot. Corn in conſ. 37. col. 2. verſ. ac etiam ex eo, vol. 1. Aretin. in cõſ. 145. circa finem. Caſtrenſ. in conſ. 198. col. 2. verſ. ſed his non obſtantibus, vol. 2.
3 Quare iſta † clauſula non excludit gradus repręſentationũ inter patruũ, & nepotem, quia nepos, quo ad effectum ſuccedendi alteri patruo, eſt eiuſdem gradus cum patruo, vt probant Caſtrenſ. in conſ. 454. in fine, vol. 8. Port. Imolenſ. in conſ. 56. n. 64. & ſeq.

Et quod per huiuſmodi clauſulam teſtator non excludat concurſum nepotis cum patruo, firmarunt Pariſ. in d. conſ. 36. num. 5. & 13. & in conſ. 3. n. 10. & in fine, & in conſ. 40. num. 32. & ſeq. & in conſ. 88. num. 25. & conſ. 91. num. 24. & conſ. 92. num. 58. & num. 68. & ſeq. vol. 2. Rui. in conſ. 145. colum. 2. & conſ. 171. nu. 8. vol. 2. Caſtr. in conſ. 422 in fine, volum. 2. Signorol. in conſ. 173. col. penult. in princ. Corn. in conſ. 101. n. 7. vol. 4. Iaſ. in conſ. 159. vol. 4. Decian. in conſ. 1. num. 394. volum. 1. vbi quod teſtator per huiuſmodi clauſulam videtur admiſiſſe repræſentationem, & non excluſiſſe prærogatiuã gradus, & in conſ. 99. num. 31. & ſeqq. volum. 2. Burſat. qui plurimos ad hoc allegat, & communem dicit, in conſ. 71. num. 4. vol. 1. Ruin. in conſ. 29. numero 2. & ſeq. & num. 10. verſ. & ex his, vol. ſecundo, & conſ. 28. numero 5. eod. volumine ſecundo, vbi ait nepotes eſſe † vocatos ſub huiuſmodi 4
clauſula, & conſtructione verborum cum filiabus, & ita cum illis re & verbis coniunctos eſſe, ita vt admittantur ad portionem, ad quam eorum mater defuncta admiſſa fuiſſet, etiam quod eſſet mortua viuente teſtatore. Item Burſat. in conſ. 170. num 4. vol. 2. vbi quod per huiuſmodi clauſulam magis vocauit ſtirpes æqualiter, & promiſcue, quam ſucceſſionis gradum, atque proximitatem, l. plane, §. ſi coniunctim, de leg. 1. & not. in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. Menoch. in conſ. 124. num. 37. & conſ. 225. num. 139. & conſ. 585. num. 33. & conſ. 822. num. 5. & lib. 4. præſumpt. 95. num. 22. Soc. in d. cõſ. 69. col. 3 ℣. ideo autẽ dixit, vol. 3. vbi quod huiuſmodi clauſula † inuẽta eſt ad

ad tollendam difficultatem, contra Bal.& gloſſa in l.cum ita, §.in fideicōmiſſo,de legat 2.non autem quod ſint ſubſtituti eorum parentibus,atque interpretatur iſtam clauſulam, in ſtirpes
9 & in capita,† conuenire ſubſtitutioni actiue,& non paſſiue,& reſpicere perſonas deſcendentium, non autem filiorum, quia in ipſos non cadit: & ſic non ſolum filij deſcendentes ex filiis admittuntur ad tollendam difficultatem, quod admittantur in ſtirpes, & non in capita, iuxta d.auth. ceſſante, C.de legit. hæredib. & ſic teſtatorem ſe reddere conformem cum diſpoſitione iuris.

Sed magna eſt difficultas, quando teſtator,poſt clauſulam, in ſtirpes, & non in capita, addiderit alteram clau-
7 ſulam,Salua † gradus prærogatiua: nā iſtæ clauſulæ ſunt inter ſe contrariæ,& vna alteram deſtruit, vt tenet Fulgoſ. in auth.defuncto, in 3.not. C.ad Tertullian.& ibi Corn.num.2 & num.7. Pariſ.in conſ.38.num.55.& in conſ.91. num.24 vol.2.nec.eſt veriſimile quod teſtator voluerit ſe incontinenti corrigere,l non ad ea, ff. de cond.& demon. idem in iſtis clauſulis non eſt facienda vis,vt in ſimili tradit Bar.in l.1. in 6.q.in fine ff.de iure codicil. & Alb. in l. 1. col. pen. ff de off. procur. Cæſaris,Par. in conſ.19 num.20 & conſ. 25.num.16 vol 3 Bal.in l.quoties, col. 1.verſic modo reuocantur, C.de hæred.inſtit.Andreas Siculus, inter conſilia Alexandri, conſ. 52. num. 28. & ſeq.vol.4.

Item, hæc clauſula, in ſtirpes,non procedit ſi ſuperaddita fuerit clauſula,ordine ſucceſſiuo,aut clauſula,ſalua gradus prærogatiua, quia per iſtas ſuperadditas,numquam nepos ſuccedet ſimul cum patruo,ſed ordo iuris tantum,& proximitatis gradus, & ſuccedendi obſeruandus eſt, Socin. iun.in conſ.135.n.7 vol.1.& conſ.149 num.8. vol.2.Curt.iun.in conſ.22 n.16.& cōſ. 128.n.3.& conſ.161.n.7.Capra, in conſ. 123 in fine,quos citat Marzar. in conſ. 3.in fine primi quæſiti,Tobias Nonius in conſ.34.n 5.Pariſ.in conſ. 40.nu 31. vol. 2. nam per huiuſmodi clauſulas ſuperadditas, præſumitur teſtatorem noluiſſe vt aliquis intraret locum alterius in ſuccedendo,ſed proximior tantum in gradu, & qui magis ab eodem teſtatore dilectus admitteretur, quia quos primo loco dilexit, eoſdem in eodem loco in ſubſtitutione reciproca prædilexiſſe creditur,arg.l. Titia,§. Seia,& l.Imperator, de legatis primo, Bartol Bald.Imola,Angel,& Caſtrenſ. in l.cum ita,§.in fideicommiſſo,de legatis ſecundo,l.finali, ff.ad Trebell.& donec aliquis ex primo gradu ſubſtitutionis exiſtat, ceteri excludantur, Celſus Hugo,in conſ. 49. n. 24.item, quia ceſſat præſumpta mens, quando verba repugnant, quoniam præualet coniectura,† quæ ex verbis colligitur, 8
illi,quæ veriſimiliter à lege interpretatur,ad not.per Bartol.in princip. n.38. ff. de vulgar.iuncta l finali,C.de inſtit. & ſubſtitut.

Aliqui putarunt,clauſulam hanc,in ſtirpes, & non in capita, poſſe ſimul ſtare cum clauſula,† ſalua gradus præ- 9
rogatiua, atque poſſe ſibi vendicare locum in eodem gradu;vt ſi plures nepotes exiſtant, & nullus patruus concurrat cum eis in ſucceſſione alterius patrui præmortui,tunc nepotes ſuccedent in ſtirpes,& non in capita: quam ſententiam firmarunt Curt. iun. in conſilio 22.numero 16.& in conſ. 128. num.3.& in conſ.171.nu.7. & Marzar. in Epitomat.& fideicomm. quæſt. 34. & in conſ.3.

Sed iſta opinio eſt falſa: quia ſi tractatur de ordine ſuccedendi ab inteſtato,fratrum filij ſuccedunt † patruo 10
in capita,& non in ſtirpes, vt firmauit Azo in ſumma,C.de legitim.hæred.n.

7.℣. illud dubitari, quem ſequutus eſt 11 Accur. in §.hoc etiam, verbo ſuperſtites, inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ. & in l. poſt conſanguineos, §. hæreditas, in verſiculo partes, ff. de ſuis, & legit. Et licet allegetur Accur. pro contraria parte, in Auth. ceſſante, C. de legitim. tamen ibi nihil firmat, nam refert opinionem Azonis, & deinde aliam ſubnectit, imperſonaliter loquẽdo, per verbum, (videtur,) & ideo nihil dicitur firmare, ſimiliter in l. lege duodecim tabularum, de hæredibus nihil firmat, nam licet exponendo verba illius legis, in capita, dicat, hodie in ſtirpes addit, prout dixi in §. hoc etiam, inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ. ſed vbi conſtãter firmauit opinionem Azonis, relatio habet vim ſpecialis expreſſionis, l. aſſe toto, ff. de hæred. inſt. l. ait Prætor, §. ſi iudex ff. de re iudic. & diſpoſitio quæ ſe refert, debet intelligi ſecundum naturam diſpoſitionis relatæ, l. ſi prior maritus, ff. ſol. matrim. l. 5. §. ſi quis abunde, ff. vt legat. nomin. caueatur, præſertim ad tollendam cõtradictionem. Et licet in §. reliquum, in verbo, fratres, Auth. de hered. ab inteſtato, aperte teneat ſuccedere in ſtirpes, tamen cum ipſe expreſſe ſequutus fuerit opinionem Azonis in tribus locis, credendum eſt magis eundem fuiſſe illius opinionis, quam in tribus locis, quam eius quam in vno ſuo loco firmauit: Aut igitur Accur. eſt repellendus, tanquam Doct. ſibi contrarius: aut eſt allegandus pro opinione Azon. & ideo Bartol. & ſequaces Accurſiani, contra Azonem in hoc amplectendi non ſunt, quoniam ex radice infecta fructus non procedunt, & vitiato protocollo vitiatur inſtrumentum, ad tradita per Scribentes in cap. fraternitatis de hæretic. & c. licet ex quadam, de teſtibus.

Opinionem Azonis ſequuti fuere Iac. Buttigar. in Authen. Poſt fratres, in ſecunda, C. de legit. hæredib. Bald. qui dicit, re melius perpenſa, mutaſſe ſententiam, in dict. Authen. Ceſſante, numero 1. Et ideo Zaſ. in conſilio 4. dicit, Quid dicitis modo Accurſiani, ſi Baldus, qui erat ex veſtris, mutauit ſententiam, & Bald. in cap. 1. numero 3. de natura ſucceſſ. feudi, dicit hanc opinionem omnes antiquiores Doctores firmaſſe, qui ante Accurſium extitere, & omiſſis allegationibus Doctorum, ſecundum opinionem Azonis fuit iudicatum in Camera Imperiali. Mynſing Obſeruatione 94. par. 3. Item Pariſiis, vt in libro 21. titulo 1. Arreſto 12. Item, ita iudicauit Curia Centumuiralis Pariſienſis, vt atteſtantur Addentes ad Alexand. in conſilio 55. numero 4 volum. 4. Item iure Saxonum fuit etiam obſeruata, vt probat Vueſembec. in conſilio 13. Item in Italia ſemper ita fuit iudicatum, Teſſaur. deciſ. 162. Capic. deciſ. 208.

Habet opinio Azonis rationes præcipuas: nam filij fratrum ſunt † in gradu æquali ipſi patruo defuncto, ergo æqualiter vocandi ſunt, & viriliter ſuccedere debent, Auth. poſt fratres, in ℣. vt pares in gradu æqualiter admittantur. Item in Auth. de hæred. ab inteſt. venient. § ſi vero neque, in ℣ ſi enim plurimi eiuſdem gradus inueniantur, ſecundum eorum numerum perſonarum diuidatur hæreditas, id eſt, diuidatur in capita, §. ceterum, & §. ſeq. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. item, nulla lege Digeſtorum, vel Codicis cautum reperitur, quod ſucceſſio fiat per modum repræſentationis: imo contrarium, quoniam gradus prioritas attendebatur, & patruus excludebat nepotes ex fratre præmortuo, l. 3. C. de legit. hæredibus, §. plures, inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. ideo ſucceſſio fiebat per capita, § poſt conſanguineos, § hæreditas, ff. de ſuis, & legit. l. 1. §. finali, ff. ſi pars hæredit. pet. l. lege, ad 12

finem,

finem,& l.finali, C.de legit. hæredib. §.hoc etiam inſtit.de legit.agnat. ſucceſſ.Poſtea Iuſtinianus † in §. ſi igitur
13 hæc,in Auth. de hæredib.ab inteſtat. venient.vetera iura correxit,& beneficio ſpeciali indulſit fratrum filijs ſuccedendi in locum parentum defunctorum, & ideo filij fratrum partem faciunt cum altero patruo, quamuis ſint gradu remotiores, itaque ius antiquum in hoc ſolo capite correctum eſt,quando filij fratrum petunt ſucceſſionem cum altero patruo, ſed in alio capite,quando ipſi fratrum petunt ſucceſſionem,& cum eis non concurrit patruus, ipſum ius antiquum non reperitur correctum, ergo illud in hoc caſu amplectendum eſt, ita vt in capita ſuccedant, & quod repræſentatio
14 non habeat † locum,niſi quando agitur de ſucceſſione aui, aut patrui carnalis tantum ſimul cum altero patruo, fuit deciſum,Petrus de Benintendis in deciſione Bononienſi, 51.& deciſione 88. Petrus Garſias à Toleto,in dec.78. Itē, quia beneficium repręſentationis de neceſſitate pręſupponit prioritatem gradus,aliter fruſtratoria eſſet repræſentatio,ſi iure proprio,vti pares in gradu ſuccedere poſſent, ſed cum fi-
15 lij † fratrum ſoli ſuccedunt,ceſſat prioritas gradus,quoniam ipſi ſunt in eodem gradu, ergo debet ceſſare ſucceſſio ex repręſentatione,quę pręſupponit diſparitatem gradus, & ceſſante priuilegio repręſentationis, ceſſat etiā ſucceſſio in ſtirpes,quę regulatur in iſto capite per repręſentationem.Hanc quæſtionem diffuſius tracto in tractatu de ſucceſſione collateralium, poſt hunc imprimendo.

Et à nobis hæc ſententia comprobata eſt,ad oſtendendum opinionem Curtij iunioris,& Marzarij ſubſiſtere nō poſſe, vt intelligāt hanc clauſulam, in ſtirpes, & non in capita verificari poſſe in vno,& eodem gradu,quia ab inteſtato locum habere non poteſt, vt dictum eſt.

Neque locum habere poſſunt iſtæ
† clauſulæ ex teſtamento, quoniam,vt 16
probatum eſt,teſtator in dubio cenſetur intellexiſſe ordinem ſuccedendi iuris ciuilis ab inteſtato,ideo regulariter ſimul ſtare nequeunt, niſi in caſu,
§.tum filius, † inſtit. de hæredit. quæ 17
ab inteſtat. defer. vbi frater, vel auus deceſſit prædefunctis omnibus eius filijs,ſed ex vno ſuperſunt tres nepotes,ex altero quatuor, iſti quidem nepotes ſunt in pari gradu,& tamen diuidunt hæreditatem per ſtirpes, & nō per capita,quoniam ſimul præſentant perſonas parentum, & apparet vera ſtirps,& origo, quæ remanet in linea recta,deſcendens ab auo in filios,tum in nepotes,numero diſpares, origine vero,& gradu æquales, itaque ſecundum verum ſenſum,d.§.cum filius, apparet ſtirpem, & gradum ſimul in caſu illius §.conſiderari poſſe.

Aut dicamus, quod Clauſula illa ſuperaddita,ſalua gradus prærogatiua,
† non ſignificet ſubſtantiam ſucceſ- 18
ſionis, ſed modum ſecundum quem ſuccedere debeant illi,qui vocati ſunt, & ita non ſignificet,quæ perſonæ ſint admittendæ ad ſucceſsionem,ſed quæ portio illis aſsignanda ſit, qui prius vocati fuere,& ita declarat Alciat.in conſil.639.in fine,& Petra, in Tract.de fideicommiſſ.q.11 nu.131 quos ſequitur Surd.in caſu valde notabili, in cōſ.362. num.12.verſ.minus reſiſtit,& num.20. vbi probat, quod ita ſaluabitur & diſpoſitio à contrarietate.

Item ſi hæc clauſula,In ſtirpes, † & 19
non in capita, non poteſt referri ad deſcendentes ex eodem patre importat,quod ſubſtitutio dicatur facta de vna ad aliam lineam,Pariſ. in conſ.87. num.25.vol.2 Menoch in conſilio 325. num 31. & ſeq quos ſequitur Surd. in conſil 434 num.8.

Item hæc clauſula ſemper intelligi-
20 tur poſita † in actiua ſubſtitutione, nõ
autem in paſſiua, ergo debet intelligi,
quandocumque euenerit caſus ſubſti-
tutionis antea ordinatæ, non autem
quod efficiat nouam ſubſtitutionem,
quia continet modum ſuccedendi, v-
bi datur caſus ſuccedendi, & quando
de vno diſputamus cetera præſuppo-
nenda ſunt, tanquam habilia. § in ex-
traneis, Inſtit. de hæred. qualit. & diſ-
ferent. Clauſula præſupponit caſum
ſucceſſionis euenisse: ergo non verifi
catur, niſi eueniente ſuppoſito, gloſ. in
l. mancipia, in verſ. auocandum, C de
ſeru. fugitiu. Roman. Singulari 495.
Surd. in conſilio 150. numero 78.

Sed quando huiuſmodi clauſula eſ-
21 ſet † otioſa, tunc importat fideicom-
miſſo vt probat Curt. ſen. in conſilio
45 colum. 5. verſ. vltimo & fortius, ſed
non importat reciprocum fideicom-
miſſum, vt probat Dec. in conſil. 384.
numero 4. Berous in conſilio 65. nu-
mero 1. verſ. 2. concludo, volumine 2.

22 Si clauſula in ſtirpes, † & non in ca-
pita, eſt poſita in prima ſubſtitutione,
& non in ſecunda, & inter huiuſmodi
ſubſtitutiones ratio differentiæ aſſi-
gnari non poſſit, cenſetur repetita in
ſubſequenti ſubſtitutione, quia vna
pars teſtamenti aliam declarat, l. qui
filiabus, vbi Bartolus de legat. primo,
l. finali, § cui dulcia, de vino, tritico, &
oleo legato, ſicut è contra ſi eſt poſita
in ſecundo gradu ſubſtitutionis, non
eſt reſtringenda, ſed refertur etiam ad
primum gradum ſubſtitutionis, ſi non
adeſt ratio diuerſitatis cur potius ad v-
num, quam ad alium gradum refera-
tur, ita conſuluit Capra, in conſilio 23.
num. 3. ad tradita per Bar. l. ſi tibi pure,
per illum text. de legat. tertio, & in l. ſi
ſic, & in l. repetendis, & per Alexandr.
in conſil. 66. numero 4. volu. 2. Corn.
in conſil. 105. num. 8. & conſilio 324. n.
7. vol. 3. Socin. in conſil. 21. numero 12.
vol. 3. Berous, in conſil. 141. nu. 18. vol. 5.
Ruſtica, in Tractatu de filiis in condi-
tione poſitis, lib. 6. c. 5. num. 15. & ſeq.
Cacher. in deciſione 81. num. 11. & 15.

Et quod clauſula, † etiam in fine poſi- 23
ta, amplietur ad præcedentem ſubſti-
tutionem, ſi non adſit ratio diuerſita-
tis, Mantica, de coniecturis, libro 5. tit.
1. nu. 23. Et ideo ſi in vna ſubſtitutione
teſtator loquitur de filiis maſculis, &
in alia ſimpliciter de filiis cenſetur e-
tiam intellexiſſe de maſculis. Cuman.
in conſil. 117. Abbas, in conſil. 36. col. fi.
par. 1. Dec. in conſ. 425. numero 6. præ-
ſertim in materia fauorabili, vt decla-
rat idem Dec. in conſilio 567. num. 6. &
ſeq. & interpretando clauſulam, in ſtir-
pes, vt cenſeatur etiam in alia ſubſtitu-
tione repetita, eſt magis fauorabile,
quia ſucceſſio fit ſecundum ius com-
mune, vt nepotes ſimul cum patruo
admittantur, quod eſt fauorabile, vt
declarat Bald. in l. ſi duo, ff. de acq. hæ-
redit. item, quod filius intret locũ pa-
tris, procedit ex æquitate, vt in d. § cũ
filius inſti de hæred. quæ ab inteſt. de-
fer. ſed æquitas eſt optimus modus in-
terpretandi voluntatem defuncti.

## SVMMARIA.

1. *Clauſula (in tutti, e qual ſi voglia beni) nihil excludit.*
2. *Dictiones vniuerſales geminatæ quid comprehendant.*
3. *Diſpoſitio hominis non poteſt reſtringi ad terminos habiles.*

## CLAVSVLA 44.

*In tutti e qual ſi voglia mei beni.*

ITa à teſtatore dictari ſolet, à Nota-
riis autem deſcribi: in omnibus qui-
buſcumque bonis, &c. dictiones qui-
dem vniuerſales ſunt, ex quibus clau-
ſula compoſita eſt, ideo † nihil exclu- 1
dit, l. prima, & ibi omnes Doct. de le-
gatis primo, Neuizan. in conſilio 71.
numero 6. Dec. in conſilio 597. nume-
ro 1.

ro 1. vbi quod ſi aliquid non includeretur, non eſſet verum dicere, quod omnia veniunt, Pariſ. in conſ.35.num.5. volumine 1. & conſ 51.numero 21.vol. 2. Berous, in q.29. Rubeus in conſilio 135.numero 3. Crauetta in conſil 294. num.1.& ſeq. & in conſilio 308. nu 6. Natta in conſ.160.n.24. & in conſilio 340.nu.12. Ceph. in conſil.92.num.15. & conſil.150. nu.8.& conſ.156.nu.22. Roland. in conſilio 54.num.44.vol.3. Cacheran.in deciſione 94.numero 10. vbi multa congeruntur de virtute dictionis vniuerſalis, & multo magis
2 procedunt, quādo geminatę† expreſſæ ſunt, l.baliſta, ff.ad Trebell.ita conſiderat Ruin.in conſilio 150.volum.2. Crot.in conſ.14.num.15. item, dictiones vniuerſales geminatę comprehendunt caſus, qui alias non includerentur, & nihil penitus excludunt, Anchar.in c.ſtatutum, de reſcript.libro 6. Alexand.in conſilio 103.col.finali, vol. 6.& dicit Salic.in l.2.col.3.C.de noxalib.quod ſtatutum puniens occidētem quomodolibet, punit etiam illum, qui ad ſui defenſionem occiderit: Alexan. etiam ſequitur in l.& ſi ſeuerior, ff.de his qui not.infam. Iaſ.in conſilio 124. col.finali, volum.4. & in l.2 §.prætor ait numero 3.ff.qui ſatiſdare cogantur, Ruin.conſil 77.col.3. vol.2. Gozad in conſil.14. numero 22 Roland.in conſil 2.nu.20.volum.4 Et quod veniāt caſus, qui alias non comprehenderentur, ita vt etiam comprehendantur impropria, diffuſè probat Tiraquell. de retractu lignag.§.1.gl.7.num.20.Ruin. in conſilio 150.numero 13.volum.2. item, ſi hęc ſunt vera in diſpoſitione legis, multo fortius concludenda ſunt in
3 diſpoſitione hominis, † quæ non poteſt reſtringi ad terminos habiles, ad Baldum in l.finali, nu.1.C.ſine ceruſſa vel reliq. Alex. in l. ſi patroni, in princip.numero 15. ff.ad Trebellian.Iaſ.in d.§.Prætor ait, num.4 Crot.in conſilio 136. num.50 Ruin.in conſil.105.num. 1.& conſilio 111.numero 1.vol.1. & in l.1.§.mediatio, num.126. vbi Crot.nu. 53 ff.de noui oper.nunciat.Ripa, in l.1. numero 17. ff.de interdict.Cephal. in conſil.199.num.24.& in conſilio 257. numero 37 Cacheran. deciſione 169. numero 5.

SVMMARIA.

1 *Clauſula* In tutto, e per tutto, *importat prohibitionem Falcidiæ.*

2 *Falcidia quando cenſeatur prohibita, & de intellectu Auth. Sed cum teſtator.*

3 *Trebellianica cenſetur prohibita per clauſulam, abſque diminutione.*

4 *Et in quibus alijs caſibus cenſeatur prohibita.*

## CLAVSVLA 45.

### *In tutto, è per tutto.*

HÆc verba important, Abſque † 1
aliquali diminutione per clauſulam cenſeri prohibitam eſſe Falcidiam, probat Menoch. in conſil. 374.numero 47.& ſeq.

Declaratur, vt per huiuſmodi clauſulam, tunc Falcidia prohibita cenſeatur, † quando teſtator fecit, non i- 2
gnarus ſui patrimonij, Auth.Sed cum teſtator, C.ad leg. Falcid. Nam cum præſumptio ſit pro ignorantia, §.præualuiſſe, inſtit.quibus ex cauſ.manum. non licet, & ideo prohibitio cenſeatur facta per errorem, & errantis, nullus eſt conſenſus. l.non idcirco, C.de iur. & facti ignorat. cum ſimilibus ibi in gloſſa. Ad remouendum hoc dubium Imperator dicit, quod ſi teſtator non ignarus quot ſint vires ſui patrimonij Falcidiam prohibeat, prohibitio tenet: & hanc eſſe verā ſententiā dicit Caſtr. in d.auth. Sed cū teſtator, nu 3. & Alber. numero 2. in fine dicit, quod ipſe obſeruari fecit, vt teſtator volens

prohibere Falcidiam, explicet, quod ipſe non eſt ignarus vitium ſui patrimonij. Neque valet opinio gloſſę ibi, in verbo, non ignarus, quod ſemper prę ſumitur, quia obſtat d. §. preualuiſſe, cui gloſſa non reſpondet, nec valet reſponſio Saliceti ibi, nu. 2. & Angeli num. 3 ad d. §. præualuiſſe quod ibi eſt ad euitandam fraudis pręſumptionem, quia licet text. loquatur de fraude, tamen illius ratio eſt generalior, & tunc ſtandum eſt rationi, quia dictum ſiue lex ampliatur per ſui rationem, l. regula, ff. ſi quis, vbi Bartol. ff. de iur. & facti ignorant. Imo Angel. ibidem dat multa exempla, in quibus quis vires ſui patrimonij ignorare præſumatur, ſed poſſet d. auth. intelligi in verſiculo, non ignarus, id eſt, vt ſciat quod hæres ſit quartam habiturus, quia ratio, quare Digeſtorũ nõ poterat prohiberi ſcilicet, ne contingeret decedere eum inteſtatum, ad Bartol. in l. ne no poteſt, in 4. oppoſit. de legatis primo, militat etiam hodie. Item quia in d. auth. ponitur verbum (hæres) quod ſignificat eum hæreditatem adiuiſſe, alias ipſa legata nõ deberentur, & in §. ſi vero expreſſim, in auth. de hæred. & Falcidia, licet non operatur verbum (hæres,) tamen dicta auth. ſed cum teſtator, eſt auth. & debet intelligi prout iacet, item, quia l. ſicut allegas, & l. ſi quis quadringentorum, C. ad leg. Falcid. ſunt poſitæ poſt dictam auth. ſed cum teſtator, & ibi habetur, quod de iure Codicis detrahitur Falcidia: niſi dicamus quod in §. ſi quis non implens, auth. de hæred. & Falcidia, expreſſius dicitur, ſi hæres non adeat hęreditatem & communis intelligentia ita interpretatur d. auth. ſed cum teſtator.

3 Idem in Trebellianica: † nam ſi teſtator dixerit, vt hæreditas reſtituatur abſque aliquali diminutione, prohibita cenſetur, ſecundum receptam ſententiam, nempe Baldi, Angeli, Caſtren. Cornei, & Pariſij, quos refert Gabriel. in communibus concluſionibus, titul. ad Trebellian. concl. 7. & dicit Crauett. in conſ. 174. poſt numerum primum, quod ſtante huiuſmodi clauſula, nullus diſcrepat ab hac opinione, videlicet, quod Trebellianica cenſeatur prohibita. Petra. in tractatu de fideicommiſ. quæſt. 15. nu. 179. verſiculo duodecimum exemplum, Menoch. lib. 4. pręſumptione 198. num. 16. item, cenſetur prohibita vbi pater decedens dixerit, quod plus petere non poſſit, ad Bald. in conſ. 170. n. 4. & 5. vol. 5 vbi erat dictum, quod ab inteſtato non plus habere poſſet, Dec. in conſ. 242. in fine, verſ. propter dicta verba. Gabriel. in d. tit. ad Trebell. concl. 8. vbi hoc eſt verum ſi verba ſint geminata. Tobias Nonius, in conſ. 10. n. 10. verſ. quo vero ad fratres, Imola, in l. 1 §. ſi ex fundo, ff. de hæred. inſtit. Barbat. in conſ. 2. n. 13. vol. 1. Corn. in conſ. 210. n. 20 vol. 1. item cenſetur prohibita propter limitatam prouiſionem, vſque ad certam ſummam, Bertrand. in conſ. 128 n. 5. lib. 1. alias eſt lib. 5. item, quando teſtator dixit filiab. ſuis, quod habeant tantam dotem, & reliquum hęreditatis vadat ad alios, tunc cenſetur prohibuiſſe Trebellianicam Alex. de Neuo in conſ. 76. in 2. dubio, vbi quod hæc verba æquipollent prohibitioni expreſſè. Clar. in §. teſtamẽtum, quęſt. 62. verſ. dicitur autem teſtator. Crau. in conſ. 556. n. 7. & 8. vbi quod per huiuſmodi clauſulam cẽſetur etiam prohibitum ius accreſcendi. Cetera vide in Digeſtis Nouiſſimis, tomo 5. tit. Trebellianica.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ita demum, admittit ſecum contrarium, & de eius natura.*
2 *Et ſuſpenſiua, & reſtrictiua.*

3 Clau-

3 *Clauſula, ita tamen, reſtringit, & modificat, & conditionem facit.*

## CLAVSVLA 46.

*Ita demum.*

1 HÆc clauſula † admittit ſecum contrarium, l.ſi non fuerit, verſiculo, quod ita demum, ff pro ſolut. & ibi ſubauditur, maxime. Et poteſt dici clauſula ordinandi, vel coniunctim illatiua; & huius clauſulæ duæ ſunt partes, ita & demum, ſi teſtator dixerit: ita demum ſortiatur ef-
2 fectum, hęc clauſula ſuſpenſiua † eſt, & reſtrictiua, ſicut clauſula, ita tamen, l. ita tamen ff. ad Trebel. Ruin. in conſilio 41. numero 8. volum. 2. Crauett. in conſilio 301. colum. 2. in fine, & propterea conditionalis eſt, vt probat Menoch. in conſilio 767. col. 1. & quod
3 clauſula, ita tamen, † modificet, & reſtringat, Bart. in l. 1. C. de his qui ſpon. mun. lib. 10. Ruin. in conſilio 28. numero 5. volum. 1. & in conſilio 93. numero 4. volum. 4. Hippolyt. Rimin. conſilio 18. numero 131 & conſilio 640. numero 16. item, quod reſtringat & modificet in vim conditionis, Pariſ. in conſ. 17. numero 19. volumine 1. item habet vim taxatiuam, Guglielm. & Angel. in l. nulla, ff. de legibus. Alexand in l. legata inutiliter, de legatis primo, Ruin. in conſil. 74. num. 18. volumine 2. Rota deciſione 225. & deciſione 226. & deciſione 526. numero 3. parte 1. in Nouiſſimis.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum per quam clauſulam fit onus reale.*

2 *Grauamen quando dicatur in rem ſcriptum.*

## CLAVSVLA 47.

*Ita quod hæreditas, & bona non tranſeant ad extraneos.*

TEſtator per huiuſmodi clauſulam cēſetur impoſuiſſe onus reale † in 1
ſua hæreditate, ita, vt hæreditas, & bona cenſeantur grauata, & dicitur grauamen in rem ſcriptum, afficiens hæreditatem † in quaſcumque manus 2
tranſeat, ita vt quicumque poſſidet hæreditatem & bona, cenſeatur grauatus onere fideicommiſſi. ita declarant Bald. & Salic. in l. precibus, C. de impub. ſubſtit. Curt. in conſilio 51. colum. 11. verſicul. accedat ad præmiſſa, & colum. 10. & ſeq. verſiculo & potiſſime quia Socin. in conſil. 62. numero 12. & conſilio 12. num. 13. vol. 3. & conſil. 250. in fine, volum. 1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Iure inſtitutionis, importat inſtitutionem.*

## CLAVSVLA 48.

CVm teſtatores aliquid filiis † ſuis pro legitima relinquunt, ſoliti 1
ſunt huiuſmodi clauſulam iure inſtitutionis apponere, Crauetta in conſil. 75. numero 4. Ioan. Andr. in addition. ad Specul. in titulo, de fide inſtrumentorum, § inſtrumentorum, numero 13. Anton. de Butr. in c. ex litteris, colum. 2. verſicul. ex litteris, colum. 2. verſiculo ex prædictis, de fide inſtrument. Iacob. de Arena, in l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. vbi Baldus & Angel. Fulgoſ. in conſil. 90. colum. 2. Socin. iun. in conſilio 124 numero 49. volum. 1. Franc. in cap. ſi pater, in 11. q. de teſtamen. lib. 6. Et hæc clauſula idem operatur, verbum (inſtituo) Bart. in l. filium, §. ſed ſi portio, ff. de legatis præſtandis, gloſſa, Bartol. & ceteri, in l. his verbis, in princ. ff. de hæred. inſtitut. gloſſa, in d. cap. ſi pater, de teſtamen. lib. 6.

SVMMARIA.

1 *Ius accreſcendi per quam clauſulam cenſeatur prohibitum.*

2 *Clauſula, iuſsit eſſe contentum, an, & quando excludat à ſubſtitutione.*

3 *An excludat matrem à legitima filij.*

CLAVSVLA 49.

*Iuſsit eſſe contentam.*

1 IVs accreſcendi † prohibitum dicitur eſſe per huiuſmodi clauſulam, quod plus petere non poſſit, Bartol. in repetitione, l. pater filium, ff. de inoff. teſtam. Ruin. in conſil. 118. num. 20. vol. 3.

2 Sed non excludit † à ſubſtitutione, l. Paulo Callimacho, §. Pomponius, de legatis tertio, & probat Mandell. de Alba, in conſil. 7. numero 24. volumine 1. Sed Bart. in l. 2. in princ. col. pen. verſ. quæro, ex quibus præſumatur, ff. de vulgar. cum prius dixerit quod ex tacita pupillari excluditur mater ex coniecturata mente defuncti, l. in teſtamento, C. de teſtament. milit. poſtea quærit, quę coniecturæ ad hoc ſufficiant, & reſpondet, quando teſtator matri pupilli aliquid reliquit, & iuſſit eam eſſe contentam, vt plus de bonis ſuis petere non poſſit. Quo caſu Bart. poſt Guglielm. diſtinguit, aut talis Clauſula fuit adiecta legato relicto ab ipſo pupillo, & tunc matri non præiudicatur in ſucceſſione, quæ venit poſt mortem pupilli, & procedit d. l. Paulo Callimacho, §. 1. de legat. 3. Aut fuit adiecta in legato relicto à ſubſtituto pupilli, & tunc pręſumitur, quod voluerit ſubſtitutum matri præferri, l. peto, in princip. de legat. 2. Hanc doctrinam ſequitur Iaſ. in conſil. 132. colum. penult. in fine, volumine 1. vbi refert Bald. Angel. Salic. & alius, ita tenere, in l. precibus, C. de impuber. ſubſtit. Item, Dec. in conſilio 332. in fine, Ruin. in conſil. 118. num. 21. volum. 3. Roland. in conſilio 69. in fin. volum. 1. Menoch. qui ceteros refert, in conſ. 551. numero 41.

Et licet mater poſſit ſuccedere ſaltem in legitima filij impuberis, & ita plus de bonis conſequi, quàm ei à teſtatore fuiſſet relictum, † non obſtante dicta clauſula: tamen hoc contingit ex defectu poteſtatis ipſius teſtatoris, non autem ex defectu voluntatis, quoniam teſtator voluit etiam legitimam in fideicommiſſo contineri, ſed non potuit l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgar. & pupillar. l. cũ patronus, de legatis ſecundo. Sed quo ad reliquum voluit, & potuit, ideo eius volũtas adimplenda eſt, l. cum virum, C. de fideicomm. l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonſtr. 3

SVMMARIA.

1 *Clauſula*, Li piu proſſimi, *comprehendit tam maſculos, quam feminas.*

2 *Proximiores vocati, intelliguntur teſtatori non extranei.*

3 *Proximiores in fideicommiſsis an intelligantur de proximioribus teſtatoris, vel grauati.*

4 *Proximior grauato nunquam intelligitur, qui contrauenit voluntati teſtatoris.*

5 *Proximior teſtatoris nunquam intelligitur, quando fecit fideicommiſſum in infinitum.*

6 *Peregrini ſcripta in Articulo 20. quomodo reſoluantur à Matthæaccio in cap. 15.*

CLAVSVLA 50.

*Li piu proſsimi.*

HÆc clauſula tã † maſculos quàm 1
fœminas comprehendit: Nã licet

ſit

ſit prolata in genere maſculino *Li piu proßimi*, tamen quia materia ſucceſſionis eſt indifferens, & comprehendit tam maſculos, quam feminas, qui pariter de iure ſuccedunt, l. maximum vitium, C. de liber. præterit. ideo maſculinum concipit femininum, ad tradita per Brun. in Tractatu de Statuto excluſiuo feminarum, artic. 5. principali, quæſt. 13. numero 80. vꝟ. pro reſolutione, Dec. in l. 2. numero 90. & 94. ff. de regul. iur. Iaſon in l. ſi quis id quod, num. 6 in 4. ampliatione, ff. de iuriſdictione omn. iud. Cephal. in conſilio 53. num. 81. & ſeq. qui atteſtatur de cõmuni, Pariſ. in conſ. 47. numero 66 & numero 112. volumin 3. Socin. iunior conſil. 3. numero 18. & ſeq. & conſilio 10. numero 17. & ſeq. vol. 1. Gabriel. in conſilio 14. numero 23. & ſeq. vol. 1. qui dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem.

2 Item, hæc clauſula intelligitur de proximis teſtatori, † l. ſi cognatis, & ibi Bartol. prope finem, ff. de rebus dubiis, & ibi Socin. Item, l. cum teſtamento, & ibi Bartol. ff. de auro, & argento legato. Idem Bart. in l. ex facto in princ. ff. ad Trebellian. & in l. filiuſfamil §. cum pater, de legatis primo, & in l. peto, §. fratre de legatis ſecundo. Alexand. in conſilio 213. volum. 6. Soc. in conſil 149. volum 2. ver. poſtremo, Ripa, in § Diui, num. 31. Cephalus, in conſilio 318. numero 14.

3 Sed ſi eſt poſita in fideicommiſſariis ſucceſſionibus, habentibus tractum † in futurum, vtrum intelligatur de proximioribus teſtatoris, vel de proximioribus grauati, eſt quęſtio valde controuerſa, quam diſputarunt ad partes Mantic. de coniect. libro 8. tit. 10. num. 30. Sim. de pret. de interpret. vltim. volum. libro 3. dub. 3. fol. 3. num. 3. fol.... Peregr. de fideicom. art 20. Fachin. qui Piſis fuit meus concurrens, in ſuis controuerſiis, lib. 4. controuerſ. 85.

In qua quęſtione deciſiue procedendo, dico veritatem eſſe, quod attendenda ſit proximitas grauati, Vaſquius de ſucceſſion. progreſſ. lib. 3. §. 27. num. 6. atteſtatur hanc eſſe magis Communem, Alex. Trentacinquius in tractatu de Subſtit. parte 4. cap. 12. probat hanc opinionem eſſe veriorem, Burſat. in conſilio 170. numero 23 & ſeq. volum. 2. atteſtatur hanc opinionem hodie eſſe magis Communem. Dec. in conſil. 26. num. 74. vol. 2. qui atteſtatur de magis communi. Hieronymus de Ceuallos in practicis quæſtion. Communium contra Communes, atteſtatur, & probat hanc eſſe magis Communem, & magis veram. Rota Romana in deciſione 72. numero 2. part. 1 in Nouiſſimis, in puncto huius quęſtionis, atteſtatur hanc eſſe magis Communem opinionem, & quod Doctoribus iunioribus atteſtantibus de communi credendum eſt.

Et ſecundum hanc ſententiam reperio iudicatum fuiſſe in omnibus tribunalibus, Rota d. deciſione 72. Rota Auenionenſis, vt per Hieron. de Laurentiis deciſ. 37. Antonius Gama, deciſione Luſitaniæ, 206. in 3. dubio principali, Franciſc. Marzar. in Epitomat. de fideicommiſſ. probat ita fuiſſe iudicatum in Rota Florentina, atque defendit Socin. iun. in conſilio 126 volumine 2. qui acerrime probat hanc ſententiam. Hieron. Magon. in deciſione Lucenſi 83. per totam diſputat quæſtionem, & oſtendit ita fuiſſe iudicatum in illa Rota, vide in Digeſtis Nouiſſimis Tomo 5. titulo, Fideicommiſſum, vbi plures deciſiones cumulantur ad hoc. Primo, declaratur huiuſmodi † ſententia, vt 4
non procedat, quando poſt fideicommiſſum factum, & alienationis prohibitionem teſtator in caſu contrauentionis vocauerit proximiorem, nam eo caſu intelligitur de proximio-

re ſuo, non autem de proximiore grauati, ita diffiniuit Rota Rom. in deciſione 22. par. 3. lib 3. in Nouiſſimis, & ratio eſt: Nam ſicuti odio habuit facientem contra eius prohibitionem, ita & eius filios, & propterea non ſuccedunt proximiores grauati alienantis, ſed proximiores prohibentis, vt ibi per Rotam.

5 Secundo declaratur, vt non ſuccedat, † quando teſtator vocauerit proximiores ſuos, cum hoc pro nomine (ſuos) ita firmauerm. Ripa, in l. ex facto, §. 1. numero 6. & ſeq. ad Trebell. Ruinus in conſilio 96. numero 16. volum. 2. Menoch. in conſ. 106. numero 181. & 221. & in conſilio 324. numero 27. in 8. argum. Surd. in conſil. 241. numero 47. volum. 2. Dec. in conſilio 26. numero 75. vol. 2. Quam ſententiam etiam comprobat Peregrin. in d. artic. 20. numer. 9. verſic. ſecundus caſus eſt,

6 ſed non bene articulum † applicauit. Quoniam huiuſmodi declaratio non procedit quando teſtator voluit ſucceſſionem fieri de hærede in hæredem ſalua gradus prærogatiua, & ordine ſuccedendi in infinitum, nam tunc non attenditur proximitas teſtatoris, ſed grauati, & ita diffiniuit Rota Romana in d. deciſione 72. parte 1. in nou. Et quia in illa cauſa concurrebat factum in hac declaratione expreſſum, ideo non potuit tuta conſcientia, & bene iudicari ad fauorem partis, quam Peregrinus defendebat, prout optime, & eleganter probat Mattheaccius in Epitomatibus de fideicommiſſis, c. 15. per totum, qui reſpondet omnibus ſcriptis per Peregrinum in d. Articulo 20.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, non aliter, eſt præciſa conditionis.*

2 *Non patitur diſpoſitionem recipere alium intellectum.*

3 *Inducit formam.*

4 *Diſpoſita aliquando cenſentur reuocata non obſeruata forma.*

## CLAVSVLA 51.

*Non aliter, Nec alio modo.*

ILla clauſula, non aliter, † nec alio modo præciſæ conditionis Bald. in Auth. ingreſſi, col. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ. Iaſ. in conſil. 86. in fin. volum. 1. & conſ. 162. numero 2. volumine 2. Boer. deciſione 143. numero 143. numero 11. Et ideo non patitur † diſpoſitionem recipere alium intellectum, aut modificationem aliquam ſeparatam à verbis, Alexan. in conſilio 3. num. 5. verſic. confirmo per iſta verba, vol. 1. Curt. in conſilio 8. colum. 2. Guid Pap. deciſ. 163. Tiraq. de retract. gl. 5 §. 8. numero 3. Socin. in conſil 251. colum. 4. verſic. confirmatur, volum. 2. item, ſignificat formam † gloſſa, in l. ſi quidem, & ibi Doctor. C. de except. Pariſ. in conſilio 19. numero 12. volum. 2. Et ita ſi diſpoſitio non obſeruetur, habent hanc interpretationem, vt diſpoſita † amplius non debeantur, & cenſeantur reuocata, Io. de Anan. in conſ. 77. multa ſimilia ad hoc allegat Simon de Pret. lib. 2. ſolut. 4. numero 11. & plur. ſeqq. fol. 157. 1 2 3 4

SVMMARIA.

1 *Statuta excludentia à ſucceſſione, intelliguntur tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.*

## CLAVSVLA 52.

*Non ſuccedat.*

STatuta † ſuper Succeſſionibus plerumque huiuſmodi clauſulam apponere ſolent, & tunc dicitur habe- 1

re

re effectum ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, vt probat Menoch. poſt Rolandum quem allegat, in conſilio 206. numero 30.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Omnia bona ſua ſtent apud talem, importat cuſtodiam.*
2 *Et quid ſi dictum ſit penes talem.*

CLAVSVLA 53.

*Omnia bona ſua ſtent apud Lucretiam.*

1 HÆc clauſula † non facit vxorem vſufructuariam, ſed ſignificat cuſtodiam, ita quod bona ipſa cuſtodiantur ab vxore, ita probat Paul. de Caſtro in conſ. 416. colum. 1. ℣. ad ſecundum. volum. 2. Secus eſt ſi
2 dixerit † quod bona ſua non poſſint peruenire ad filiam, ſed ſtent penes filium maſculũ, quia tunc adminiſtratio bonorum debet eſſe penes ipſum maſculum l. Titia, § cuius, de legatis ſecundo. & probat Simon de Pret. de interpret. vltimar. volunt. lib. 4 dubitatione quarta, numero 90. fol. 455.

SVMMARIA.

1 *Hæredes extranei continentur ſub clauſula, Omnes hæredes.*

CLAVSVLA 54.

*Omnes hæredes.*

1 ETiam extranei † continentur ſub hac clauſula, Alexander in conſil. 195. numero 4. volum. 6. poſt Bald. in c. In præſentia, colum. 7. de probat. quos ſequitur Menoch. in conſil. 282. numero 13. licet hæredum appellatione in materia feudali veniant ſolum hæredes ſanguinis, vt diximus ſupra inter clauſulas feudales.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Omnibus deſcendentibus, habet relationem ad ſtipitem.*
2 *Relatio facienda eſt ad proxima.*

CLAVSVLA 55.

*Omnibus deſcendentibus.*

SEmper hæc clauſula † habet relationem ad aliquem ſtipitem, à quo 1
deſcendunt, ad l. iuriſconſultus, §. parentes, & §. ſeq. ff. de gradibus affinit. & Inſtit. eodem titulo in princ. & §. 1. & relatio † ſemper debet fieri ad pro- 2
xima, non autem ad remota, gloſſa in l. 1. ff. de legatis præſtand. Alexand. in conſil. 78. colum. 2. volum. 2. Et notatur in l. ſi idem cum eodem, §. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Omni meliori modo, in teſtamentis quid operetur.*
2 *Poſita in vna parte diſpoſitionis, cenſetur repetita in omnibus.*
3 *Clauſula, Si non valet, vt ago, &c. æquipollet clauſulæ, Omni meliori modo.*
4 *Diſpoſitio cum clauſula, Omni meliori modo, an extendatur ad omnes caſus.*
5 *Clauſula, Omni meliori modo, an operetur quo ad non expreſſa.*
6 *Non extenditur ad contraria.*
7 *Non operatur quo ad incogitata.*
8 *Quando eſt poſita cum coniunctiua, tunc operatur vltra expreſſa.*
9 *An & quando operetur inſtitutionem.*
10 *An ſubintelligatur in diſpoſitione inter liberos.*
11 *Poſiti in conditione, cenſentur vocari per clauſulam, Omni meliori modo.*
12 *Subſtitutio pupillaris eſt interpretan-*

*da per Clauſulam, Omni meliori modo.*

13 *Tranſmiſſio cenſetur inducta, & Trebellianica prohibita per clauſulam, Omni meliori modo.*

14 *Prælegatum nullum ſuſtinetur per clauſ. Omni meliori modo.*

15 *Legatarius cũ clauſ. Omni meliori modo, an poßit capere poſſeßionem.*

16 *Vxor relicta Donna, & Patrona, cum clauſula, Omni meliori modo cẽſetur facta proprietaria, & non vſufructuaria.*

17 *Subſtitutio ampliatur ad omnem modum per clauſulam, Omni meliori modo.*

18 *Clauſ. Omni meliori modo, vbi poni debeat, vt habeat validitatem.*

## CLAVSVLA 56.

*Omni meliori modo.*

1 DIſponens cum huiuſmodi clauſula oſtendit claram † mentem ſuam voluiſſe facere diſpoſitionem, vt ſaltem in genere cogitauerit de validitate actus, Rota in deciſ. 166. num. 11. parte 1. in Nouiſſimis. Et quando
2 eſt poſita in principio diſpoſitionis, † influit in omnes partes, & in omne capitulum ipſius diſpoſitionis, Fulgoſ. in conſil. 43. colum. 2. & in conſil 90. col. 5. Crauetta, & alij, quos refert, & ſequitur Cephal. in conſil. 23 numero 34. Et
3 idem operatur, quod clauſula, † Si non valet, vt ago, valeat vt valere poteſt, Iac. Put. inter conſilia Calcanei in conſil. 62. col. 4. Crauetta in conſ. 784. nu. 35. vol. 5.

4 Diſpoſitio vigore dictæ clauſulæ † non reſtringitur ad expreſſa, ſed extenditur ad omnes caſus, in quibus actus melius ſuſtinetur, Bald. l. cum virum, col. 7. ff. ſi cert. pet. Ruin. in conſilio nono, nu. 9. volumine 5. Riminald. iun. in conſilio 23. num. 147. volumine 1. Dec. in conſil 41. num. 27. volumine ſecundo, & facit actum valere eo meliori modo, quo poteſt, Bald. in l. quoties, C. de hæred. inſtit. Dec. in conſil. 14. numero tertio, & ſeq. & hæc eſt opinio Communis, vt atteſtatur Paul. de Montepico, in conſ. 730. num. 24. Et ideo ſi actus non poteſt valere eo modo quo fuit geſtus, valebit eo modo, quo de iure fieri potuit, Menoch. in conſil. 314. numero quarto, plura ſuper extenſione huiuſmodi clauſulæ cumulat Hondedeus, in conſ. 40. nu. 39. in conſ. 44. n. 23. & ſeq. in conſil. 45. num. 56. & in conſil 58. numero nono, & ſeq. volum. 2. Idem probat Burſat. in conſil 202. n. 23. vol. 2.

Contrarium, quod huiuſmodi clauſula nihil operetur quo ad non expreſſam, † & ideo ſi validitas, & modus, 5
per quem actus valere poteſt, non eſt expreſſus cum aliis modis ineptis, nihil operatur. Calderin. in conſ. 1 num. 2. de accuſationib. verſic nono, alias eſt conſil. 479. ſequitur Felin. in cap. cum ſuper, in fine, nu. 12. verſic. aliquando, de offic delegati. Aretin. in conſ. 17. n. 5. verſic. vnde ſicut illa clauſula, multos congerit Vantius, in tit. De nullitate ſententiæ ex defectu iuriſdictionis, num. 274. Caſſador. deciſ. 7. de appellat. Capic deciſ. 96. num. 8. vbi, quod ſi modus inepte expreſſus eſt, à quo non poteſt deſcendere aptus, nihil operatur. Ideo ſi quis poteſt actum facere ex ſeipſo, & fecit illum vigore mandati inualidi, cum clauſula, Omni meliori modo, actus non ſuſtinetur: quia clauſula refertur ad mandatum expreſſum, Baldus in conſil. 108. vol. 4. nam expreſſum vnius modi excludit alios, Felin. in d. cap. cum ſuper, col. finali, verſic. ſextus effectus, de offic. deleg. Roman. in conſ. 446. vbi adducit multa ſimilia. Item ſi quis petit ſe declarari hæredem ex ſecundo teſtamento inualido, cum clauſula, omni me-

ni meliori modo, hæc clauſula non ampliat petitionem ad primum teſtamentum validum, Ancharan. in conſ. 357. Item, ſi quis petat † ſe declarari hæredem ex teſtamento, quod præſupponit valere cum clauſula, Omni meliori modo, non cenſetur petiiſſe vigore fideicommiſſi, atque condemnari hæredes ab inteſtato, qui ſunt actiones contrariæ, ex regula l. finali, C. de codicil. & probat Ioan. Franciſ. de ponte in conſ. 42. num. 25. & plur. ſeq. vbi quod huiuſmodi clauſula ſemper reſtringitur ad expreſſa, & expreſſio vnius modi excludit alios, vt dictum eſt, preſertim ſi alii primo expreſſo contrarij fuerint. Et hæc clauſula non operatur quo ad contraria: ideo ſi quis comparuit in iudicio, vt procurator Titij, cum clauſula, Omni meliori modo, licet potuiſſet comparere etiam nomine proprio, tamen iudicium ſuſtineri non poteſt, quia ſunt contraria, vt quis nomine proprio, & procuratorio nomine agat, Bal. in l. 2. col. 3. C. de probationibus, & in l. edita, col. 2. C. de edendo. Item quia contraria non preſumuntur cogitata, quia ius repugnat, ſed hæc clauſula † non operatur, vt faciat actum valere quo ad incogitata, Fel. in d. c. cum ſuper, num. 13. verſ. ſecundo quando, de offic. delegati, Roman. in conſ. 294. hæc confeſſio in fine, vbi Addentes alios allegant, atque ampliant idem eſſe in iuramento, quod æquiparatur clauſulæ, omni meliori modo.

6

7

Sed Rota diſtinguit: Nam ſi clauſula, † Et omni meliori modo, fuerit adiecta, cum dicta coniunctione, tunc operatur vltra narrata, & includit alios modos vltra expreſſos, ex quibus poſſit actus ſuſtineri, & ita pluries deciſum fuit, Achill de Graſſ. in deciſ. 1 de clauſulis. Verall. deciſ. 124. par. 1. Put. deciſ. 230. num. 2. p. 2. Rota deciſ. 329. num. 3 parte prima in Nouiſſimis: ſed abſque dicta dictione (Et) coniunctiua, dicta clauſula reſtringitur quo ad expreſſa tantum, Rota deciſ. 738. num 8. parte 1. in Nouiſſ. ſi vero verba eſſent clara pro nullitate actus, tunc huiuſmodi clauſula non poteſt ſuſtinere actum notorie inualidum, Rota in d. deciſ 166. numer. 8 parte 1. in Nouiſſimis.

8

De hac clauſula ſcripſi ſupra in parte 1. Clauſula 84 & ibi etiam tetigi aliqua in materia vltimarum voluntatum, Et ibi quod facit valere teſtamentum, vt nuncupatiuum; Adde Manticam de coniecturis, in lib. 1. titulo 7. num. 6. vbi quod non præſumitur teſtatorem elegiſſe vnum tantum modum teſtandi, & elegiſſe viam, per quam iudicium ſuum impugnetur, l. 3. ff. de milit. teſtã. & quia actus debet intelligi, vt potius valeat, quam pereat, l. quoties, ff. de rebus dubiis. Item, in dicta Clauſula 84. probaui, quod operatur inſtitutionem: † Adde, quod cum 9 quid relinquitur filio, non expreſſo titulo, iſta clauſula iuſtificat teſtamentum. *Bald. in l. quoties*, num. 3 C. de hæred. inſtit. Cuman. in l his verbis col. 1 eod. tit. Alex. in l. nam quod. §. non nominis, num. 3 ff ad Trebell. Iaſ. in Auth. Nouiſſima, n. 27. C. de inoffic. teſtam. Alex. in conſ. 1. 2. vol. 3 Dec. in conſ. 14. num. 4 Et in d. c. 84. num. 5. verſ. Dic verum: declaraui hanc doctrinam non procedere, quando huiuſmodi clauſula eſſet appoſita in fine clauſulæ codicillaris, quia debet addi in ipſo relicto.

In diſpoſitione, † quæ fit inter liberos, ſemper ſubintelligitur huiuſmodi clauſula, Gloſſa in l. coheredi, §. cum filię, in ver. valuit, ff. de vulgari & pupill. & ibi Imola circa finem, dicit eſſe mẽti tenẽdũ & Iaſ. circa finẽ, dicit in hoc neminem contradicere. Alex. in conſ. 76. col. 2 vol. 5 Iaſ. in d. Auth. Nouiſſimis col. 4 verſiculo quarto, & 10

vltimo, C. de inoffic. teſtament.

Sed hæc doctrina procedit quo ad effectum, vt clauſula, Omni meliori modo, habeat effectum clauſulæ Codicillaris, non autem vt operetur titulum inſtitutionis, vt probat Guald. in Tractatu De arte teſtandi, tit. 3. Cautela 1. Nam titulus inſtitutionis expreſſe requiritur pro validitate teſtamenti, §. aliud quoque capitulum, Auth. Vt cum, de appellat. cognoſcitur: aliter ſubiacebit vitio nullitatis, vt ibi, & probat Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 40. Guido Papæ deciſ. 425. Ideo Doctores ampliarunt, ad expreſſionem per æquipollentem clauſulam, & erit effectus, quod hæc ſucceſſio, quo ad alios erit ab inteſtato, quia text. Auth. Quod ſine C. de teſtament. imperfect. eſt caſus particulariſſimus quo ad alios, vt ſcripſi in deciſ. Piſana, Voto 8. num. 51. operæpretium eſt igitur vt aliquod appareat, declarans enixam teſtatoris voluntatem, prout eſt clauſula, Omni meliori modo, adiecta ipſimet relicto, & non ex interuallo, appoſita, vt dixi. Idem ſi dixerit, quod hoc ſuum teſtamentum pleniſſimum firmitatis robur obtinere voluit, quæ clauſula æquipollet clauſulæ, omni meliori modo, Alexand. in conſ. 50. col. fin. verſ. poſtremo, vol. 7. Socin. in conſ. 2. col. 3. vol. 3. Decius in conſil. 14. col. 3. in fine.

11 Hæc clauſula operatur, vt filij † poſiti in conditione dicantur diſpoſitiue vocati, Pariſ. in conſ. 21. num. 53. vol. 3. Ciman. in conſ. 25 col. 2. Curt. iun. in conſ. 73. num 22. & in conſ. 114. num. 9. & in conſ. 63. nu. 20. verſ. poſtremo, vol. 3. Rim. iun. in conſ. 583. num. 14. vol. 5. Simon de Pret. in tract. de interpret. vltimar. volunt. lib. 3 ſolut. 3. nu. 6. fol. 300 Ioſephus Ruſticus in tractatu an & quando, lib. 5. c. 6. num. 3 in 39. coniectura. Et hanc opinionem tenet Rota, vt per Put. deciſ. 215. in fine par. 3. & licet Menoch. in præſumpt. 76. num 82. & ſeq. lib. teneat contrarium, tamen Hondedeus in conſ. 54. num. 47. & plur. ſeqq. vol. 2. reſpondet omnib. rationibus Menochij, & probat hanc opinionem eſſe veriorem.

Item operatur, vt teſtator intelligatur † feciſſe pupillarem ſubſtitu- 12
tionem, Ioan. de amic. in conſ. 15. numero 10. Cephalus in conſ. 423. num. 103. & ſeq. qui loquitur, etiam in ſubſtitutione exemplari. Peregrin. de fideicomm. art. 34. num. 38. ſed hoc intelligitur, quando hæc clauſula eſt adiecta in contextu ſubſtitutionis, de qua quæritur an ſit pupillaris, verſ. fideicommiſſaria, vt ſcripſi, in d. cap. 84. par. 1. vbi multas deciſiones allegaui, quod ſecus eſt, ſi eſſet poſita in fine omnium ſubſtitutionum, Mantica, in tractatu de côiectur. lib. 8. tit. 7. num. 33. & ſeq. vbi etiam quod ſi huiuſmodi clauſula eſt adiecta ſubſtitutioni fideicommiſſariæ non poteſt operari effectum pupillaris ſubſtitutionis.

Item operatur non tranſmiſsionem, † ſed etiam dicitur prohibere Trebel. 13
ſecundam magis communem opinionem, de qua per Gabriel. in commu- nib. concluſ. titul. ad Trebellian. concl. 4. cum aliis ad hoc per Menoch. in conſ. 1112. num. 23 vol. 12.

Item in prælegato † nullo operatur 14
validitatem, Pariſius in conſ. 79. num. 31. vol. 2. poſt alios multos, quos allegat, vbi etiam addit quod prælegatum propter dictam clauſulam valebit in vim donationis cauſa mortis, ſequitur Menoch. in conſ. 85. vol. 1.

Item in legato † importat impli- 15
citam permiſsionem de ingrediendo poſſeſsionem, propria authoritate, Cur. iun. in l. finali, numer. 49. C. de edicto diui Adr. tollendo, quem ſecuti ſunt Rim. iun. inſtit. de donationib. in princ. num. 585. Eugen. in. conſ. 55. nu. 28. & alij, quos refert Peregrinus de fideicommiſſ. art. 47. numero 54. & quam-

quamuis Peregrin. ibi dicat contrariũ ſentire Riminaldum iuniorem in conſil. 91. num. 28 tamen aduerſatur, quod Riminald. in d. conſ. 91. num. 9. & numero 28. tenet quod per illam clauſulam cenſeatur data facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate, ſed ſolum negat quod vigore dictæ facultatis capi poſſit poſſeſſio in præiudicium hæredis.

Sed contraria opinio eſt verior videlicet, quod per huiuſmodi clauſulã non cenſeatur data facultas capiendi poſſeſsionem propria authoritate, & contra Curtium tenet Pariſ. in conſ. 54 num. 34 vol. 1. vbi probat huiuſmodi clauſulam non poſſe habere hunc ſenſum, vt fideicommiſſarius ſua propria authoritate ingrediatur poſſeſsionem, & diffuſius probat Menoch. in conſ. 696 nu. 24 & plur. ſeqq. volum. 7. poſt alios, quos allegat.

16 Item, ſi teſtator reliquerit † vxorẽ ſuam Donnam, Dominam & Patronam cum huiuſmodi clauſula, Omni meliori modo, operatur vt in dubio ipſa vxor cenſeatur relicta proprietaria, ita reſpondet Alciat in conſ. 562. num. 3. ver. fortius dico, poſt Bald. in l. quoties C. de hæred. inſtit. Alexand. in conſ. 115. vol. 3. Corn. in conſ. 65. vol. 2. quos ſequitur Menoch. in conſ. 10. num. 12. vol. 1.

17 Item, ampliat ſubſtitutionem † ad omnem modum, per quem ſubſtitutio fieri potuiſſet, quando eſt appoſita cum coniunctione (Et,) vt dixi ſuperius: ſed non poteſt operari, vt de vna ſubſtitutione fiat tranſitus ad alteram, vel quod facta vni perſonę amplietur, & fiat tranſitus ad alteram perſonam ad tradita per Butticellam in conſ. 154. num. 21 & ſeq. volum. 1. inter conſilia vlt. volunt. & licet huiuſmodi clauſula operetur omnem modum poſsibilem, & per ſubauditum intellectum, ad Inn. & Doct. in capite 2. de ordine cognation. Imolam in l. ſi cum nulla, ff. de re iudicata, & probat Ferdinand Thieneus in conſ. 125. num. 6. inter conſilia vlt. volunt vol 2. tamen hoc intelligendum reſpectu expreſſorum, non autem extendendum ad diuerſum modum, & ad alteram perſonam.

Dicit Simon. de Pret. in tract. de interpret. vlt. vol. lib. 2. fol. 4. num. 16. fol. 127. nihil referre vtrum huiuſmodi clauſula poſita † fuerit in principio, 18
vel medio, vel fine teſtamenti ad tradita per Folg in conſ. 90. col. 2. verſ. 3. comprobatur, Corn. in conſ. 62. col. 2. verſ. vna quod, vol. 2. & in conſ. 18 col. 9. verſ. intrepide ergo, volum. 3. Dec. conſ. 4 verſ. præterea, Pariſ. in conſ 21. num. 53. vol. 3. cum aliis per eum allegatis.

Sed melius eſt, vt dicamus, plurimũ referre, quia in relicto facto filiis, non importat *inſtitutionem*, *niſi in ipſomet* relicto fuerit addita, ſecus ſi in fine fuerit poſita, vt probaui, hanc eſſe veriorem ſententiam ſupra in p. 1. c. 84. num. 5. verſ. Dic verum, vbi poſt multos allegatos oſtendi ita fuiſſe deciſum in Rota Romana & in ſubſtitutione pupillari, dixi ſuperius num. 9. poſt Manticam in d. tit. 7 num. 34.

Quæ autem clauſulæ æquiparentur iſti, vide Simõ. de Pret. in loco proxime citato, Manticam lib. 1. tit. 9. col. fin. ſcripſi aliqua ſuperius in clauſula codicillari.

SVMMARIA.

*1 Ordo ſucceſsiuus inter quos conueniat.*

*2 Filius inſtitutus ſecundum ordinem ſucceſsiuum, an, & quando cenſeatur rogatus reſtituere per fideicõmiſſum.*

*3 Ordo ſucceſsiuus importatur per clauſulam Poſt eos.*

CLAVSVLA 57.

*Ordine ſucceſsiuo.*

1 SVccedant ordine ſucceſſiuo,† hæc clauſula conuenit inter patrem, & filios, & alios ordine deſcendentes, Menoch.in conſ. 822. num.3. vol. 9. Sed per eam non cenſentur vocati omnes ſimul,ſed teſtator cenſetur voluiſſe conformem reddere,cum diſpoſitione legali,& iuxta ordinem ſucceſſionis ab inteſtato,prout diffuſe probat Marzar.in Epitomat. de fideicommiſſis quæſt.16.per totam, vbi agit de huiuſmodi clauſula, Ordine ſucceſſiuo.

Quando inſtitutio eſt facta de patre,aut filiis,tunc cenſetur eſſe inductus ordo ſucceſſiuus inter eos,vt primo loco pater inſtitutus, & poſtea eius filii ſubſtituti vocentur. Cuman. in conſ 106. col.1. Caſtrenſ. in conſ. 455.in princ.vol 2.

2 Et tunc filius † inſtitutus cenſetur rogatus per fideicommiſſum reſtituere ſuis filiis, & ſic nepotibus teſtatoris,Dec.in conſ.95.num 4. Clar. in §.teſtamentum, q.80 concl. 3.

Sed hoc intelligitur, quãdo illa alternatiua poſita inter coniunctos ordine caritatis habet tractum ſucceſſiuũ, vt quia ſit dictum vulgariter,& pupillariter,& per fideicommiſſum, vt erat in caſu Decij.Item,in alio caſu, vt per Menoch. in conſ. 44. per totum, & conſ.85 num.67 vol 1.& declarat Sim. de Pret.lib.3.ſolut.2.num.12.fol.333. idem ſi fuerit adiecta clauſula,poſt eos,

3 † quę importat tractum ſucceſſiuum, vt diffuſe per Marzar.in Epitomat.de fideicommiſſ.quæſt.12.

SVMMARIA.

*1 Trebellianica an ſit prohibita per clauſulam, Pleno iure.*

*2 Subſtitutio in dubio cenſetur directa, propter clauſulam, Pleno iure.*

CLAVSVLA 58.

*Pleno iure.*

SI teſtator fideicommittens dixerit; Pleno iure perueniat ad Fullanum, vtrum amplier reſtitutionem, ita vt Trebellianica † prohibita cenſeatur? 1
Oldrad. in conſ. 348. num. 4. verſ.ad quartam,tenet negatiuam. Contrariũ per Bartol.in conſ.15.parte prima,Bartol.in l. precibus,num.44.C.de impuber.ſubſtit.quoniam non poſſet haberi pleno iure,ſi reſtitueretur cum diminutione l. fideicommiſſ. §.ſi fideicommiſſum, verſic. quanquam de legat.tertio. Alexand.in conſil. 208. nu. 7.vol.2.& in conſilio 201.num.7 volumine ſexto,l.ſi poſt miſſionem,ff.ad leg.Falcid.vbi plena legata ſunt, quãdo nõ detrahitur Falcidia. Sed opinio Oldradi communior calculo Doctorum recepta eſt, vt atteſtatur Capra, in conſil.36 num.9.& in conſ.86. nu. 9. in fine, & num. ſeq. Mantica, de coniectur.lib.7. titulo 12. num.18. diſputat iſtam quæſtionem, & poſt plurimos relatos probat ab hac magis communi ſententia,neque in iudicando,neque in conſulendo recedendũ eſſe; Sed Rota tenet quod quando verba teſtatoris eſſent geminata, vt quia dictum fuiſſet, reſtituat totam hereditatem pleno iure, aut integram hæreditatem pleno iure, tunc ipſa Trebellianica cenſeatur prohibita, vt in cauſa Nucerina fideicommiſſi 30. Octobr. 1595. coram Mantica, & in Fauentin. bonorum, 13. Nouembr. 1595.coram Litta.

Multum refert,vtrum ſubſtitutiones † ſint directæ, vel fideicommiſſariæ,& vt quæſtionis veritas habeatur, verba ipſa ponderanda ſunt an ſint directa, vel obliqua,vel etiam communia,de quibus per Bart. & Doct. in l.Centurio ff de vulgar.Sed ſi non verbis communibus, aut obliquis teſtator addiderit huiuſmodi clauſulam, Pleno iure,tunc ſubſtitutio interpretatur directa,& nõ fideicommiſſaria. Ad 2

Bart.

Bart. in dicto conſil 15. in fine, parte prima, Iaſ. in d. l. Centurio, num. 66. Corn. in conſ. 242. col 5. verſ. corroborantur præmiſſa, vol. 4. Aretin. in conſ. 156. col. 7. verſ. vnde dicunt, Gratus in conſ. 134. vol. 2. Galiaula, in d. l. Centurio num. 116. verſiculo, limita ſecundo, & ibi Ripa, numero 182. vide Simon. de pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. ſolutione ſecunda. num. 228. De hac clauſula ſcripſi etiam ſupra in p. 1. clauſula 89.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutus cum clauſula, Plus petere non poßit, an habeat ius accreſcendi.*

2 *Clauſula, Plus petere non poßit, non extenditur ad iura, & actiones extra teſtamentum.*

## CLAVSVLA 59.

*Plus petere non poßit.*

1 SI quis eſt hæres inſtitutus † in re certa, cum clauſula, quod ab hærede vniuerſali plus petere non poſſit, ſi iſte repudiet hæreditatem ipſa clauſula non impedit ius accreſcendi, quoniam intelligitur rebus ita in eodem ſtatu permanentibus, Corneus, in conſ. 31. col. 3. & ſeq. vol. 4. Calcan. in conſ. 43. per totum, Aretin. in tractatu de teſtamentis, gloſſa 60. num. 3. vbi quod tunc huiuſmodi clauſula nihil operatur.

2 Iſta clauſula † non extenditur ad alia bona debita ex alio teſtamento, & ideo ſi teſtator debitor fideicommiſſi, eidem fideicommiſſario aliquid reliquerit cum huiuſmodi clauſula, non impedietur fideicommiſſarius ſibi debitum fideicommiſſum ex alio teſtamento petere, Dec. in conſilio 425. col. fi. Corn. in conſ. 212. col. fin. vol. 1. Ruin. in conſ. 117. num. 21. vol. 2. item non impedit, quin poſſit petere emphyteuſim vigore inueſtituræ, quæ alio iure, quã ex teſtaméto ſibi dedita fuerit, Bald. in l. penult. C. de hæredit. actionibus ſcripſi ſupra in parte ſecunda, clauſula 60. dummodo non petat vt ab hærede, ſed vt à poſſeſſore. Idem Bald. in l. ſecunda, num. 8. C. de iure dot. vide Bart. in l. iuriſiurãdi, §. ſi liberi, col. penultima, & finali, ff. de oper. libert. & in conſ. 60. quæſtio iſta, num. 40. vbi multas huiuſmodi quæſtiones tractat.

SVMMARIA.

1 *Decian. in conſil. 92 vol 5. reprobatur.*

2 *Prohibitio alienationis non poteſt referri ad permißionem diſpoſitionis præcedentem.*

3 *Clauſula, quod poßit diſponere, habet locum inter viuos, in vltima voluntate, & ab inteſtato.*

## CLAVSVLA 60.

*Poßit, & valeat diſponere*

DEcianus † in conſilio 92. numero 24. verſ. non obſtat quartum, volumine quinto, firmat, quod ſi in prælegato appoſita fuerit huiuſmodi clauſula, illa intelligenda eſt, dummodo non refragetur fideicommiſſo inferius deſcribendo. Sed iſta doctrina, quoniam per additionem liberæ diſpoſitionis, prohibitio † alienationis 2 poſtea ſubſequuta non poteſt referri ad liberam diſpoſitionem præcedentem, & per primam diſpoſitionem receſſum videtur à ſecunda, l. ſi b cõditione, vbi gloſſ. Imola, & ceteri, ff. de hæred. inſtit. Alexander in conſilio 158. num. 56. vol 6. & plenius probat Burſat. in conſilio 189. numero 83. volum. 2. Item ſi teſtator dixerit, clauſulam, Quidquid ei facere placuerit,

quod iſta non poſſit intelligi ſaluo iure primogenituræ inferius deſcribendæ, probat Mandell. de Alba, in conſil. 473. numero 16.

3 Et quod per huiuſmodi clauſulam † poſſit etiam diſponere inter viuos, & in contractu, probat Menoch. in conſilio ſexageſimo tertio, in principio, per text. in §. penult. Inſtitut. Quibus modis alien. licet. Port. in Rubrica, ff. ſoluto matrimonio. Item per hæredis inſtitutionem etiam cenſetur diſpoſuiſſe, l. ſi quis prioris. §. certum, & § illud, C. de ſecund. nupt. cum aliis ad hoc allegatis per Peregrin. de Fideicommiſſ. Articulo 40. num. 57. Item, quia inteſtatus decedens, videtur diſpoſuiſſe inuenientes ab inteſtato, l. ſi quis cum nullum, ff. de iure codicill. & quod poteſt tranſmitti in alterum ex teſtamento non facto, ad hæredem ab inteſtato, vt probat Lanarius, in conſilio 85. num. 6. & per totum. Teſſaur. dec 97.

SVMMARIA.

1 *Bannitus cum qua clauſula non poſſit hæres inſtitui.*

## CLAVSVLA 61.

*Poſitus extra omnem protectionem.*

1 BAnnitus cum huiuſmodi clauſula, ad omnem † ſucceſſionem, etiam ex teſtamento inhabilis eſt, Alexand. in conſilio 75 volum. 1. Ruin. in conſilio 20. & 25. volum 5. & in conſilio 49. vol. 4. cum aliis per Burſat. in conſ. 54. numero 5. vol. 1.

SVMMARIA.

1 *Poſterorum appellatione, an, & quando veniant Feminæ.*

2 *Feminæ quando non veniant appellatione filiorum, vel Poſterorum.*

3 *Filiorum appellatione quando veniant naturales tantum.*

## CLAVSVLA 62.

*Poſteros, Item filios.*

IN materia indifferenti, quæ poteſt tam maſculis, quam feminis conuenire, clauſula poſteros, † etiam feminas comprehendit, ſecus ſi feminæ ab illa materia excludantur, vt probat Ant. de Bar. in conſil. 1. vt in caſu l. 1. §. fin. ff. de iure immunit. & in materia feudali, vt probauimus ſupra in par. 2. in clauſulis feudalibus, vtrumque probat Dec. in conſilio 117. numero 26. vol 3. item ſi feminæ eſſent excluſæ per ſtatutum, Corn. in conſ. 55 ante finem, & in conſ. 145 volum. 1 Item ſi teſtator fecit mentionem de filiis, † quanquam filiorum appellatione, etiã feminæ cõtineantur, l. ſi quis ita, ff. de teſtament. tut. l. ſi ita ſcriptum, de legatis ſecundo: tamen ſtante dicto ſtatuto aliud dicendum eſt: quia teſtator cenſetur ſe cum ſtatuto conformem reddere, ad tradita per Bartol. & Doct. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. ſimiliter teſtator faciat mentionem de fratribus, quanquam eorum appellatione veniant etiam ſorores, l. tres fratres, ff. de pact. & ibi Iaſ. in 8. limitat. Alex. in conſ. 127. volum. 1. cum aliis allegatis per Decian. in conſil. 15 numero 4 & ſeq. & latius per Albertum Brun. in tract. de ſtatut. excluſio feminarum, art. 5. princi. ali in quæſt. 12. numero 26. & ſeq. item, Imola, in l. final. ff. de condit. & demonſtrat. firmat, quod ſi teſtator † grauauit filium ſuum ſub conditione, ſi deceſſerit antequam poſſit adminiſtrare, quod licet de iure communi intelligatur, ſi deceſſerit ante vigeſimumquintum

tum annum, vt d.l.finali, & ibi gloſſa: tamen ſi ex ſtatuto filij poſſunt adminiſtrare in vigeſimo anno, teſtator cenſetur intellexiſſe de anno vigeſimo. Item And. Sicul. in cap. in præſentia, de probationibus firmat, quod ſi teſtator facit mentionem de filiis & per ſtatutum filij naturalis tantum ſunt æquiparati filiis legitimis, & naturalibus, tunc de omnibus intellexiſſe cenſetur.

SVMMARIA.

1 *Numerus pluralis reſoluitur in ſingularem ſtantibus coniecturis.*
2 *Subſtitutus pluribus non admittitur, niſi poſt mortem omnium.*
3 *Subſtitutio dicitur facta ab vltimo moriente.*
4 *Numerus pluralis quando reſoluitur in ſingularitatem, & num. 7*
5 *Subſtitutus per quem excluditur ex veriſimili mente.*
6 *Subſtitutus omnibus, an, & quando admittatur vno moriente.*
8 *L. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell. declaratur.*
9 *Subſtitutus quando quis dicatur vltimo morienti, & quando admittatur ad partem vnius.*

CLAVSVLA 63.

*Poſt Omnes.*

1 Clauſula per numerum pluralem † nunquam reſoluitur in ſingularitates niſi coniecturis pro voluntate teſtatoris Rota dec. 804 parte 1. in nouiſſimis. Ideo ſubſtitutus pluri-
2 bus, non poteſt † dici ſubſtitutus niſi poſt mortem omnium, Bart. in l. quidam teſtamento, numero 4. & ſeq. ff. de vulgari, quem ſequitur Rota in deciſ. 141. par. 1. in nouiſſim. quæ dicit hoc caſu expectandam eſſe mortem omnium, Rota deciſ. 49. eadem parte, vbi quod quando ſubſtitutio † facta eſt 3
poſt mortem plurium, ſemper dicitur facta ab vltimo moriente, & idem fuit reſolutum in Rota Bononienſi, vt per Cæſarem de Barz. deciſ. 6. Et ad hoc eſt text. in capitulo ſi pater, de teſtament. lib. 6. in verſiculo, Si vtrumque ſine liberis mori contigerit Item l penult. C de impub. ſubſtitut. vbi ſubſtitutus duobus per nomen collectiuum non admittitur, niſi poſt mortem omnium. Idem probatur in l. is qui ducenta. §. finali, ff. de rebus dub. in l. codicillis, in princip. ff. de vſufructu legato, in l. qui duos. ff. de vulgar. in l. pater filiam, in fine, ff. ad leg. Falcid. Dictio (omnes) eſt collectiua, & ideo ſecundum eius proprietatem requiritur cõcurſus vtriuſque, Bart. in l. hoc articulo ff. de hæred. inſtit. & probatur in d. l. penult. C. de impub. ſubſtit. & in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.

Et licet aliquando pluralis † numerus in iure ſumatur pro ſingulari, l. 4
2. §. dolo, vi bon. raptorum, l. diuus, §. finali, ff. de petit. hæredit. l. 2 §. ex actis, ff. de origin. iur. l. 1. §. vt initio, ff. de populando, vbi gloſſa in verſic. capienti, & ideo ſi teſtator dixerit, ſi filius deceſſerit ſine liberis, ſufficit decedere cum vno, quia eſt eadem ratio, vt pluralis numerus reſoluatur in ſingularitatem. Crauetta, in conſilio 180. num. 3. Rota deciſ. 804. num. 1. par. 1. in nouiſſimis: & ratio eſt, quia ſi teſtator noluit per vltimò morientem ſine filiis habere totum, cenſendum eſt etiam voluiſſe habere partem, l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell.

Tamen quando adeſt perſona, quę ex veriſimili mente teſtatoris excludit ſubſtitutum, † tunc dicendum eſt con- 5
trarium, & procedit tex. in d. l. penult. C. de impub. ſubſtitur. & ita reſpondit Bartolus in d. § cum ita, & eſt commu-

KKK iij

nis opinio, vt per Alexand. in l. penult. numero 9. verſicul. ſed aduerte. & ibi Dec. numero 6. Ripa, in d. §. cum ita, numero 143. & ante numero 145. dicit, durum eſſe ab hac communi recedere. Ruin. num. 121. & ſeq. Socin. iun. numero 97. Bolognet. numero 259. & ſeq. Zanch. numero 107. Torniell. numero 169. Crauett. in conſil. 109. Sed in hoc eſt aduertendum, quod non poteſt fieri regula, quod ſubſtitutus excludatur, quando adeſt perſona, quæ ſit in anteriori, vel pari gradu cum ſuperſtite, ſed faciendum eſt, quod licet rigor verborum requirat exiſtentiam conditionis in omnibus, tamen fallit, quando mens teſtatoris aliud ſuadet, & iſta interpretatio non eſt contra, ſed præter naturam verborum. Torniell. in d. §. cum ita numero 137.

Sed Rota Romana, cuius veſtigia ſequar, in d. deciſione 804. declarat
6 per duos caſus, primus eſt quando † conditio verificatur in primo moriente, puta ſi ſine filiis, & tunc aut adeſt ſubſtitutio reciproca expreſſa, vt in d. §. cum ita, & ſubſtitutus non ſuccedit, aut non adeſt reciproca expreſſa, & tunc aut hæredes inſtituti ſunt de liberis, quia adeſt perſona veriſimiliter magis dilecta, & ſubſtitutus excluditur, atque habet locum d. l. pen. C. de impuber. ſubſtit. aut hæredes inſtituti ſunt extranei, & tunc Regula eſt,
7 quod pluralitas † non reſoluitur in ſingularitate, & rigor verborum requirit adimplementum conditionis in omnibus: Fallit, quando ex præſumpta mente teſtatoris aliud appareat, videlicet, quod præſumatur voluiſſe conditionem verificari in vno, & pluralitatem reſolui in ſingularitatem, & ita procedit l. falſa demonſtratio. §. fin. ff. ad Trebel. & lege ſecunda, ff. de condit. inſtit. & l. Lucius, §. Caio, ff. ad Trebell. & l. pen. ff. de iniuſt. teſtamento.

Secundus caſus eſt, quando conditio deficit in primo, puta, quia deceſſit cum filiis, ſed verificatur in ſecundo, qui deceſſit ſine filiis, & tunc procedit d. §. cum ita, † videlicet, quod ſub- 8
ſtitutus poſt omnes filios, ſi omnes decedãt ſine filiis, debeat ſuccedere ipſi vltimo morienti ſine filiis, in quo verificatur conditio, & probat Mantica, lib 11. tit. 5. numero 29. Et ratio eſt: quia quando teſtator duos inſtituit, eóſque ad inuicem ſubſtituit, † & poſt om- 9
nes, ſi deceſſerint ſine filiis ſubſtituit pauperes, hæc ſubſtitutio pauperum dicitur facta vltimo morienti, quia primo morienti eſt ſubſtitutus cohæres, vult ergo teſtator, quod ſi vltimus decedat ſine filiis, ſubſtitutus habeat totam hæreditatem, ergo præſumitur voluiſſe etiam quod habeat partem, ſi deficit conditio in vltimo moriente, & ceſſat reciproca, & haic eſt verus intellectus d. §. cum ita, ibi abſurdum eſſe reſpondi ceſſante prima ſubſtitutione partis nepti petitionem denegare.

Vnde, ſi quando vltimus ſuccedit primo, teſtator voluit grauaſſe vltimum, vt reſtituat totum pauperibus, ergo multo magis cenſetur grauaſſe illum, vt reſtituat partem. Alexand. in d. l. penult. numero 9. C. de impub. ſubſtit. Ruin in d. §. cum ita numero 122. Torniell. numero 10. Bolognett. num. 58. & ſeq. Qui licet velint, quod in terminis illius §. pluritas non reſoluatur in ſingularitatem, quia fit violentia verbis, tamen dicunt, quod præſumitur teſtatorem feciſſe aliam ſubſtitutionem in perſona vltimo morientis ſine filiis.

SVMMARIA.

1 *Heres non dicitur ante aditam hæreditatem.*

2 *Heres an poſſit priuari per contrauentionem,*

*tionem, à teſtatore.*

3 *Hæres contraueniens priuatus hæreditate, cenſetur grauatus de reſtituendo per fideicommiſſum.*

4 *Filij contrauenientis ſubſtituti, non ſuccedunt.*

5 *Conditio ſi contrafecerit, extenditur ad ſubſtitutos.*

6 *Priuatio hæreditatis ob contrafactionem, cenſetur facta ad fauorem offenſi.*

## CLAVSVLA 64.

*Priuauit hæredem.*

NEmo heres dici poteſt, niſi poſt
1 aditam hæreditatem, † l. 3. §. ſi quis ita, vbi Caſtrenſis, & Imola ff. de hæred. Inſtit. Ruin. in conſilio 47. numero 5. volumin. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 32. numero 5. & ſequent. Præſertim quando teſtator grauauit hæredem de ſoluendis legatis, quoniam ante aditam, illa ſoluere non tenetur, l. ſi curatoris, & ibi Doctor. l. finali, §. donec, C. de iure deliber. Item quia verbum Priuauit, præſupponit præceſſiſſe habitum ex regula l. decem, ff. de verb. oblig. & ita poſt aditam hæreditatem Bart. in l. paterfamilias teſtamento, numero 6. ff. de hæredibus inſtit.

2 Ideo ſi teſtator † in caſu quo hęres non adimpleuerit, vel contrauenerit teſtatori illum priuauit iſta clauſula: quo ad effectum vt deſinat eſſe hæres, eſt fruſtratoria, quia ex diſpoſitione teſtatoris hæres deſinere eſſe non poteſt: l. ei qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtit. l. verum poteſt, de legat. primo. l. & ſi ſine, §. ſed quod Papinianus, ff. de minoribus, lege miles ita, ff. de teſtam. militari, Bartol. Imola & ceteri, in d. l. paterfamilias teſtamento, ff de hęred. inſtit. Cephal. in conſil. 153. num. 8. volum. 2. qui multa ad hoc allegat.

Sed quo ad effectum † vt ipſe hæres 3
à ſucceſſione ceciderit propter contrauentionem, dicendum eſt, quod tali caſu, clauſula operatur, vt ipſe hæres contraueniens teneatur hæreditatem reſtituere per fideicommiſſum, Bart. in d. l. paterfamilias teſtamento, numero 6. vbi Imola, numero 8. Caſtrenſ. in l. 1. numero 3. de his quæ pœnæ nomine, & ibi Iaſon colum. 2. Cuman. in l. 1. ff. eod. titulo. Et hanc eſſe Communem opinionem atteſtatur Rimin. ſen. in conſilio 258. numero 6. volumine 2. Cranetta, in conſilio 5. numero 6. Clar. in §. teſtamentum, q. 69. verſic. intellige etiam. Peregrin. artic. 15. numero 14. & artic. 11. numero 128. vbi etiam atteſtatur de Communi, quam ſententiam diffusè probat Gabriel. in conſilio 109. per totum. volumine 2. qui alios refert. Crot. in l. filiusfamilias, §. diui, num. 156 & ſeqq. de legat. 1. probat hanc concluſionem eſſe veram, etiam ſi teſtator hęredem contra veritatem priuauerit, cum clauſula, Ex nunc, prout ex tunc: quoniam nunquam per contrauẽtionem à cauſa teſtati recedimus, ſed fit tranſitus ad cauſam fideicommiſſi, vt probatum eſt. Aut igitur vocatis reſtituere debet, aut venientibus ab inteſtato, ſi nullus fuiſſet ſubſtitutus, vt per Bart. & præcitatos Doctores.

Declaratur huiuſmodi concluſio, vt non procedat, quando filij contra-
uenientis eſſent ſubſtituti, † quoniam 3
ſi heredes contrafacientes ſunt priuati, etiam eorum filij priuati, & excluſi cenſentur, Pariſ. in conſil. 19. numero 83. & ſeq. volumine ſecundo, qui allegat Matthæum de Felicianis, inter conſilia Pauli de Caſtro, in conſilio 259. numero 7. volum. 2. & ſub numero 39. dicit, quod voluntas teſtatoris redderetur fruſtratoria, ſi filij admittendi eſſent hęredis non adimplẽtis voluntatem defuncti. Idem in cõſ.

91. nu 67 vol.2. Roland. in conſil.70. numero 70. ℣. & quod dictum eſt, volum.4. latius Alba. in conſ.57. numero 18. prope finem. Ruin. in conſilio 150. num.9 ℣.2 infertur, volum.3. Item, quia conditio † ſi contrafecerit, reſpicit tam inſtitutos, quam ſubſtitutos, Menoch. lib.4. præſumpt. 118 numero 2 & numero 6. & iſti filij ſub eadem conditione cenſentur ſubſtituti: Quia repetitio conditionis fit in ſubſtitutis, quotieſcumque eadem ratio concurrat. Menoch. in conſil 152. num.50. & ſeq. Ruin. in d. conſil.150. ℣. & alia ratione, volu.3. Peregr. art.11. paulo ante numer. 93.

6 Item ſi priuatio † hæreditatis ob contrafactionem facta fuerit ad fauorem alicuius, tunc hæreditas applicatur illi, cui contrafactum fuerit, ad cuius fauorem pœna impoſita eſt, Alex. in conſilio 138. num.13. volum.1 quod firmauit etiam in caſu dubio, ſi teſtator id non expreſſerit, Caſtren. in cõſ. 221. numero 5. volum.2 per tex. in l. finali, in fine, ff. de litigioſ. & ea quæ notat gloſſa, in l.1. ℣. & cui dabitur, C. de his quæ pœnæ nomine, & regulariter pertinet ad eum, qui fuit læſus in vltionem iniuriæ illatæ, & poſita ob iniuriam paſſi applicari debent offenſo. Menoch. in conſil.604. num.28. vide Bart. in l. vxorem, §. hæres de legatis tertio, qui diſtinguit, atque declarat.

SVMMARIA.

1 *Clauſula prohibuit moleſtari, habet locum in moleſtia quæ oritur ex natura negotij.*

2 *Cautio pro vſufructu præſtanda eſt, etiam non obſtante prohibitione moleſtiæ.*

3 *Moleſtia iuris cenſetur prohibita per verba generalia.*

4 *Hæres repudiando hereditatem dicitur moleſtiam inferre.*

CLAVSVLA 65.

*Prohibuit moleſtari.*

HÆc clauſula intelligitur, † niſi moleſtia oriatur ex natura ipſius diſpoſitionis, vt lege quæro, §. inter locatorem, ff. locati, & l. vẽditores, Digeſtis de verb. obligat. nam ille qui agit ſecundum naturam actus, non dicitur venire contra actum, licet veniat contra perſonam conuentam, l. ſi duo patroni, § ſed ſi iurauerit, ff. de iureiurando, & l. ſed ſi poſſeſſor, §. ſed & ſi rerum, ff. eodem titulo. Ideo ſi teſtator reliquerit vxorem ſuam vſufructuariam, & prohibuerit hæredi, ne illi moleſtiam inferret, ſi hæres petat cautionem † ab vſufructuaria, non dicitur illi moleſtiam inferre, quia hæc eſt moleſtia iuris, quæ ineſt in ipſo actu vſusfructus percipiendi. Item, quia teſtator cautionem prædictam remittere non poteſt, l. prima, C. de vſufructu, & optime probat Ricciardus in Inſtitutionibus de vſufructu, vbi diffuſè hanc quæſtionem diſputat, & in puncto ita conſuluit Guglielm. de Peruſio, in conſilio 79. numero 18. & plur. ſeqq. volum.1. inter conſilia vltim. volunt. & Laurent. de Rodulphis, in cõſilio 80. immediatè ſequenti, in eodem volumine. Cui conſilio ſubſcripſerunt etiam Nellus de Sancto Geminiano, Ant. de Roſellis, & Paul. de Caſtr.

At ſi teſtator prohibuit moleſtari † quocumque modo, propter generalitatem verborum, moleſtia intelligitur tam de moleſtia iuris, quàm facti, ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium. Item, ante, vel poſt litem conteſtatam, gloſſa quam communiter ſequuntur omnes Doctores in l. Lucius, §. tres hæredes, ff. ad Trebell. in verbo, mouerit, & ibi Din. & in l. ſed & ſi lege, §. ſi ante litẽ, ff. de petition. hæredit. & in l. non ſolum,

lum, §. ſi ſtatutum, ff. de procurat. notat Bart. in l. amplius, ff. rem rat. hab. & in l. cauſas, C. de tranſac. & in l. cum poſtea, per illum text. C. de pact. Angel. in l. 1. C. de præſcript. longi temp. & not. in l. qui fidem, ff. de tranſact. late Alex. in conſilio 52. numero 2. & ſequent. volumine 2. Barbatia, in conſilio 56. col. 5. verſiculo ſed licet iſte, volumine 3. Dec. in c. in præſentia, num. 1. C. de probat. Felin. in cap. cauſam quę, numero 65. verſic. ſimiliter dicit Imola, de reſcript. qui extendit hanc moleſtiam ad moleſtiam iuris & iudicialiter motam, quando verborum amplitudo, ſiue ſubiecta materia id ſuadent. Marſil. in l. vnius quęſtionis, §. cognitorum, ff. de quęſtion. Capic. deciſione 69. numero 9. Afflict. deciſione 329. numero 4. Ruinus in conſilio 77. numero 4. volumin. 2. Riminald. Inſtit. de donationibus in princ. num. 545 Item, quando verba prohibitionis ſunt generalia, intelligitur etiam comprehenſa prohibitio iuris. Abb. in conſilio 43. colum. 1. & in conſilio 36. verſiculo ſecundo principaliter, parte prima. Item hæres prohibitus ne moleſtiam ferat, ex eo ſolo, quod hæreditatem repudiat, † dicitur moleſtiam facere, ita vt relictis priuandus ſit, Bart. in l. filio pater, in fine, ✠ aut eſt excluſus de legatis primo, Ruin. in conſil. 47. numero 5 volum. 2. quod quando per repudiationem hęreditatis vxor impeditur conſequi integrum vſumfructum, in quo teſtator grauarit hęredem, ne quomodolibet moleſtiam inferat, dicitur contrauenire, & impugnare, atque facere locum priuationi. 4

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Pro omni eo, & toto, complectitur omnem ſpeciem debiti.*

2 *Dos data à patre cum clauſula, Pro omni eo, & toto, cenſetur data animo compenſandi cum dote materna.*

3 *Legatum dotis quando cenſeatur factum in compenſationem.*

CLAVSVLA 66.

*Pro omni eo, & toto.*

HÆc Clauſula eſt vniuerſalis & omnem debiti ſpeciem † complectitur, ergo tam pro dote, quam pro paraphernalibus legaſſe dicitur, Corn. in conſil. 344. in fine, volum. 1. Ruin. in conſil. 60. numero 6. & conſilio 79. num. 8. & conſilio 81. nu. 7. volum. 2. Soc. iun. in conſil. 17. num. 3. volum. 2. 1

Et operatur, vt atteſtator † cenſeatur reliquiſſe animo compenſandi cũ dote materna Parpalia, in l. 1. numero 16. in 5. limitatione, ff. ſoluto matrim. Viſitat. num. 111. Dec. in Auth. Præterea, num. 73. C. Vnde vir, & vxor, qui allegat Caſtrenſ. in conſ. 56. Angel. in Tractatu de teſtam. & Pract. Papienſ. Natta in conſil. 186. num. 2. & num. 9. vol. 1. Neuizan. in conſ. 16. in fine. Et hoc multo magis procedit quando pater conſtituit dotem filię poſt mortẽ matris, Doctor. in l. finali, C. de dotis promiſſ. Caſſaneus in Cõſuet. Burgund. *Des ſucceßions*, Rubrica 7. §. 12. num. 1. fol. 270. Et quando conſtat de mente patris, vel dotantis, tunc bona materna in relicto computantur, Socin. in c. tuæ, de ſponſalibus. Alciat. in regula 1. pręſumpt. 26. Arnald. Ferron. in Conſuetud. Burgund. titulo de teſtam. §. 15. in fine, Capra, in conſilio 62. in princ. Ancharan. Regienſ. in quęſtion. familiar. 33. numero 2 & ſeq. Et an legatum dotis factum filię à patre cum huiuſmodi clauſula, Pro omni eo, & toto, cenſeatur factum animo compenſandi, † reſpectu dotis maternæ, diſputat diffuſè articulum Simon de 2 3

Præt. libro 4. dubitatione 6. per totam, fol.384. & ſeq. Et quid ſi pater primo legat dotem in ſuo teſtamento, & deinde ſuperuiuens filię, dat dotem inter viuos, quod cenſeatur dediſſe animo compenſandi cum legato? ad text. in l. Lucius in prima, de legatis 2. & l. filia. C. de legatis, vide Ioſeph. Ludouic. in deciſione Peruſina 21. in primo dubio.

SVMMARIA.

1 *Tempus infinitum denotatur per clauſulam, Quandocumque.*

2 *Clauſula, Quandocumque, aliquando reſtringitur ad tempus ſpecificatum.*

3 *Clauſula, Quandocumque deceſſerit, an comprehendat mortem ciuilem.*

## CLAVSVLA 67.

*Quandocumque.*

1 INfinitas temporis † per huiuſmodi clauſulam demonſtratur, & facit ſubſtitutionem compendioſam, ad Bartol. in l. Centurio, numero 9. ff. de vulgar. Iaſ. ibid. num. 18. Dec. in l. precibus, num. 16. C. de impuber. ſubſtit. Cephal. in conſilio 524. numero 23. vol. 4. Decian. in conſilio 524. numero 8. vol 3.

Aliquando autem tempus ſignificatum per Clauſulam, Quandocum-
2 que, reſtringitur † ad ſpecificatum, puta, ſi dictum eſſet in ſequenti clauſula, quod poſt vigintiquinque annos poſſit alienare, quia tunc clauſula, Quandocumque præcedens, reſtringenda eſt, infra tempus vigintiquinque annorum, Crot. in conſil. 61. num. 31. Menoch. in conſil. 451. numero 50. vol. 2. qui alios refert, vide Decian. in conſil. 13. num. 53. volum. 2.

3 Si cum clauſula, Quandocumque. † addita fuerit clauſula, Et qualitercumque deceſſerit, tunc comprehenditur etiam mors ciuilis in conditione adiecta. Surd. in conſilio 90. num. 45. vol. 1. & hoc propter prægnantiam clauſularum, ad text. in Clem. ne Romani, §. eo tamen, de electione, iunctis his quę ibidem ſcribit Barbat. & in conſilio 82. numero 6. ¶. præterea dico, volum. 4. Vide Honded. in conſil. 55. num 40. & ſeq. volum. 2.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Quatenus, conditionem importat.*

2 *Et eſt modificatiua.*

3 *Clauſula, Quatenus voluerit, quomodo interpretetur.*

## CLAVSVLA 68.

*Quatenus, &c.*

ISta clauſula conditionem † importat. l. Stichus, qui meus erit vbi Doctor ff. de verborum oblig. Bar. in l. 1. numero 20. ff. de condit. & demonſtr. Rimin. iun. in conſilio 139. numer. 20. volum. 2. item, eſt modificatiua, † & intelligitur, quatenus de iure tenetur, l. ſi vnus, §. ſi pactus, ff. de pact. Dec. in l. quatenus, in princ. & ibi Cagnol. numero 3 ff. de regulis iuris. Rim. iun. in conſ. 335. num. 49. volum. 4. Rebuff. in l. locus colum. 10. verſ. quatenus, ff. de verb ſignif. vbi etiam refert alias ſignificationes huius clauſulæ. Alber. in ſuo Dictionario, in ver. Quatenus. 1 2

Item ſi fuerit dictum: Quatenus noluerit quid facere, † clauſula intelligitur, id eſt, ſi requiſitus, & interpellatus declarauerit ſe nolle facere, & recuſauerit, Ruin. in conſilio 184. nu. 5. vol. 2. Berous in conſilio 101. numero 7. vol. 2. 3

SVMMARIA.

1 *Excluſi per vnam diſpoſitionem, non ſunt*

*ſunt penitus excluſi, ſi per aliam includuntur.*

2 *L. cum prætor, ff. de iudic. declaratur.*

## CLAVSVLA 69.

*Qui quarto gradu ſunt.*

1 SI illi qui ſunt in primo, ſecundo † & tertio gradu, per aliam diſpoſitionem ſunt incluſi, tunc in clauſula, Qui quarto gradu ſunt, non excludit eos, quoniam incluſio vnius, non eſt excluſio alterius, quando id, quod vna lege videtur excluſum, alia legis diſpoſitione includitur, ita declarat Dec. in l. 1. in 3. lectura, numero 84. ff. ſi cert. pet. declarando regulam l. cum Prætor, ff. de iudic. & c. nonne, de præſum. & in conſilio 11. num. 18. Præterea, re-
2 gula d. l. cum Prætor † ceſſat, vbi ſequeretur abſurdum, vel eadem adeſt ratio, & veriſimilis mens diſponentis, Grat. in conſil 5. num. 83. volumine 2. Socin. iun. in conſilio 121. vol. 1.

SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum ſimplex inducitur per prohibitionem alienationis cum cauſa.*

2 *Clauſula, Quia volo ad hæredes peruenire, quomodo intelligatur.*

## CLAVSVLA 70.

*Quia volo ad hæredes, & ſucceſſores meos peruenire.*

1 POſt prohibitionem alienationis † ſolet apponi huiuſmodi clauſula, per quam ſimplex fideicommiſſum inductum cenſetur, etiam in caſum mortis, Crauetta, in conſilio 130. num. 10. & eſſe magis communem opinionem probat Gabriel. in communibus concluſ. tit. de fideicommiſſ. concl. 10. numer. 29. & vide in digeſtis nouiſſimis, tom. 5. titul. fideicommiſſum. Sed hæc clauſula † intelligitur, quatenus 2
ad hæredes, & ſucceſſores meos in caſu contrauentionis peruenerit, Dec. in conſilio 291. colum. 4. diffuſè Cephal. in conſil. 29. num. 46. & ſeq. & conſilio 17. numero 24. & ſeq.

SVMMARIA.

1 *Venditio ex cauſa neceſſitatis, quot conditiones requirat.*

2 *Venditionis cauſa neceſſaria, quot conſiderentur in muliere.*

3 *Neceſſitas quotuplex ſit.*

4 *Iudex arbitrabitur quæ ſit cauſa neceſſaria vendendi.*

5 *Clauſula, Pro neceſſitatibus, non facit legatum conditionale.*

## CLAVSVLA 71.

*Quod poſſit vendere pro ſua neceſſitate.*

BAldus in conſilio 332. in fine, vol. 1. dicit quinque eſſe neceſſaria ad hoc, vt valeat venditio † vigore di- 1
ſpoſitionis cum huiuſmodi clauſula, quod in eum modum ſit vendenti poteſtas permiſſa, quod in cauſam neceſſariam non ſit ſuperflua, quantitas, quod reſpectu loci, & temporis adſit opportunitas, & quod ceſſet omnis fraus, refert etiam, & ſequitur Crauetta in conſil. 241. colum. 15. ✠. ſecundo reſpondeo.

Sed Napodanus ſuper conſuetudinem Neapolitan. ſuper Conſuet. incipiẽte, Et ſi mulier iuſtam dicit, quod mulier habilitata ad vendendum ex cauſa neceſſaria, † intelligitur habilitata, ſiue neceſſitas proueniat ratione perſonæ, ſiue ratione rei. De neceſſi-

tate perſonę eſt, vt viuat, vt ſana viuat, vt libera viuat, & vt nupta viuat: propter primum, ſcilicet, vt viuat poteſt mulier alienare bona ſtabilia in dotem data, vel promiſſa, l. mutus, §. manente, ff. de iure dotium, l. cum dotem, §. ſin autem, ff. ſoluto matrim. Item, æquius eſt alimenta dare, quàm negare ei qui dominus futurus eſt, l. 1. §. ſed ſi incertum, ff. de ventre in poſſ. mittendo mul. vt ſana viuat, d. §. ſin autem, vt libera viuat, puta, vt liberet ſe debito, ad quod eſt efficaciter obligata, ſi aliũde ſolui non poteſt, ſicut dicimus in minore, l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. l. ob ęs, ff. de prædiis minorum, l. magis puto. §. ne paſſim, ff. de rebus eorum. Similiter ſi fuit capta ab hoſtibus, & ab aliquo redempta, tunc eſſet pignori obligata ad reddendam illam pecuniam, l. ab hoſtibus, C. de captiuis. Item, vt nupta viuat, quæ eſt cauſa publica, & neceſſaria. l. 1. ff. ſoluto matrim. Item, dicitur habilitata ratione rei, puta in expenſis neceſſariis, l. neceſſaria. ff. de impenſis in rebus dotal. factis.

Et licet Bald. in conſil. 20. volum. 2. declarans huiuſmodi clauſulam pro
3 neceſſitate, dicat, quod neceſſitas † eſt triplex, fatalis, vt ſi quis iudicat in latrones, naturalis, vt infirmitas, & neceſſitas alendi familiam, & neceſſitas data opera, vt ſi quis contraxerit debita ſponte, vel commiſerit maleficium, idem Bald. in l. illud, circa princ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Angel. in tractatu de teſtament. gloſſa 67. Boer. deciſione 44. numero 27. & Cacheran. in deciſione 168. exponens decretum Ducis, quod permittit alienationem feudalium pro cauſa neceſſaria, & declarans d. conſilium. Baldus 20. volum. 2. intelligit cauſam neceſſariam, quę habet originem, & neceſſitatem à lege, vt dotare filias. ſecus ſi habet originem à cauſa voluntaria.

Tamen totum hoc dubium iudicis † arbitrium diffiniet: nam vti re- 4
quiritur cauſa neceſſaria, decretum iudicis interponi debet, d. l. ob ęs, ff. de prædiis minorum, & eſt text. l. 1. C. de prædiis curial. lib. 10. l. etiam, §. 1. ff. de manum. vindicta, & d. l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tut. quod decretum præcedere debet, non autem ſequi, vt notat Innoc. in c. dudum, circa medium, de rebus Eccleſ. non alienand. & ſic cauſa neceſſaria debet proponi, & probari vera, l. cum hi, §. in cauſæ, & §. prætor, ff. de tranſ. l. omnes, ff. de in integr. reſtit. l. in teſtamento, ff. de excuſat. tutor. l. iuſta, l. etiã l. illud, ff. de manumiſſ. vindicta, §. eadem, inſtitut. quibus ex cauſis manumitt. non licet.

Clauſula, pro neceſſitatibus, † non 5
facit conditionem, & adiecta certæ quantitati, continet debitum legati, etiam quod non ſubſint neceſſitates, vt probat Corn. in conſilio centeſimo octuageſimo ſeptimo, columna penultima, verſiculo his non obſtantibus, volumine ſecundo: ſed facit demonſtrationem. vide Anchar. in conſil. 20. inter conſilia Calderini.

SVMMARIA.

1 *Clauſula quorumcunque, ampliat diſpoſitionem.*

2 *Verba vniuerſalia magis comprehendunt, quam generalia.*

## CLAVSVLA 72.

*Quorumcumque.*

ISta clauſula ampliat, & multũ † ex- 1
tendit generalitatem diſpoſitionis. l. qui autem, §. finali, ff. de conſtit. pecun. in ṽ. quibuſcunque verbis, c. quia plerique de offic. ordinar. lib. 6. tradit Bal. in l. 1. in 34. queſt. ff. de rerum diuiſione,

ſione,& in l. Imperialem, de prohibita feudi alienatione per Federic. Sequitur Dec. in conſ. 436. num. 15. & quod
2 ſimilia verba vniuerſalia † plura comprehendant, quam generalia, Paul. de Caſtro, in conſ. 20. col. penult. volum. 2. Dec. in conſ. 472. num 3.

SVMMARIA.

1 *Diſpoſitio qualibet habet tacitam clauſulam, rebus ſic ſtantibus.*
2 *Iuramenta, ſtatuta, & priuilegia, habent tacitam clauſulam, Rebus ſic ſtantibus.*

## CLAVSVLA 73.

*Rebus ſic ſtantibus.*

IN quolibet actu, ſiue per vltimam
1 † voluntatem, ſiue inter viuos, etiamſi cum iuramento factus fuerit, ſemper intelligitur clauſula, rebus ſic ſtantibus, gloſſa, in l. quod Seruius, ff. de condict. ob cauſam, & ibi Barr. num. 4. l. continuus, §. cum quis, ff. de verbor. oblig. Alex. in conſ. 107. col. 4. vol. 3 Iaſ. in l. quo minus, numero 539. ff. de fluminibus. Decius in conſilio 335. & in conſilio 475. num. 5. in fine, & numero 6. & numero 23. Mandellus de Alba, in conſilio 302. numero 9. & in conſ. 555. num. 24. Itẽ
2 in iuramento, & ſtatutis † etiam iuratis, ac priuilegijs, Rubeus Alex. in conſilio 147. num. 3. Roland. in conſil. 1. num. 158. vſque ad num. 178. volumin. ſecundo. Menoch. in conſ. vigeſimo ſeptimo, numero quadrageſimo ſeptimo, & ſeq. & conſilio 156. numero tertio, & numero 32. vbi limitat. Cranetta in conſ. 90. num. 3.

SVMMARIA.

1 *Subingreſſio excluditur per clauſulam, ſalua gradus prærogatiua.*
2 *Subingreſſio admittitur in feudis, ſecus ſi fuerit appoſita clauſula, Salua primogenitura.*
3 *Proximiores vocati æquiparantur clauſulæ, Salua gradus prærogatiua.*

## CLAVSVLA 74.

*Salua gradus prærogatiua.*

SI teſtator inter † ſubſtitutos gra- 1
dus prærogatiuam ſeruari voluit, nepos non intrat locum patris ſui, ſed à patruo excluditur, ita firmarunt Paulus de Caſtro, in Auth. defuncto, col. 1. in fine, C. ad Tertull. Dec. in conſ. 1. col. penult. & in conſ. 408. col. fin. verſic. tertia concluſio, Pariſ. in conſ. 30. num. 55. & conſ. 37. num. 69 & conſ. 40. num. 25. & ſeq. volum. 2. Cur. iun. in conſ. 154. col. 3. in fine, verſ. tertio moueor, & in l. ſi auia, col. pen. in fine, verſ. ſecundo notabis. C. de ſucceſſ. edicto. Crauett. in conſ. 67. col. 2. verſ. tamen loquutur, Grammat. deciſ. 1. nu. 2. & num. 5. Ferrett. in conſ. 272. num. 4. vol 2. Menoch. in conſ. 10. num. 64. & conſ. 44. num. 66. vol. 3 plurimos ad hoc congerunt, atque hanc concluſionem probant Conar. in lib. practicar. q. c. 38. verſ. quarto vbi fideicõmiſſum, Marzar. in Epitom. de fideicommiſſ. quæſt. 33. Gabriel. in ſuis communib. concluſ. titulo de fideicommiſſ. concluſ. 3. nu. 3. Craſſus in §. fideicommiſſum. q. 11. numer. 8. Mantica in Tractatu de coniecturis, lib. 8. tit. 9. num. 9. Sim. de Prer. dubitat. 4. ſolut. 3. numero 23. fol. 339. Peregrin. art. 21. num. 3. & ſeq. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 8 num. 16. qui probant eſſe communiſſimam, & receptiſſimam ſentẽtiam, Caualcan. deciſ. 9. num. 53. p. 2.

Et licet in feudis permittatur ſub-
ingreſsio † filij in locum patris, c. 1. §. 2
his vero de gradib. ſucceſſ. in feudo,

tamen ibi Andr. dicit, quod quando appoſita eſt clauſula, Salua prærogatiua primogeniture, ſecus eſt, Lanarius in conſilio 69. numero 29. & dixit Bald. in l. iubemus, §. ſi. quod quando in diſpoſitione hominis fit mẽtio gradus, tunc cenſetur excluſa repræſentatio ſequentis in gradu, & videtur caſus in l. liberorum, ✝. non quibuſdam gradibus, ff. de verb. ſignific. per quem ita dixit Bald. in l. teſtamento, C. de ſuis, & legitimis. & eſt text. in l. ſi libertus præterito, §. ſi libertus, ff. de bon. libert.

3 Huic clauſulæ æquiparatur, ſi teſtator proximiores † vocauerit, quoniam patruus tanquam magis proximus excludit nepotem per ſubingreſſionem, Curt. iun. in d. conſilio 154. numero 9. Socin. iun. in conſil. 20. ad finem, volum. 3. Menoch. in conſilio 357. numero 3. volum. 4. Decian. reſponſo 5. nu. 391. volumin. 1. & latius per eundem Menoch. in conſil. 668. numero 7. volum. 7.

Quid autem ſi huiuſmodi clauſulæ ſimul & ſemel dictæ fuerint, In ſtirpes, & non in capita, Salua gradus prerogatiua, ſcripſi ſuperius in eadem parte, in clauſula 43. & vide Honded. in conſilio ſexageſimo, num. 77. volumine primo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Saluo, vt infra, eſt modificatiua, & declaratiua.*

2 *Relatio intelligitur facta ad ea, quæ legi poſſunt, non autem quæ ſubintelliguntur.*

3 *Legata prius facta non intelliguntur repetita in inſtitutione, propter clauſulam, Saluis præmiſſis.*

## CLAVSVLA 75.

*Saluo vt infra.*

HÆc clauſula eſt modificatiua, † & reſtringit ipſam generalitatem, l. Labeo, §. pure, ff. famil. herciſcund. Bald. in l. aſſe toto, ff. de hæredit. Inſtitut. & in Authen. interdicimus, C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. peremptorias, C. ſentent. reſcindi nõ poſſe. Angel. in conſilio 27. & conſilio 42. in fine, Roman. in conſilio 189. colum. 3. Mandell. de Alba, in conſilio 287. numero 10. allegat. l. ſi debitor, §. in venditione, ff. quibus mod. pign. vel hypotheca ſolu. & Dec. in conſilio 5. columna quinta. Item, denotat amiſſionem rei, ſecundum quam vult modificari dictum, præſens, Bartolus, in l. Gallus † §. idem credendum, in fine, & ibi Doct. ff. de liber. & poſthum. Et ſcripſi ſupra in par. 1. clauſula 134. numero 2. quod concurrente voluntate teſtatoris, aliquando hæc clauſula ampliat, & declarat ſubſtitutionem, atque probaui ita fuiſſe deciſum. 1 2

Declaratur hæc doctrina, dummodo referatur ad ſcripta inferius quæ oculis corporeis legi poſſint, non autem ad ea quæ ſubintelliguntur, Ruin. in conſ. 106. numero 3. ✝. ſub hac, & numero 4. volum. 4. Dec. in conſilio 190. numero 8. verſic 6. Menoch. in conſil. 1020. numero 42. volumine 11.

Si prius legata facta † fuerint, & poſtea in inſtitutione dictum fuerit: Saluis ſcriptis, vel firmis remanentibus, non ideo illa legat, cùm ſuis qualitatibus cenſentur in inſtitutione repetita, ſed dicuntur totaliter excluſa, ſeparata, Decian. in conſ. 11. numero 64. vol. 1. & conſil. 122. num. 3. & ſeq. volum. 2. & conſilio 51. num. 3. eodem vol. 1. 3

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Sanus mente, facit præſumptionem.*

2 *Teſtator quomodo probetur ſanus mente.*

3 *Clau-*

3 *Clauſula, Sanus mente, apponitur de cõſuetudine Notariorum.*

## CLAVSVLA 76.

*Sanus mente.*

1 IN dubio hæc clauſula preſumptionem † facit, quod ſi talis, niſi conſtaret quod eſſet in extremis, aut prius fatuus extitiſſet, Alexand. in conſ. 141. num. 11. vol. 1. & quomodo probetur
2 teſtatorem fuiſſe ſanum † mente, ad effectum validitatis teſtamenti, vide ibi per Alex. & adentes ad eum.

3 Item, hæc clauſula † apponitur de conſuetudine Notariorum, Alex. in d. conſ. 141. prope finem, ſequitur Ruin. in conſ. 189. col. 2. volum 1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſemper, in vltimis voluntatibus, inducit fideicommiſſum.*
2 *idem in clauſ. Perpetuo.*

## CLAVSVLA 77.

*Semper.*

1 IN materia vltimarum voluntatum † hæc clauſula importat fideicommiſſarius, Socin. in conſ. 12. col. finali, verſ. confirmatur prædicta, & in conſ. 43. col. 2. verſ. & magis in ſpecie adhuc probatur, eſt ſub num. 4. vbi voluit, quando clauſula, perpetuo, quæ idem ſignificat, quod ſemper, eſt appoſita iuxta nomen deſcendentes, facit diſpoſitionem perpetuam, & attenditur vltra quartum gradum, & per iſta, ita probat Dec. in conſ. 1. numero 291. volumine 1.

SVMMARIA.

1 *Relatio ad teſtamentum non diſponit.*
2 *Contractus relatus ad teſtamentum reſtringitur per illud.*

## CLAVSVLA 78.

*Secondo il teſtamento.*

HÆc clauſula eſt relatiua, & nihil diſponit, † niſi quatenus in teſtamento legitur, & diſpoſitum eſt, ad 1
tradita per Bart. in l. edita, num. 28. C. de edendo, Dec. in conſ. 362. num. 1. & in conſ. 374. num. 4. Curt. iun. in conſ. 92. num. 10. Gozadin. in conſ. 84. numero 6. Socin. iun. in conſ. 122. num. [illegible] vol. 3. Vide quæ ſcripſi ſupra in par. 2. clauſula 51. Et quando contraxerunt, ſe reſtrinxerunt ad teſtamentum, † etiam ſi verba contractus, vel tranſa- 2
ctionis eſſent ampliora, & plenius loquerentur, ſemper reſtringenda ſunt ad ipſum teſtamentum, ad quod referuntur, Lanar. in conſilio. 50. numero 14.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio poteſt fieri per hæredes abſque alterius miniſterio.*
2 *Clauſula,* Sia diuiſo egualmente, *cui ſubſtitutioni conueniat.*

## CLAVSVLA 79.

*Sia diuiſo egualmente.*

HÆc clauſula non inducit alicuius miniſterium, ſed importat, quod ipſi hæredes † poſſint inter ſe 1
diuidere, Corneus in conſ. 152. num. 3. volum. 2. quem ſequitur Decian. in conſ. 53. numero 3. volum. 4.

Item verba huius † clauſulæ ſunt 2
communia, quia poſſunt conuenire ſubſtitutioni directæ, & fideicommiſſariæ. Idem Decian. in d. conſ. 53. num. 15. vol. 4.

SVMMARIA.

1 *Legitimatus an contineatur ſub clauſula, Si ſine filiis legitimis.*
2 *Conditio Si ſine filiis, verificatur per ſolam exiſtentiam ipſorum.*
3 *Secus ſi dictum fuerit, ſine filiis, & hæredibus.*
4 *Qualitas hæreditaria, an cenſeatur adiecta gratia filiorum.*
5 *Conditio, Si ſine filiis, an intelligatur de feminis.*
6 *Maſculinitatis qualitas an cenſeatur repetita.*
7 *Subſtitutio prima quando euaneſcit, & ceteræ ſubſequentes extincta ſunt.*
*Conditiones omnes ſubſequentes regulantur poſt primam.*
9 *Conditio, Si ſine filiis, appoſita in vna perſona, an, & quando duret.*

CLAVSVLA 80.

*Si ſine filiis legitimis moreretur.*

HÆc clauſula, an intelligatur de legitimatis, † ſcribit Simon. de Pret. 1
de interpret. vltim. voluntat. lib. 1. ſolut. 2. numer. 13. & ſeq. fol. 56. ſuper quo articulo ego ſcripſi ſupra in parte ſecunda clauſula 48.

Item hæc clauſula verificatur per
2 ſolam exiſtentiam † filiorum: ita quod ſola illorum exiſtentia excludit ſubſtitutum, etiam ſi non ſint hæredes, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, l. filius familias, §. cum quis, de legatis primo, l. ex facto, §. finali, ff. ad Trebellianum. Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 77. verſ. pone ergo, qui atteſtatur de Communi, Gabriel. in tit. de fideicommiſſ. Concluſ. 4. in principio. Zanchus in l. heredes mei, §. cum ita, in 7. parte. num. 7. Mantica, de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 1. vbi late, & propterea grauatus per exiſtentiam filiorum, poteſt ad libitum diſponere, etiam inſtituendo hæredem extraneum. Clar. in d. quæſt. 77. verſ. pone ergo. Zanch. in d. n. 3. verſ. quarta vtilitas.

Sed hæc concluſio † non procedit, 3
quando fuerit additum, Si ſine filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus, quia tunc ſola exiſtentia non ſufficit, ſed qualitas hæreditaria eſt, Bartol. & Alexand. in l. ex facto, §. finali, n. 8 ff. ad Trebell. vbi putat opinionem Bartoli contra gloſſam eſſe veriorem, quam etiam Communem eſſe atteſtatur Alciat. in conſ. 1. nu. 17. vol. 3. & magis communem dicit Soc. iun. in conſ. 14. n. 1. vol. 2. Crauetta in conſ. 131. n. 7. Mantica in lib. 11. tit. 1. n. 9. verſ. illud etiam & cenſebitur iſta qualitas † adiecta gratia 4
filiorum, qui bona hæreditaria dicentur potius habere ex beneficio teſtatoris, quam ex beneficio legis ab inteſtato, ſiue ex teſtamento patris grauati, quo caſu pater grauatus, per exiſtentiam filiorum non poteſt diſponere, & ſi faceret contrarium, rei vendicatio competit, l. finali, § ſin autem ſub conditione, C. communia de legatis. Clar. & Zanch. in dictis locis, Cephal. in conſ. 117. n. 11. vol. 4. Simon de Pret. de interpretatione vltim. volunt. lib. 3. ſolutione 3. numero 4. verſic. Ego vero, fol. 300. qui multos refert.

Vtrum hæc clauſula, ſi deceſſerit ſine filiis, † intelligatur etiam de feminis, 5
ita quod maſculinum concipiat femininum, & ita femina excludat ſubſtitutum. Pro parte affirmatiua conſuluit Collegium Bononienſe, Collegium Peruſinum, Collegium Auenionenſe, & Collegium Florentinum, vt per Marzar. in conſ. 8. Cephal. in conſ. 45. vol. 1. qui alios refert, pro qua ſententia ego conſului in vna cauſa Piſana Fideicommiſſi de Bartolottis. Contrarium conſuluit Menoch. in conſilio 204. qui alios allegat, & vide eum-

eumdem in conſil.95 & in conſ 150. Et pro reſolutione quæſtionis, vide diſtinctiones per Gabriel.in titulo de ſubſtitutionibus concluſ.2 Manticam lib.11.titulo 13.Peregrin in Articulo 2. Simonem de Pret. lib.2. Solutione 3. num 70. & plurib. ſeqq. fol 147. & ſeq. Et quid ſi præceſſerit, vel ſubſe-
6 quuta fuerit qualitas maſculinitatis? † cenſentur in aliis repetita, vide Menochium in conſ.1070.vol.11.ſed quid ſi teſtator in vna oratione perfecta facit mentionem de filiis maſculis, in alia vero parte, & oratione perfecta de filiis ſimpliciter, non fiat repetitio maſculinitatis, quia ſi voluiſſet, id expreſſiſſet? multos congerit Riminald. iun. in conſil.59.num.56.vol.1.vbi atteſtatur eſſe magis communem opinionem, quam etiam eſſe veriorem probat Gabriel.in conſ.97.num. 28.vol.1. qui citat Albam in conſil.19. num.32. & vide eumdem Riminald. iun. in conſ.112.num.58.vol.2.vbi diffuſè, & num.159.& ſequenti.

Si hęc clauſula poſita eſt in inſtitutione, poſtquam plures ſubſtitutionum gradus facti fuerint, ſi inſtitutus deceſſerit cum filijs, & ita prima ſub-
7 ſtitutio † omnino extincta eſt, etiam cetere ſubſequentes ſubſtitutiones extinctę eſſe dicuntur, quia quando deficit conditio quo ad primos, non eſt locus ſubſequenti ſubſtitutioni. l.ſi mater, §.1 l.qui habebat, ff.de vulgar. & pupill. Oldrad.in conſ. 21.

Inde Doctores poſuerunt quæſtionem in fortioribus terminis, nam ſi teſtator dixerit: Si quis meorum hæredum ſine filiis, & nepotibus vel vlterioribus maſculis, aut ex maſculis deſcendentibus mori contigerit, vt tunc ſufficiat quem mori cum filiis ad extinctionem fideicommiſſi, quidquid poſtea de filiis ſuccedat, vt per Io.Andr. in Additionib. ad Specular. in tit.de teſtamentis, §.in primis, in vltima quæſt. quem refert, & ſequitur Paul.de Caſt.in l.ex facto §.penult.ff. ad Trebell.cuius dicti rationem ponit Bald.in l.precibus, col.2.in 3.oppoſitione, C.de impuber.ſubſtit.quoniam in conditionib. conſideramus principium exiſtentiæ, & non curamus poſtea ſucceſſum eius: & ita latiſſimè diſputauit ad partes Iaſ.in l. in ſubſtitutione, n.10 ff de vulg.& pup. Item, opinionem Oldradi ſequuntur plurimi Doct.relati per Manticam de conieċt. vlt.volunt.lib.11.tit.6.n.6. & per Menoch.in conſ.85. num.45. & per Dec. in conſ 636. Et hanc eſſe Communiſſimam ſententiam atteſtatur. Socinus iun.in conſ.111.nu.20. vol.1. Et ſecundum hanc ſententiam pluries iudicauit Rota Romana, vt decif.230.parte 2.in Nouiſſ.Anton.Gama, dec.Regni Luſitaniæ,354.

Quam ſententiam optime probat regula poſita per Aret.in l.Gallus §.& quid ſi tantum, col.3.verſ.ſecundo adde, vbi referendo doctrinam Bartoli, quod diſpoſitio facta in vno caſu trahitur ad alterum ex præſumpta mente teſtatoris limitat non procedere, quando extenſio fieret de perſona ad perſonam, nam tunc præſumpta mens non attenditur, ſed oportet cum mente concurrere verba, & ideo cum in hoc caſu eſſet extendere conditionem appoſitam in perſona inſtitutorum ad alias perſonas eiuſdem lineæ, non ſufficit coniecturata mens. Et cum fuerit conditio voluntaria, habebit locum ſolum in illis terminis, in quibus loquitur, vt per Bartol. in d.l. Gallus § & quid ſi tantum, & ad hoc eſt conſiliũ Decii, 218.

Cum igitur ſemper conſideretur exiſtentia conditionis tempore mortis, ita quod decedente grauato cum filiis, omnis ſubſtitutio, & fideicõmiſſum ſequens extinctum, neque poſſunt vlterius reuiuiſcere, ita declarauit So-

cin.in l.ſolemus, ff. de conditionib. & demonſtrat. ſuper diſpoſitione, ſi quis deceſſerit ſine filiis, Alexand. in conſ. 43. col. fin. vol. 3. & in conſil. 101. col. 3. verſ. quo ad tertium, vol. 7. Dec. in cõſilio 585. qui omnes refert, & in conſ. 594. col. 2. verſ. ex alio etiam capite, & in conſ. 636. num. 4 Bald. in l finali, in 25. quæſt. C. de hæred. inſtit. dicit, in negatiua conditione excludenda, ſufficit primus, & vnicus hæres: quam opinionem probat Communem Molina de primogeniis lib. 1. cap. 6. numero 16.

Si teſtator addiderit alias clauſulas,
8 videlicet, Durante † linea maſculina in infinitum; Item deficiente linea maſculina, ſuccedant proximiores ipſius teſtatoris; Omnes iſtæ clauſulæ regulantur à prima, Si quis ex inſtitutis deceſſerit ſine filiis, & cum iſta deficit, etiam aliæ ſubſequentes deficiunt, Rota in d. deciſ. 230. verſ. non obſtant conſiderationes.

Et licet opinio Oldradi limitetur, vt non procedat, quando diſpoſitio teſtatoris habet tractum ſucceſſiuum,
9 quia tunc conditio, † Sine filiis, appoſita in vna perſona, non exſpirat per exiſtentiam filiorum illius perſonæ, ſed durat, & non habet locum d. conſilium Oldradi 21. vt per Gabrieltit de fideicommiſſis, concluſ. 8. num. 6. Caſtrenſ. in conſ. 43. vol. 1. Pariſ. in conſ. 18. num. 43. vol. 2. Curt. iun. in cõſilio 21. num. 10. & ſeqq. plures addit Molina, de primogeniis lib. 1. d. cap 6. num. 18.

Tamen hæc limitatio procedit in caſu, quo teſtator proceſſerit ad alios gradus ſubſtitutionum, atque reciprocam ſubſtitutionem fecerit inter omnes deſcendentes in infinitum, quia tunc conditio intelligitur extitiſſe, etiam ſi aliæ perſonæ deceſſiſſent abſq; filiis, & ita fuit deciſum in Rota 29. Maii, 1587. in cauſa Bononienſi bonorum, coram Orano, & 27. Maij, 1596. in aliqua cauſa Bononienſi Fideicommiſſi coram Mantica, quas deciſiones refert idem Mantica, in d. lib. 11. titu. 6. n 6, in fine, in vltima impreſſione dicti Tract. ſub anno 1607.

Et ſuper his deciſionibus Rotæ faciendum eſt fundamentum in decidẽdo caſu ſimili, cum illa Rota ad decidendum caſum, vltra tot diſputationes concurrant tot alia vota Curiæ Scribentium, atque ſtudentium pro alterius partibus, de cuius authoritate ſcribo in Tractatu de Tribunalibus Vrbis, in c. de Authoritate Rotę, quẽ compoſui in prima mea adoleſcentia, & non eſt faciendum aliquod fundamentum in deciſionibus allegatis à Peregrino in Tractatu de Fideicommiſſis, Artic. 29. num. 36. quæ citra diſputationem iuris, ex votis per pallottas in iſtis partibus Patauinis fieri conſueuerunt. Quamuis etiam in ſenſum Rotæ Romanæ, illæ à Peregrino allegatæ deciſiones procedere videantur, cum caſus ibi ab ipſo figuratus, n. 36. reciprocas ſubſtitutiones exprimat, & idem Peregrinus, n. 37. & ſeq. ab huiuſmod limitatione recedit, quoniam tanquam ab hominum opinione procedente, nulla iuris authoritate fundata eſt, & ſimpliciter dicit ſequendam eſſe opinionem Oldradi in d. conſ. 21.

SVMMARIA.

*Clauſula, Si forte contigerit vnum ex hæredibus præmori, quomodo intelligatur.*

2 *Clauſula Si naſcetur, & decederet, quomodo intelligatur.*

CLAVSVLA SI.

*Si forte contigerit vnum ex hæredibus præmori.*

SIue ante, † ſiue poſt mortem teſtatoris hæres moriatur, ſemper huiuſmodi clauſula verificari dicitur, nã 1

dictio

dictio forte, ad certum tempus non ſe reſtringit, ſed vtrúmque caſum complectitur prout contigerit, ita probat Ruin. in conſil. 170. num. 5. & conſ. 183. num. 11. vol. 2. quem ſequitur Simon de Pret. lib. 4 dubitatione quarta, nu. 87. fol 455. Item, illa clauſula, Si naſcetur, & decederet,
2 † atque ita non extaret tempore mortis teſtatoris, includit etiam hunc caſum, ſi naſcetur, & mortuo ipſo teſtatore decederet in pupillari ętate, prout eſt caſus in l. fin. §. 1. C. de inſtitut. & ſubſtit. vbi ſubſtitutio facta in eo caſu, quo poſthumus natus non erit, fauore matris in medio exiſtentis, non extenditur ad caſum, cum natus erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſed quo ad alias perſonas teſtator dicitur complexus vtrumque caſum, vt ibi annotarunt Bartol. num. 3 Bal num 5. facit doct. inam Romani in conſ 56. numer. 3. quod ſubſtitutio facta ſi filius non eſſet in rerum natura, extenditur ad caſum, quando filius in rerum natura extitiſſet & in pupillari ætate deceſsiſſet.

SVMMARIA.

1 *Pupillaris an conueniat hæc clauſula ſine hærede ex ſe nato.*

2 *Excluſus à ſucceſsione inteſtatorum, dicitur excluſus à ſucceſsione inteſtabilium.*

CLAVSVLA 82.

*Sine hærede ex ſe nato.*

1 ETiam pupillis † conuenit hæc clauſula, qui ſine filijs decedere dicuntur, quos generare non poſſunt, ad Bart. in l. Centurio, num. 17. ff. de vulgari, & pupillari. Item, quia veriſsima eſt concluſio, quod quælibet diſpoſitio excludens à ſucceſsione filio-
2 rũ decedẽtium ſine teſtamẽto, † dicitur etiam eoſdem excludere à ſucceſſione filiorum, qui in infantia deceſſerunt & teſtatori non potuiſſent, Bart. in l. 1. per illum text. num. 2. ff. de ſuis, & legit. & in conſ. 138. hæc eſt copia cuiuſdam ſtatuti, & in conſ. 141. ſtatuto vrbis veteris, parte 1. & eſt magis communis opinio, vt atteſtatur Gabr. communib. concl. tit. de ſtatutis, cõcl. 1. Albert. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis, art 8. queſt. 12. num. 40. Craſſus in §. ſucceſſio ab inteſtato; queſtione 1. num 2. & 3. Valentin. Forſter. in tractatu de ſucceſſ. ab inteſtato, lib. 3. cap. 4. num. 10. ver. alij contrarium, fol. 153. Andr. Sicul. in c. cum tibi, de teſtam. vbi examinat iſtam quæſtionem per plurimas columnas, & dicit eſſe amplectendam opinionem Bartoli, Dec. in l. generaliter, num 5. verſ. ſed tamen, C. de inſtit. & ſubſtit. vbi probat hanc opinionem eſſe veriorem & magis communem, & in conſ. 563. hanc etiam dixit veriſſimam, & magis communem, Gabr. in conſ. 14. num 19. vol. 1. quos ſequutus ſum inter deciſiones Piſanas, voto 23. Addo Alciat. in conſ. 249. contra quem licet conſuluerit Purpuratus in cõſ. 511. vol... in eadẽ cauſa, & Menoch. in eodem art. in conſil. 609. ſequutus fuerit opinionem Purpurati, tamen non eſt recedendũ à communiori, & veriori ſententia in iudicando, licet in conſulendo Doctores ſauari aliter facere conſueuerint. Addo pro hac ſententia Decianum in conſ. 33. num 27. vol. 4. qui valde illam comprobat.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ſi non valet vt teſtamentum, valeat, &c. quomodo intelligatur.*

2 *Teſtamentum non poteſt valere iure donationis inter viuos.*

3 *Donatio facta in teſtamento, dicitur facta ſub conditione turpi.*

4 *Clauſula, valeat prout melius valere poteſt, cui æquiparetur.*

CLAVSVLA 83.

*Si non valet vt teſtamentum, valeat &c.*

1 SI hæc clauſula compoſita eſt ſimpliciter, videlicet: valeat † iure cuiuſlibet vltimæ voluntatis, tunc valebit iure codicillorum, Bal. in conſilio 504. nu. 3. vol. 5. Pariſ. in conſ. 25. nu. 6. vol. 3. Mantica, de coniectur. vlt. volunt. lib. 1. titul. 9. n. 46.

2 Sed ſi ſuperadditum fuerit, valeat etiam iure donationis † inter viuos, hæc clauſula nihil operatur quoniam aut teſtamentum eſt validum, & deficit conditio, ſub qua debet operari, aut teſtamentum non valet, & tunc etiam ſi hæres eſſet præſens, & acceptans, non videtur inducere donationem inter viuos, quoniam tunc videretur donare omnia bona præſentia, & futura, quod fieri non poteſt, l fin. C. de pac. cum ſimil. & ita dixit Imola, in l. hæredes palam, §. fin. num. 23. ff. de teſtam. quem ſequitur Ruin. in conſil. 178. num. 13. verſ. nec etiam eſt verum, 3 vol. 1. item, quia hæc donatio † facta in teſtamento, diceretur facta ſub conditione turpi, ſcilicet, ne poſſet reuocari ipſum teſtamentum, & ita repugnaret bonis moribus, cum impediret liberam teſtandi facultatem, ad l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. ad tradita per Couarr. in Rubrica, de teſtam. in 2 par. nu. 17. verſ. hinc probari poterit, & per Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 95. qui alios referunt. Bart. & Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. Caſtr. in d. l. hæredes palam, §. finali. Item, quia talis donatio ſequitur naturam teſtamenti, in quo inſerta eſt, vt poſt alios ſcribit Ruin. in conſilio 129. nu. 6. & plur. ſeqq vol. 1. Cran. in rubr. de legat. 1. numer. 164. in fine, vbi quod talis donatio ſi facta eſſet in caſum mutationis, aut reuocationis teſtamenti, auferret liberam teſtandi facultatem, quoniam metu donationis factę, abſtineret à reuocatione, & noua teſtamenti confectione.

Si vero dictum fuiſſet: Valeat, prout melius valere poteſt, tunc hæc clauſula æquiparatur clauſulæ, Omni meliori modo, & relictum factum filiis, intelligitur factum iure inſtitutionis, ad Bal. in l. quoties col. fin. C. de hæred. inſtit. ſcripſi latius ſupra, eadem parte, in clauſula Omni meliori modo, vide Dec. in conſ. 9. n. 87. vol. 4. 4

SVMMARIA.

1 *Clauſula, ſi quis deceſſerit, comprehendit maſculos, & feminas.*

2 *Verbum, Amplectitur, & verbum, continet, idem ſignificant.*

3 *Statutum, ſi qua perſona deceſſerit, quas comprehendat.*

CLAVSVLA 84.

*Si quis deceſſerit.*

TAm maſculos, † quam feminas 1 hæc clauſula ex proprietate ſermonis complectitur, idque probatur per l. 1. ff. de verb. ſignific. vbi expreſſum eſt, quod dictio (ſi quis,) tam maſculos, quam feminas complectitur. Sed verbum complectitur, denotat proprietatem, l. 2. ff. de penu legata, vbi textus ait: Qui penum legat, quid legato complectitur, videamus, & ſtatim ſubiicit. Quintus Mutius ſcribit, auena legata cōtineri † quę 2 eſui, potuiq; ſunt, &c. ergo verbū cōplecti & cōtineri idem ſunt. Sed verbū continere denotat proprietatē. Dec. in l. 2. §. creditum numero 3. ff. ſi cert. pet. Nec poteſt dici, quod dictio, Si quis, ſit vox communis, ideo continet feminas, quia pronomen hoc,

hoc, habet etiam femininum expreſſum, videlicet, Si qua, vt l. qui filiabus §. 1. de legat. 1. ſi qua filia mihi genita erit.

3 Item in ſtatuto diſponente, per hæc verba, Si qua perſona † deceſſerit ſine deſcendentibus, vel aſcendentibus maſculis, feminæ deſcendentes non ſuccedant. Huiuſmodi verba comprehendunt hæreditatem aſcendentium tam paternam, quam maternam, propter illa verba, ſi qua perſona, quæ ex proprietate ſermonis apta ſunt comprehendere tam patrem, quam matrem, Decian. in conſilio 339. column. 1. Iacob. Nouell. in tractat. de iure protomiſ. §. 1. numero 12. quos ſequitur Caualcan. in deciſione 2. numero 26. parte quarta.

SVMMARIA.

1 *Ordo ſucceſſiuus inter quos ſubſtitutos inductus dicatur.*

2 *Subſtitutio fideicommiſſaria quando inducatur per ordinem ſucceſſiuum.*

3 *Verba importantia tractum futuri temporis, quando cenſeantur repetita.*

CLAVSVLA 85.

*Subſtituit Fullanum, eiuſque liberos, & liberorum liberos.*

1 CVm inter huiuſmodi ſubſtitutos ordo ſucceſſiuus † inductus fuerit, vt probaui ſupra in clauſula, Ordine ſucceſſiuo; cumque huiuſmodi clauſula tractum temporis in futurum habeat, ideo ſubſtitutio fideicommiſ-
2 ſaria † dicenda eſt, Bart. in l. Gallus. §. quidam recte, numero 4. & ibi omnes Doctores. Socin. numero 9. ff. de liber. & poſth. Crauetta in conſilio 131. Socin. ſen. in conſil. 51. numero 11. volumine 4. Pariſ. in conſilio 11. numero 29. & ſeq. volumin. 3. Alciat. reſponſo 484. in fine. Et quando conſtat de voluntate teſtatoris, etiam ſi verba illa tractum futuri † temporis ſignificantia ad heredis inſtitutionem referantur, adhuc cenſentur in ſubſtitutione repetita. Socin. ſen. in conſ. 12. in 3. dubio, vol. 3 Crauetta in d. conſilio 131. numero 5. Item, de huiuſmodi clauſula: Subſtituo mihi fratres meos, & eorum filios, ac deſcendentes, &c. vide Menoch. in conſilio 376. numero 2. volum. 4. 3

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Ita quod, an ſit enunciatiua, an diſpoſitiua.*

2 *L. pater filium, §. fundum, de legatis tertio, declaratur.*

3 *Primogenitura perpetua quando ſit inducta per clauſulam, ita quod.*

4 *Fideicommiſſum quando inducitur per clauſulam, ita quod.*

5 *Clauſula, Ita quod, quando declaret, quando ampliet, & quando limitet.*

CLAVSVLA 86.

*Talmente che.*

ISta clauſula Latine Sonat, Ita quod, & enunciatiua verba continet, † non 1
autem diſpoſitiua, & propterea nihil operari videtur, ad text. in l. pater filium, † § fundum, de legatis tertio, in 2
verſiculo. Ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine veſtro exeat, præſertim cum verba huius clauſulæ nullum habeant ſenſum perfectum, ſed à diſpoſitione præcedente dependeant. Sed certe in d. § fundum, illa verba futuri euentus enunciatiua erant, quē teſtator euenturum dubitabat, ideo nihil diſponebant: ſed quando per

modum cauſæ, vel rationis expreſſa ſunt, tunc ipſa clauſula diſponere dicitur: Et ideo ſi enumeratis perſonis in quas teſtator diſpoſuit, addiderit clau-
3 ſulam: † Ita quod bona mea remaneant in Cippo, & familia, cenſetur induxiſſe perpetuam primogenituram, vt probat Molina, de primogeniis lib.1.cap 5.numero 6.ver.ſecunda coniectura, & numero 13.qui alios refert, clauſulæ enim huiuſmodi, Ita quod, vel, Adeo quod, ſignificantes cauſam voluntatis, poſſunt inducere
4 fideicommiſſum, † vt dicit Bart.l.ſi ſocer, §.Lucius, ff.ſolut. matrim. & in l. qui volebat, ff. de hæred.inſtit. & in l. ex hac ſcriptura col.2.verſic. venio ad ſecundum, ff.de donationibus. Socin. conſ. 227.colum 2 ver.quinto, volum. 2.& conſil 12.col.finali, & conſil.45. col.2.& 3 & conſ.57. colum.3.volum. 3. Riminald.iun.in conſilio 739. num. 84. Et dicit Rota Romana, quod huiuſmodi clauſula videtur addere modum rei diſpoſitæ. Thomas Faſtol. cauſa 11.dub.31. numero 2.l.Titio, in princ.& §.Titio, ff. de condit. & de-
5 monſtrat. Item, declarat † præcedentia Socin.ſen.in conſil.49. numero 5. & in conſil.141.numero 9.vol 1.Dec.in conſilio 227.col.3.Pariſ. in conſ. 1.numero 33.volum.3.& in conſilio 92.numero 33.volumine 2 Socin.iun.in cõſilio 181.numero 31.vol. ſecundo qui alios refert. Et ideo videtur limitare diſpoſitionem l. Gallus, §. idem credendum, ff.de liberis, & poſthum.tamen in caſu ſuo debet ſtare ampliatiue, maxime ne verba ſint ſine effectu operandi. Socin.in conſ. 241 in fine, volumine 2. Rimin. iun. in d.conſil. 739.num.87. Et hoc procedit, quando aliunde conſtat huiuſmodi clauſulam eſſe prolatam ad finem continuandi, & ampliandi diſpoſitionem, vt not. Angel.in l.nulla, de legatis primo, licet regulariter intelligatur ad declarandum, & limitandum, Gabriel. in conſ.111.nu.24.volumine 1.Cęſar Barzius in deciſione Bononienſ.79.num. 29. Alexand. in l. legata inutiliter, de legatis primo. Ruin.in conſil.1.num. 12. volum. 4. Riminald.iun. in conſ. 482.numero 38.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum intelligendum ad litteram, quomodo debeat interpretari.*

2 *Interpretatio veriſimilis eſt ſpecies.*

## CLAVSVLA 87.

### *Teſtamentum intelligatur ad litteram.*

PEr iſtam clauſulam omnis interpretatio, † etiam mentalis excluſa 1
videtur, ſed non excluditur interpretatio legitima, quæ conueniat litteræ, & menti, & rationi expreſſæ per teſtatorem, Bart.in l.omnes populi, in 6. quęſt, principali, ff.de iuſt. & iure. Iaſ. num.53.& ſeq Io. Baptiſta de Sancto Seuerino, ibid.numero 129. Baldus in Auth. Si qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ.in l.non dubium, C de legibus. Angel.in l.ſi ita ſcriptum, ff.de liber.& poſthum. Alex.in conſ.50.& conſ 80. volum.primo, vbi dicit ita communiter teneri, & notant omnes in l. prima, ff ſi cert.pet. Ruin.in conſ.3 num.
10.volum 5.Interpretatio † veriſimilis 2
eſt ſpecies ſcripturæ, Bald. in conſil. 275.colum.3.vol.1. & ideo non excluditur à diſpoſitione, ſtante ſtatuto, quod illa intelligatur ad litteram, Bal. in conſil.411.colum.1.vol.1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Tunc & eo caſu, eſt reſtrictiua, & taxatiua.*

2 *Plus operatur, quam dictio, Tunc, ſola.*

3 De-

3 *Denotat extremitatem temporis.*
4 *Non importat extremitatem temporis ad effectum facti, ſed ad effectum iuris.*
5 *Hæreditas poteſt adiri ex vehementi opinione delationis.*
6 *Subſtitutio pupillaris, an & quando excludatur per vulgarem cum clauſula, Tunc, & eo caſu.*
7 *Caſus ſimiles non excluduntur per clauſulam Tunc & eo caſu.*
8 *Extenſio ad caſum ſimilem non fit propter clauſulam, Tunc, & eo caſu, & non aliter.*
9 *Clauſula, Ex tunc, æquiparatur clauſulæ, Tunc, & eo caſu.*
10 *Clauſula, Tunc & eo caſu, magis præciſe diſponit, quam clauſula, Tunc, eo caſu.*

## CLAVSVLA 88.

*Tunc, & eo caſu.*

SÆpe ſæpius per teſtatores huiuſmodi clauſula in ſubſtitutionibus apponi conſueuit, quæ de ſui natura
1 † reſtrictiua & taxatiua eſt, ita vt omnes alij caſus prorſus non expreſſi excludantur, Ancharan. in conſilio 357. Bald. in conſilio 57. volum. 2. Dec. in conſil. 63 conſ. 305. conſilio 332. & ſequent conſilio 516. Socin. iun. in conſ. vltim. col. 2 in fine, vol 2. & in conſil. 159. col. 3. vol. 2. Zanchius, in l. hæredes mei, § cum ita, num. 1048. & ſeq in fine, ff. ad Trebell. Cephal. in conſilio 269. num. 29. Marzarius in Tractatu de fideicommiſſ. part 2. quæſt 14. Roman. in conſilio 131. & in conſ. 138. verſic. Tunc & eo caſu. Rubeus Alex in conſ. 31. num. 5. Crauetta in conſil. 98. numero 5. Menoch. in conſ. 152. num. 41. volum. 2 diffuſè per Riminald. iun. in conſil. 110. num. 33. vol. 1. Berous in conſilio 99. numero 9 vol. 2.

Item plus operatur clauſula, Tunc, & eo caſu, quam † dictio, Tunc, ſola, 2
quia licet importet idem, quod eo caſu, tamen quando vtrumque ponitur, dicitur geminata diſpoſitio, Roland. à Valle, in conſil 56. numero 20. & ſeq. volumin 3. Dec. in conſil. 2. numero 24. & ſeq. vbi multos refert, vol. 2.

Clauſula Tunc, † & eo caſu, adie- 3
cta diſpoſitioni conditionali, denotat extremitatem temporis, vt prius conditio debeat exiſtere, quam diſpoſitio aliquid efficiat. Ancharan. in conſilio 354. numero 3. & plenius in conſ. 356. num. 5. late Roland in conſil 56. num. 18. & ſeq. vol. 3. Dec. in d. conſil. 63. vbi Addentes alios allegant, Caſtrenſ. in conſil. 184 num. 2 & conſ. 185. num. 2. volum. 2. Bartol. in conſil. 16. Vannutius numero 4 parte 2. Et quod deſignet extremitatem temporis, eſt textus l. 1. §. finali, ff de condit. & demonſtrat. vbi Socin. notat, l. in ſubſtitutione in fine, ff. de vulgari, & pupil. Ruin. in conſilio 200. num. 9. vol. 2. & exponitur, id eſt illo tempore, gloſſa in l. Gallus, in prin. verbo, Tunc, & ibi Angelus ff. de liberis & poſthumis. Rolandus in conſil. 56. num. 19. & ſeq. volum. 3. Riminald. iun. in conſ. 247. numero 26 & ſequenti, vol. 3. Et ad aliud tempus referri non poteſt ſecundum eoſdem & Riminald. iun. in conſ. 97. num. 7. & ſeq. volumine 1.

Pari ò declaratur, quia non importat extremitatem † temporis, ad 4
effectum facti, ſed effectum iuris, vt ſi teſtator inſtituit hæredem extraneum, tunc ſi naſceretur filia ſola ex ventre prægnante ſuæ vxoris, cum primum poteſt ſciri quòd ſit filia ſola etiam non nata, dictio, Tunc, importat extremitatem temporis effectus
iuris, quia † hæreditas poteſt adiri 5
ex vehementi opinione, antequam vere ſciatur, an ſit delata, ita Ancharan. in conſilio 354. numero 5 & ſeq.

Secundo declaratur: quia licet ſubſtitutio vulgaris expreſſa contineat pupillarem tacitam ad l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. tamen, propter huiuſmodi clauſulam † Tunc, & eo caſu, inducit nedum extremitas temporis, ſed etiam taxatiua, vt pupillaris non contineatur in vulgari, & perinde eſt, ac ſi dixiſſet, vulgariter tantum, Dec. qui multa allegat in conſilio 314. colum. 2. verſic. ſecunda ratio, & conſ. 331. vbi latius.

6

Sed Rota Romana tenet contrarium, quia huiuſmodi clauſula non excludit illud quod venit ex natura ſubſtitutionis vulgaris, prout etiam ſi adeſſet dictio tantum. Caſſador. deciſione 1 de teſtament. vbi quod ita Rota iudicauit, & reſpondet ad omnia contraria. Socin. in conſ. 106. numero 1. & numero 28. & numero 30. volum. 2. allegat Barbat. in conſilio 21. volum. 2. & quod huiuſmodi clauſula ſtet demonſtratiue & non reſtrictiue, Caſſador. in d. deciſione 1. de teſtament. Niſi concurreret mens diſponentis, vt quia ſupereſſet perſona, quam veriſimiliter voluit excludere, prout mater, frater, & ſimiles, vt ibi per Caſſadorum.

7 Tertio declaratur, vt non excludat caſus ſimiles, † ſi mens teſtatoris non repugnet, ad tex. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum iuncto princ. illius legis, ff. de liber. & poſthum. quem tex. ad hoc ponderat Gozadin. in conſil. 64. in fine, Galiaula, in d. §. & quid ſi tantum numero 14. vbi reprobat Ancharan. & Decium, per tex. in l. 1. ff. de vulgar. Alciat. in lib. 2. de verborum ſignificat. in tertio axiomate. ꝟ. ſed quod ſi limitatiua, vbi reprobat Decium contrarium tenentem, contra quem etiam Ripa in dicta l. 1. numero 166. ff. de vulgari, & fuit iudicatum contra Dec. in Rota vt in d. deciſione 1. de teſtamentis per Caſſador. plura ad hoc allegat Marzarius in conſil. 7. num. 21. & Simon de prae. lib. 5. Solutione 6. numero 49. fol. 251. vide Roland. in d. conſil. 70. numero 50. & ſeq. vol. 3.

Hoc autem dictum declaratur, quia nullatenus fit extenſio, † quando fuit 8
dictum, Tunc, & eo caſu, & non aliter, nec alio modo: Vel fuerit dictum: Tunc, & in caſu praedicto tantum, Ita Ioan. Dilectus de arte teſtandi, titulo de ſubſtitut. cautela 5. num. 5. Caſſador. d. deciſ. 1. de teſtamentis, Fulgoſ. in conſilio 46. in fine, Clarus in §. emphyteuſis, quaeſt. 13. numero 5. ꝟ. item quaero, vbi quod operetur clauſula, Non aliter, nec alio modo.

Huic clauſulae, Tunc, & eo caſu, aequiparatur clauſula, † ex tunc, Ægid. 9
Bellamera, in conſ. 39. numero 10. ꝟ. nec obſtat. Sed aliquando clauſula ponitur Tunc, eo caſu, aliquando Tunc, & eo caſu, vt per Roman. in d. conſil. 131 & ibi Mandoſ. in additionibus dat plures concordantes: Et quando dicitur, Tunc, † & eo caſu, magis 10
praeciſè diſponit, nec ad alium caſum extenditur, Roland in conſ. 56. num. 26. & ſeq. volum. 3. Decian. in conſ. 2. num. 25 vol. 2. & plenius in concluſ. 3. numero 45. & ſeq. eod. volum. 2.

## SVMMARIA.

1 *Fideicommiſſum importatur per clauſulam verbis communibus conceptam.*
2 *Fideicommiſſum eſt onus.*
3 *Exſtinguitur ſemel purificata conditione.*

## CLAVSVLA 89.

*Vada allo piu vecchio.*

IDem eſt dicere, vadat, ſicut deueniat, vel perueniat, ergo haec clauſula † concepta eſt per verba Communia,

nia,ex quibus verbis importatur fideicommiſſum, Bartol.& Communiter Doctores,in l.centurio, in 5.quęſtione ff.de vulgar.& pupil. vbi Iaſ.in verſic. circa quintam quęſtionem, Bar.in ſuo conſil.241.incip. pater filio impuberi, Alex. in conſilio 57. vol.2.& conſilio 36.vol.3.late per Baldum in l.finali, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Et ſi nihil vlterius dictum fuerit, tunc exſtinguitur fideicommiſſum, quia illud eſt onus,
2 † l.cohæredi,§.cum filię, ff de vulgari, & ibi Iaſ.in 6. notab. qui allegat etiam notata,in l. cum ita,ff.ad Trebell. in l. commodiſſime, ff.de liber. & poſth.
3 & ideo ſufficit † conditionem ſemel fuiſſe adimpletam, l. ſi quis hæredem, & ibi latiſſime Iaſ.C.de inſtit. & ſubſtitut. ſub conditione factis, & in l.in ſubſtitutione,ff.de vulgari, cum ſimilibus.

SVMMARIA.

1 *Verba teſtatoris interpretantur ſecundum communem vſum loquendi.*

2 *Verba in vulgari à teſtatore prolata in Latinum conuerſa à Notario, quomodo interpretentur.*

CLAVSVLA 90.

*Verba teſtatoris in vulgari ſermone interpretantur.*

1 ILla regula quæ habet, † verba teſtatoris interpretanda eſſe ſecundum communem vſum loquendi, l. ſi ſeruus plurimum, §.finali,de legatis 1.l. Labeo,& ibi Bart.ff.de ſupellectili legata,l.liberorum, §.quod tamen. Caſſius de legatis tertio, l.cum de Lanionis,§.aſinam, de fundo inſtructo, ſuper qua regula ſcribit Mantica de cõiect.libro 3.tit.8. non procedit, quan-
2 do verba in vulgari † ſermone ſunt à teſtatore prolata, & Latine ſcripta fuerunt à Notario,ita firmat Bartol.in l.ſi quis filiabus, num.3 & 4. ff.de teſtament.tut. Alex.in conſ.37.19.vol 6. Dec. in conſil.258. num.2. & 6. in fin. Sed iſtam diſtinctionem declarat Mántica,in d.titul.8.num.9. quando verba Latina diſtinguuntur à vulgaribus, nam vulgaria debent interpretari ſecundum vulgarem conſuetudinem, ſed Latina ſecundum regulas artis,vel ſecundum groſſum modum loquendi litteraliter.Bald.in l.lege duodecim tabularum, numero 3.in fine,C.de legit.hæredibus. Alexand.in conſilio 2. numero 55 vol.1. quæ omnia probat ex pluribus Hieronymus Muſurmus, in tractatu de iuriſdictione, & imperio,numero 22.Sed Rota tenet,quod quando verba vulgaria ſunt in Latinum redacta,tunc ſunt interpretanda prout de iure,Caſſad.deciſione vnica, numero 4.ſub titulo de cleric.non reſidentibus.

SVMMARIA.

1 *Trebellianicæ detractio eſt prohibita per clauſulam, abſque diminutione.*

2 *Legitimæ detractio per quam clauſulam ſit prohibita.*

3 *Legitimæ onus tranſit cum iure accreſcendi.*

CLAVSVLA 91.

*Voluit bona ſua abſque diminutione ad deſcendentes tranſire.*

ETiam Trebellianicæ detractio per huiuſmodi † clauſulam prohibita 1 eſſe cenſetur, Gloſſa in l.decem, ff.de fideicommiſſ.libertat. quam ſententiam ſequuntur plurimi relati à Mantica,de coniectur.libro 7.titul.12. numero 16 & Gabriel. in communibus conclus.ad Trebellianum, concl.7.

NNN

& Clar.in §.teſtamentum, queſtio 62. numero 4. Craſſ. in §. Trebellianica, quæſt.8. numero 3. Roland. in tractatu de inuentar. parte vltima, §. ſtante igitur, num.3. item per eandem clauſulam cenſetur prohibita legitimæ † de-
2 ductio, Bar. in l. Centurio, num.27. ff. de vulgari, & pupill. dum ait quod per huiuſmodi clauſulam teſtator videtur facere directam ſubſtitutionem, quia alias detraheret legitimam, ſequitur Alexand. ibi numero 76. Aret. colum. 20. ℣. In eadem gloſſa, Curt. iunior in conſ.73. num.3. Cephal. in conſ.16. nu. 56. vbi quando iubet omnia, & ſingula bona reſtitui. Petra de fideicommiſ. prohibit. aliena. quæſt.15. numero 119. & hoc onus non detrahendi Legitimam, vel Trebellianicam tran-
3 ſit † cum iure accreſcendi, vnde portio deficiens per repudiationem, accreſcit hæredi cum ſuo onere, l. vnica, §. his ita, C. de cadu. toll. Bart. in l. re coniuncti, num.54. ff. de legat.3. vbi conſtituit regulam, quod portio deficiens accreſcit cum onere ſibi iniuncto, & ſequuntur communiter Doctores ibi, vt ibi atteſtatur Ripa, numero 190. Bologn. num.368. Gomeſ. de teſtamentis, c.20. numero 43. vbi dicit hoc procedere non ſolum in vniuerſalibus, ſed etiam in particularibus relictis, quando deficit portio per repudiationem, Craſſ. in §. ius accreſcendi quæſt.30. numero 1. & numero 3. vbi dicit eſſe communem. Simon de pret. de interpret. vlt. volun. lib.3. interpr. 1. dubio 5. ſolut.3. numero 14. fol.207. & in puncto, quod onus legitimæ adiectum tranſeat in eum, cui fuit legitima acquiſita, eſt text. in l. cum patronus, ff. de legatis ſecundo, vbi Bal. notat, quod etſi onus legitimæ adiectum non valeat, quod ad eum cui legitima fuit relicta, valet tamen quo ad eum, cui legitima accreuit, per alterius repudiationem: & ille textus qui loquitur in legitima patroni, procedit etiam in legitima filio debita, vt poſt plurimos relatos probat ibi eſſe communem opinionem. Peralta Vaſquius de ſucceſſ. creation. §.10. nu.423. Cuccus in tractatu de legitima, §. nec vſufructu, numero 26. in fine.

SVMMARIA.

1 *Inſtitutio cenſetur facta per clauſulam, Volo eſſe hæredes.*

## CLAVSVLA 92.

*Volo vxorem meam hæreditare.*

HÆc clauſula denotat inſtitutionem, l. Pamphilo, §. propoſitum, de legatis tertio, Ruin. in conſilio 1. numero 23. verſic. volo † 1
fratres eſſe hæredes, volum.2. Bartolus, Angelus, & Ripa, in l. ſerui electione, de legatis primo, Natta in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, colum.4. ℣. vnde illa animi deſtinatio, qui reprobat Cuman. per l. cetera, §. ſed & ſi quis, in prima lectura, colum. fin. de legatis primo.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, volens teſtator bonam fidem agnoſcere, quid operetur.*

## CLAVSVLA 93.

*Volens teſtator bonam fidem agnoſcere.*

HÆc clauſula ſignificat, vt vnicuique ſuum tribuatur, agendo ſecundum bonam conſcientiã, ita vt nec ſe, nec ſuum hæredem velit cum ſua iactura locupletari, ita poſt Socin. relatum probat Simon de Pret. lib.4. dubitat. 4. num.83. fol.455.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Vt ſupra, refert, limitat, & reſtringit.*

2 *Fideicommiſſum reſtringitur ad formam inſtitutionis præcedentis.*

3 *Repetitio non fit eorum quæ expreſſa non fuere.*

4 *Relatio per clauſulam, vt ſupra, quando fiat ad vnam tantum conditionem.*

5 *Clauſula, vt ſupra, refertur ad modum, non ad perſonam.*

## CLAVSVLA 94.

### *Vt ſupra.*

SCripſi de hac clauſula ſupra in par. 1. clauſula 174. Et inter alia, quod repetit omnia præcedentia cum ſuis qualitatibus, quibus adde Hondedeũ in conſil. 79. nu. 20. vol. 1. qui plurimos
1 refert. Et ita limitat, † atque reſtringit diſpoſitionem præſentem ſecundum præcedentia. Mandell. de Alba, in conſilio 473. num 5. & num. 15. & ibi Addentes probant, ita vt vltra caſum expreſſum non extendatur, Alexand. conſilio 59. col. fin. ℣. non obſtat, vol.
2 1. Et ideo fideicommiſſum † non ampliatur, ſed reſtringitur ad formam inſtitutionis, & ſubſtitutionis factæ, vt in ſimili probat Cephal. in conſil. 269. numero 40. & 46. & ſeq. volumine 2. Rim. iun. in d. conſilio 80. num. 32. & ſeq. Item, ſi in inſtitutione vniuerſali expreſſe, & nominatim feudalia poſita ſunt, etiam in fideicommiſſo poſtea inferius facto, cum huiuſmodi clauſula cenſeatur incluſa, vt poſt alios probat Burſat. in conſilio 151. num. 46. & ſeq. vol. 2.

Declaratur, quia licet repetat om-
3 nia † præcedentia cum ſuis qualitatibus, non tamen repetit ea, quæ vere expreſſa non ſunt, neque ea quæ inferius dicta ſunt, Dec. in conſil. 80. numero 22. & ſeq. vol. 3. Item, ſi in præcedentibus multæ conditiones appoſitæ fuerunt, & in ſubſequentibus repeta-
tur vna tantum † conditio videlicet, 4
cum tali conditione, vt ſupra, non importat repetitionem in omnibus aliis qualitatibus, & conditionibus, Cuman. in conſ. 22. in fine: Et bene repetitiua omnium, quę de coniunctis relata, vel dicta ſunt, etiam in ſtatuto, Anchar. in conſil. 370. qui loquitur in clauſula, vt ſupra dictum eſt. Item hu-
iuſmodi clauſula ſemper † refertur ad 5
modum & ordinem ſuccedendi, non autem repetit perſonas, vide Menoch. in conſilio 269. numero 34. volumine 3.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, refertur ad omnes ſubſtitutiones.*

2 *Subſtitutio pupillaris ad quas perſonas referatur.*

3 *Subſtitutio qualibet expreſſa, & ſpecialis per quam clauſulam cenſeatur inducta.*

4 *Subſtitutus quando poſſit eligere per quam ſubſtitutionem velit admitti.*

5 *Clauſula vulgariter, pupillariter, &c. quando habeat ſolum effectum vulgaris.*

6 *Subſtitutio per fideicommiſſum, quando ſit fruſtratoria.*

7 *Subſtitutio, vulgariter &c. eſt de ſtylo Notariorum, & nihil operatur.*

## CLAVSVLA 95.

### *Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

HViuſmodi clauſula in fine poſi-
ta, † ne dum ad proxima, ſed ad 1

omnes ſubſtitutiones præcedentes refertur, Fulgoſ.in conſil.13.num.2. Anchar.in conſil.68.num.2. verſiculo reſtat tamen vnum dubium, & in col. 3.Socin.in conſil.280.num.7. vbi verbum pupillariter, † ſi non poteſt referri ad omnes perſonas in præcedenti oratione nominatas, vult referri ad eas, ad quas commode referri poteſt, ſingula ſingulis referendo, Par.in conſil.36.numero 34.vol.2.ſiue ſit poſita iſta clauſula, vnico contextu orationis ipſarum ſubſtitutionum, ſiue in oratione ſeparata, poſt ſubſtitutiones volens teſtator prædicta valere vulgariter, pupillariter & per fideicōmiſſum. Simon de Pret. de interpr. vltim. vol. lib.3.interpretat.2.dubio 1.ſolut.4.numero 26 fol.235. Bart.in l. Centurio, num 38 in 4.quęſtion. principali, vbi Ripa, numero 171.ff.de vulgar. & pupillar. Bald. in l. ſi pater C.de fideicommiſſ. Zanch.in l.hæredes mei, § cum ita, numero 8.13. ff.ad Trebellian.

2

3 Huius clauſulæ natura eſt, † vt quęlibet ſubſtitutio expreſſa, & ſpecialis iuxta caſuum contingentiam cenſeatur inducta, Bar.in d.l.ſi pater numero 2. C de fideicommiſſ. Dec. in l.precibus, numero 20. C.de impub.ſubſtit. Alex.in conſilio 208.num 1. volum.6. Guido Papę, deciſione 533 Berous, in conſilio 94.numero 9. & conſilio 123. numero 24.& conſil.128. numero 17. volum 2.Socin.in conſil.100. numero 2.& conſilio 128.numero 7.Decian.in conſil 95.num.4. verſic. ſed in caſu iſto.Corn.in conſilio 158.colum 3.verſiculo, ſed iſtis non obſtantibus, volum.tertio, Dec.in conſilio 141.numero 11.volum.1. Riminald.iun.in conſilio 279.à numero 246. vſque ad numerum 152. volum.tertio, Simon de Pret.de interpretat.vltim.voluntat. libro ſecundo, dubio 4.ſolut. 5.numero 23.& ſeq.fol.235.

4 Propter huiuſmodi clauſulam ſubſtitutus † poteſt eligere, per quam ſubſtitutionem admitti velit, an per vulgarem, an per fideicommiſſ.l.recuſare, §.Titius, Digeſtis ad Trebellian. & ibi notat Bart.cum aliis per Peregrin. de fideicommiſſ. Articulo ſecundo, numero 67.& ſeq. & per Decian. in conſil.41.numero 10.& ſequenti, volum.1. Tamen neceſſe eſt, quod dicta clauſula in omnibus dictis caſibus verificetur, alter non poſſet dari electio in illis caſibus, qui verificari non poſſent, Decian.in conſilio 9.numero 53. verſiculo, ergo ſi non poteſt verificari in pupillari, quia V.G.patruus non habet nepotes in poteſtate, quod eſt præcipuum requiſitum ſubſtitutionis pupillaris, vt inſtit. de vulgari & pupillari, in princ.& l. ſecunda cum ſua materia, Digeſtis de vulgari. Et cum

5 deſit pupillaris, † quæ refertur ad tempus mortis, deeſt etiam tempus in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quod omnino requiritur pro ſui validitate ad tradita per Peregrin. de fideicommiſſ.art.34.num.99.℣.cum autem adiecta fuit pupillaris, quo caſu neque pupillaris, neque fideicommiſſaria locum habere poteſt, vt conſuluit Berous, in conſil.63.numero 3.& ſeq.numero 8.vol 2.cum aliis per Manticam de coniect.lib.3.tit.14.num.6. Et cum nullum adeſt verbum denotans dilationem temporis, ideo non poteſt valere, niſi per modum vulgarem. Socin. iun.in conſilio 10.num.48. vol.1.Rauden.in deciſ.Piſana 34.num.20.℣.opponebatur per text.l.vbi pure, ff. ad Trebell. ideo ſi teſtator plures filios inſtituerit, atque ſubſtituerit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, data portionum æqualitate, ſub-

6 ſtitutio illa per fideicommiſſum † eſt fruſtratoria, & nullius momenti, quia viciſſim tantum vnus daret, quantum alter acciperet, Bart.& Alexander in l. 1.in

1.in princip.C.de pact. per text.l.ab omnibus §.ſi à Titio,de legat.1. idem Bartol.in l.ſi quis ſeruum, ff.de condit.& demonſtr. & in l.1.in quæſt.11. ff.de iure codicil.Aretin.in l.ſi plures, num 5.ff.de vulgar.Dec.in l.in teſtamento, numero 5. C.de teſtam.milit. Socin.iun.in conſ.105.numero 46.volum.3.Crot.in conſ 62.per totum, volum.1.Cepha.in conſ.326.numero 22. Quare, vt ſubſtitutio fideicommiſſaria reciproca valeat inter habentes plures portiones æqualiter, conditio mortis adiecta eſſe debet, ſaltem in præcedente, vel ſubſequente oratione,Ruin.in conſil.120.num.4 & plur. ſeqq.volum.3.

Item hæc clauſula,ſi non conuenit † perſonis, quibus adiecta fuerit, puta quia ſubſtituti non ſint impuberes, 7
nec in poteſtate teſtatoris, tunc de ſtylo Notariorum appoſita cenſetur, Mantic.libro 3.tit.14.num.6 Honded. in conſilio 46. numero 3 & ſeq. volum.2.Cagnol.in l.precibus, num.235. C.de ſubſtitut. & tunc quia hęc clauſula repugnat menti teſtatoris, omnino eſt reiicienda, vt probat Silueſt. Aldobrand. in conſilio 37. numero 7. quem ſequitur Mantica in nouis additionibus ad dictũ titulum 14.numero 6.in fine.Addo conſil 155 num. 8.volum.1.conſiliorum vltimarum voluntatum.

# TRACTATVS DE CLAVSVLIS

## *PARS QVARTA.*

## IN QVA TRACTANTVR COMMVNIA de Clauſulis.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ generales,quomodo ſint intelligendæ,& reſtringendæ.*
2 *Clauſula generalis quomodo reſtringatur ad ſpecificata.*
3 *Verba ex aliqua cauſa quomodo referantur.*
4 *Tranſactio indefinita non præiudicat extra rem petitam.*
5 *Clauſula generalis quando reſtringenda eſt.*
6 *Clauſulæ generales poſt caſus ſpecificatos non comprehẽdunt maiora expreſſis.*
7 *Clauſula generalis in diſpenſatione non traditur ad maiora.*
8 *Clauſulæ generales in derogatorijs poſitis non egrediuntur limites diſpoſitionis.*
9 *Clauſula generalis in fine,quando referatur ad omnia,ſingula ſingulis referendo.*
10 *Clauſulæ generales quomodo dicantur exequutiuæ*
11 *Clauſula ſuſpenſiua, quæ ponitur inter decreta,dicitur pars gratiæ.*

12 *Clauſulæ generales dicuntur poſitæ fauore impetrantis.*

13 *Clauſula generalis in dubio non reſtringit, quando poſt expreſſionem generis ſequitur enumeratio ſpecierum.*

14 *Et quid quando enumeratio reſpicit actum legandi.*

15 *Et quid quando genus, & ſpecies eamdem perſonam reſpiciunt.*

16 *Clauſula generalis aliquando refertur ad maiora expreßis.*

17 *Clauſulæ generales non capiunt vocationes futuras.*

18 *Clauſulæ generales priuilegiorum non porriguntur ad ignorata.*

19 *Clauſulæ generales in mandato reſtringuntur.*

## CLAVSVLA I.

### *Generalis.*

1 Clauſulæ † quantumuis generales ſunt intelligendæ, & reſtringendæ ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur, l. iubemus, C. ad Velleia. l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. l. ſi vno, in princip. vbi Bart. ff. locat. Idem Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 10. ff. de verb. oblig. Nam generalis tantum ad
2 ſpecificata † refertur, l. ſi de certa re. C. de tranſ. vbi communiter ſcribentes, & addentes ad Bart. in l. ſanctio. ff. de pœnis, etiam hæc concluſio ponitur pro regula ex d. l. ſi de certa re.

Quam intelligas veram, quando præcedit clauſula ſpecialis, & poſtea ſubſequitur generalis, nam tunc reſtringitur ad ſpecificata, ſecus ſi alia clauſula æque generalis præcedat, tunc enim non reſtringitur, ſed vnaquæque ſuũ effectum operatur, ita Alexand. in conſ. 117. num. 3 vol. 1.

Vel hoc intellige de clauſula generali, per quam quis confitetur nihil aliud habere, ex aliqua cauſa, quia tũc illa verba † ex aliqua cauſa, referuntur, & porriguntur ad omnia. Albetic. 3
in d. l. ſi de certare in prin. vbi Io. Fab. num. 23. & ibi quod tranſactio † indefinita non præiudicat extra rem pe- 4
titam, ſecus ſi per verba vniuerſalia, dicendo: Omne, & quidquid. Alex. conſ. 11. num. 17 vol. 2. & de Communi Aretin. in d. l. ſi de certa re, ſub numer. 2. ante medium.

Et hoc, quia ratio recti ſermonis aliter non patitur, vt Roman. in d. l. ſi de certa re, num 6. & Aret. num. 2. quare fallit regula, quando ratio recti ſermonis aliud ſuadet, Doct. in d. l. ſi de certa re, vbi Corn. Paul. de Caſtr. Aretin. Rom. num. 6. Salic. num. 2. Alex. num. 2. & Iaſ. num. 3. Alciat. num. 9. Franciſ. Curt. num. 5. & ita de communi opinione firmauit Alciat. conſ. 285. num. 7 Franc. Aretin. conſil. 116.

Nam clauſula generalis † poſita 5
poſt ſpecificata, reſtringitur ad præcedẽtia narrata, quando reſtringi poteſt, ſalua rectitudine recti ſermonis Bart. in l. emptor, §. Lucius, num. 3. ff. de pacto, & in l. Aurelius, § Seio, ff. de lib. legat. Aret. conſ. 60. num. 2. & conſ. 147. num. 1. Bal in l. pacta, num. 9. C. de collation. Iaſ. in l. doli cauſa, num. 2. ff. de verb. oblig. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 7. ff. eod. tit. & in l. ſi de certa re, num. 2. C. de tranſact. Rota deciſ 18. num. 2. de præbend. in Nouiſ.

Item clauſulę generales † poſt caſus 6
ſpecificatos non cõprehẽdunt maiora expreſſis, gl. in l. ſi fugitiui, in ver. qualibet alia pœna, C. de ſeru. fugitiuis, & hãc opinionẽ tamquã cõmunẽ probat AndreasSicul. in c. ſedes, n. 147. & ſeq. de reſcript.

Quod ampliatur etiã in diſpoſitione, vbi clauſula generalis non traditur ad maiora. † Siluan. cõſ. 45. n. 43. & de cõ- 7
muni, Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, n. 121 ff. de vſucapiõ. Crot. conſ 60. n. 22. vol 1. Caſtrẽ cõſ. 467. n. 7. vol. 2. cũ aliis per

per Curt.ſen.conſ.16.n.26.℣.iſta pars. Caput. dec.145.n.4.p.1.& dec. 272.n. 3.eod.lib.& dec.100.num.2.lib.3.deciſ. 303.num.6.lib.2.

Item huiuſmodi clauſulæ genera-
8 les † in quibuſcumque diſpoſitionibus derogatoriis poſitæ, non egrediuntur limites diſpoſitionis,ſed ab ea regulantur,& non habent locum, niſi ea effectuata,gl.in l. patronus. §.ſi patroni,ver. Fauiana.ff.ſi quid in fraude patron.Felin.in cap.licet in corrigendis,num.7.de offic. ordin. Decius conſ.195. col.4. verſ. tertio hoc non omnino.Pariſ.conſ.1.num. 90.& conſil.11.num. 34. lib.1.& fuit dictum in cauſa Oriolen. decimarum, 9. Iunij 1586.coram.Orano, & in cauſa Eugubina Sancti Stephani 11.Martii 1599. coram Pamphilio, vbi de clauſula derogatoria generali ad quoſcumque diſpoſitiones,Put. deciſ.1. lib.1. Gabr. de clauſula concl.3.num 82.& nu.85.

9 Item clauſula generalis † in fine poſita,debet referri ad omnia ſingula ſingulis referendo,gloſſa finali,l.ſi negotium,C.de negot. geſt. & in l.finali, verſ.vniuerſitatis, C.de fideicomm.& in l.generali,ver.non expectata, C.de reb. credit. Decius conſ. 186. num.4. verſ.quarto conſiderandum, & conſ. 384. verſ. illud vero,& conſ. 225.in princ.& 292.num.6.verſ. non obſtat, & conſ.391.num.6. verſ. illa verba, & conſil 394 num.3.

Hoc tamen procedit,quando clauſula generalis alias ſaluari non poteſt ſecundum rectitudinem ſermonis,vel ſequeretur correctio,aut repugnantia in eadem diſpoſitione, aut ex alia ſimili cauſa,ſecus quando nulla adeſſet cauſa,vel ratio ita referendi,quia tunc non eſt referenda, Angel. in l.finali,num.4. C. de fideicommiſſ. & fuit dictum in Catinen.iuriſdictionis, 26. Nouemb.1576.coram Cantuccio,quę eſt dec.54.num.15.& ſeq par.2.diuerſ.

Item huiuſmodi clauſulæ generales
† poſitæ in ſupplicatione poſt verſ.& 10
cum abſolutione à cenſuris, &c. non dicuntur exequutiuæ,ſed cum ſint appoſitæ inter decreta ad validandam gratiã poſt corpus ſupplicationis,& habeant particularem ſignaturam Principis,dicuntur diſpoſitiuæ,& ideo ampliant,vt reſtringunt gratiam. Caſſad. dec.5.n.2.de reſeruat.& fuit dictum in dicta cauſa Eugubina, beneficii S.Stephani,die 15.Martij 1599.corã Pamph.

Et ideo clauſula † ſuſpenſiua, quæ 11
ponitur inter hæc decreta,dicitur pars gratię & operatur effectum ſuum,ita vt ampliet, vel reſtringat generalem diſpoſitionem. Nec dicitur clauſula exequutiua.Caſſad.d.dec.5. n.2.de reſeruat.& fuit dictũ in cauſa Eugubina.

Adde quod iſtę clauſulæ generales
† ſunt poſitę fauore impetrantis, & i- 12
deo poteſt impetrans omittere aliquã earum in litteris, vt fuit reſolutum in cauſa Calaguritana beneficij de Carzire,30.Octobris 1587.coram Pamp.

Præterea, clauſula generalis † in 13
dubio non reſtringit,quando poſt expreſſionem generis ſubſequitur enumeratio ſpecierũ,quia ſpecies dicũtur expreſſæ cauſa demonſtrationis, & maioris declarationis, non autem reſtrictionis, l. quæſitum, §.finali,ff.de fund.inſtructo, l. legata ſuppellectili, ff.de ſuppellect.legata,l.pediculis, §. habet,ff.de aur.& arg.legato, Dec.in c.ſedes,num.9.de reſcript. & in l.ſi in toto iure num. 15 & 16.de regul.iur. Soc.iun.conſ.98.num.30. lib. 1. Crau. conſ.227.num.7.Affl.deciſ.106.num. 2.& 3 in nou. in qua Domini de Rota receſſerunt à reſolutione facta in eadem cauſa, trigeſima Ianuarij 1581. coram Blanchetto, & eſt deciſio trecẽteſima trigeſima octaua,parte ſecunda in nouiſſimis.

Præſertim quando ſpecierum e-
numeratio † reſpicit actum legandi,ad 14

Bart. in l. quæſitum §. fin. num. 1. & nu. 15. poſt. med. verſ. aut reſpicit, ff. de fun. inſtr. Abbas in cap. ſedes, num. 12. ad fin. verſ. aut ſpecies, de reſcript. Dec. in l. in toto iure, num. 19. de reg. iur. Corn. conſ. 4. num. 6 vol. 2. Rota d. deciſ. 189. par. 3. in nouiſſ.

Adde, quod in dubio cenſetur reſpicere actum legandi, Bartolus in d. l. quæſitum, § finali, num. 15. paulo poſt med. verſ. aut poteſt eſſe dubium, ff. de feud. inſtructo, Dec. in d. cap. ſedes, num. 9. verſ. aut ſpecies, de reſcrip. Corn. in conſ. 200 num. 6. vol. 3.

15 Idem, quãdo genus † & ſpecies eamdẽ perſonam reſpiciunt, l. quęſitũ §. idem veniunt, ff. de fund. inſtructo l. ſi mancipia, in princip. ff. eod. tit. Dynus in cap. generi per ſpeciem, de regul. iur. lib. 6. Crauetta in conſ. 227 num. 9 Cephal. in conſ. 372. num 28. lib. 3. & multo magis quando non adeſt aliqua dictio taxatiua Crau. in d. conſ. 227. num. 8. Rota d. deciſ. 189. in nou. item quando inter genus, & ſpeciem ponitur aliqua copula, videlicet (&) aut ſimiles, vel ampliatiua. Pariſ. conſ. 62. num. 34. & ſeq. vol. 1. Præſertim quando ſpecies ſub genere continentur. Afflict. deciſ. 106. nu. 8. Crauet. d. conſ. 227. num. 9. & ſeq.

16 Præterea clauſula generalis, † quãdo ineſt ratio, cur ad maiora expreſſis referri debeat, referenda eſt. Pariſ. conſ. 50. n. 17. & conſ. 55. num. 31. & 32. & conſ. 86. num. 42. & 43. vol. 2. Hieronym. Gabr. in conſ. 31. vol. 1. & ſi cum omnibus remotis conueniat, ſaltem ad ea quibus conuenit referenda eſt, conſ. 250. num. 2. Guido Papa deciſ. 533. verſ. & qui hęc verba. Iaſ. in l 1. nu. 8. verſ. iſtam regulam, C. de liber. & præterit. Pariſ. conſ. 53. num 37. vol 2.

17 Item huiuſmodi clauſulæ † generales non capiunt vocationes futuras. Felin. in c. conſtitutus, num 22. verſ. ſed alias vigore mandati, de reſcript. Thaniſ. deciſ. 69. Mandoſ. ſuper regula 32. quæſt. 3. & fuit reſolutum in cauſa Viduen. Canonicatus, 6. Martij 1595. coram Pamph.

Et clauſulæ generales † priuilegiorum, quæ alias ſolent habere clauſulam, circa ſpecialis derogationis, & cæter. non porriguntur ad ea, quæ pręſumuntur ignorata. Cur. iun. in conſ. 170 num. 31. vol. 2 Soc. iun. in conſ. 77. num. 106. & conſ 126. volum. 1. Natta conſ 209. num. 6. & ita fuit reſolutum in cauſa Valentina decimarum, prima Iulij 1598. coram Seraphin. & vide ſupra in 1. par. in ver. clauſula, ex certa ſcientia, non operatur in his quæ ſunt facti, quia præſumitur ignorata. 18

Et clauſulæ generales † poſitæ in mandato, reſtringuntur circa contenta in mandato, & vltra ea non extenduntur, c. qui ad agendum, de procurator. lib. 6. Alb. in l. 1. n. 12 ff. de off. prętor. Alex. in l. qui Romæ, §. Callimachus, numer. 9. ff. de verb. oblig. & in conſ. 22 in fin. vol 1. Ruin. in conſ. 49. numer 3. volum 5. & fuit reſolutum in cauſa Arimінen. cenſus, prima Iunij 1588. coram Seraphino, in cauſa Nolan. ſeu Romana Mercedis, 12. Iunij 1596. coram Pegna, & 1. Iunij 1597. coram Corduba, & in cauſa Veneta bonorum, 13. Nouembr. 1607. coram Pamph. 19

## CLAVSVLA 2.

*Generales reſtringuntur.*

VT ea non comprehendant, quæ non eſſet quis veriſimiliter conceſſurus, & tunc ſpeciales expreſſę, iuris præſumptione, derogant generalibus, vt ſub generalibus non comprehendantur, capitul. in generali, de regulis, libro ſexto.

Item in generales reſtringuntur, vt quod ex ipſis comprehendant, habita

conſideratione ad perſonas quib. fit conceſſio, quamuis alias deberentur, vt c. ſi eo tempore, de reſcriptis, lib. 6. & d. capitulo in generali.

Item generalitas reſtringitur in multis, vt habetur in capitulo, cum in multis, de reſcrip. lib. 6.

Item reſtringuntur, ne ad maiora ſpecialiter expreſſa extendatur, cauſa ſedes, de reſcrip. lib. 6.

Item reſtringuntur ad ſolita l. ſi finita, in prin. ff. de damno infecto & l. fiſtulas, §. vltimo, ff de contrah. empt.

Item ad certa, non autem ad incerta, ſeu dubia, an ſint ſub illo genere.

Item vt doloſe facta non comprehendant.

Item ad nominatim ante expreſſa.

Item reſtringuntur ne proſint contrafacienti conuentioni.

Item ad debita, ſi non autem in debita, ſicut prohibitio generalis arctatur ad licita, nec illicita comprehendit.

Item clauſulæ generales reſtringuntur ad præſentia tantum, & hęc ſunt vera, niſi ſunt talia, quæ regulariter reſpiciunt futura, vt eſt conſtitutio, ſiue lex, & priuilegium, quod etiam eſt lex priuata, quæ comprehendunt futura, vt c. fin. de conſtit. lib. 6. nec præterita comprehendit, niſi in ipſis caueatur, & tunc, nec etiam comprehendit præterita, de quibus eſt lis, & not. in auth. vt cum de appellat. cognoſc. de prin. & ne lite pend. lib. 6. in cap. vt dilectus. Nec ad illa quæ aliter poſſidet, etiam de facto dumtaxat. Neque obligat ſtatim, ſed poſt tempus à iure definitum.

Item reſtringuntur ad appellationē, tempore generalis conceſſionis.

Item ad id quod participat genus præcipuè, & in ſtatu proximo.

Item ſuum arbitrium boni viri.

Item, ad id, quod eſt veriſimilius.

Item ad id, quod complete, ſiue perfecte factum eſt.

Item ad ciuilem modum, non autem ad perniciosum generaliter concedenti.

Item ad id, quod iure fit.

Item ad maiora.

Item non extenduntur ad ea, quæ ſunt caput in genere.

Item ad id, quod eſt perpetuum non temporale.

Item non comprehendunt ea, de quibus ſpecialiter cautum fuit.

Item arctantur ad illa, quæ commodè fieri poſſunt.

Item arctantur, ne extendantur ad incommodum alterius.

Item ne ius commune lædatur ſi aliter poſſunt effectum habere.

Item ne contineant id, quod incipit eſſe iniquum.

Item ne comprehendant poteſtatem priuilegialiter conceſſam.

Item vt nihil concedi videatur in præiudicium commiſſionis factæ, quo ipſa attenuetur.

Item ne ſpecialiter prohibita comprehendat, vt ad caſum captioſum, vel acceptationem.

Item reſtringuntur clauſulæ generales propter effectum, qui eſt ſingularis, vt in litteris generalibus prouiſionum, nam ibidem effectus eſt ſingularis, licet litteræ ſint generales.

Item arctantur, vt infinitas, & onus graue euitentur, item temporis præfinitione.

Et his caſib. generalitas proprie dicitur perimi, ſeu extingui non autem arctari, ſicut in ſolutione, l. cum incertus, de legat. 1.

Item propter loquentis conſuetudinem.

Item propter ſpeciei conceſſionem de generale alij factam, & eſt ratio artiſtarum, quod intelligitur in alio ſi exprimatur, per amplius non intelligitur.

Item ne claues Eccleſiæ vilipendantur.

Item ne generales id comprehendant,quod alter poſſidet,nam ſi comprehenderent hunc caſum, poſſidens à poſſeſſione caderet, abſque cauſę cognitione,quod eſſe non debet.

Item ne comprehendant ea, ſuper quibus eſt lis.

Item ne comprehendant perſonam loquentem,neque eam quæ pari iure gaudet.

Item quando clauſulæ generales habent vnum ſolum caſum indiuiduum,tunc perinde eſt,ac ſi ille caſus ſpecifice dictus eſſet, quia vt ait Porphyrius,Sophroniſci filius eſt indiuiduus,ſi ſibi ſit vnicus filius.

Item mandando prouideri de dignitate in genere, non intelligitur de dignitate cum cura,quoniam hæc reſcripta ambitioſa ſunt,ideo reſtringēda.

Item clauſulæ generales in caſu odioſo nunquam comprehendunt vniuerſitatem; Nam de impetrando via iuris communis contra vnum, & alios quoſcumque,non comprehenditur vniuerſitas, nam relatiuum diuerſitatis,vt aliud,refert diuerſum in ſuppoſito,ſed idem in ſubſtantia.

Item pluralis loquutio in materia odioſa intelligitur,vt ſit ſalua, quæ in duobus ſaluari poteſt.

Item clauſulę generales arctantur, ne gratiam adiiciant gratię,niſi de prima fiat mentio,& hoc eſt in caſu ſpeciali,c.ſi is cum quo,de filiis præsbyterorum,lib.6.

Item arctantur, vt conceſſum in genere,ita videatur conceſſum, vt ius aliud competens non lędatur.

Item ne id quod facto ſit, comprehendant.

Item arctantur proteſtatione.

Pro quibus omnibus videndus eſt, Io.Monachus,& ibi Probus in additionibus,in dicto capitulo,in generali, de regulis iuris in 6. vbi hęc omnia cum allegationibus cōprobatur ibi à numero 3.vſque ad numerum 51.

SVMMARIA

1 *Geminatio clauſularum non patitur reſtrictionem.*

2 *Geminatio verbum, vel actuum, an debeat fieri ex interuallo.*

3 *Geminatio non operatur in præiudicium tertij.*

## CLAVSVLA 3.

*Generales Geminatæ.*

OMnibus, & quibuſcumque vel qualitercumque & quouis modo importans, † vt nulla diſtinctio, 1
nulla reſtrictio,aut nulla limitatio fieri poſſit,Crauetta conſ.135. num. 5. & conſ.294.& conſ.308.Iaſon.conſ.124. col.fi. & conſ. 147. col. 2. vol.4 & vt ſubiungit ibi Crauetta verba prægnātia,& vniuerſalia habent vim ſpecialis expreſſionis,inducendo Bart.in l.1.in fi ff.ſi quis in ius vocatus non ierit,& alia,vt ibi per eum.

Permulti tenent verborum geminationem nihil operari,quando dicta ſunt verba Sinonyma,† & illorum di- 2
uerſitatem non augere effectum ſuū, quia diuerſitas vocabulorum non inducit diuerſitatem effectus, Pariſ. in conſ.110.num.45.& ſeq.vol.1.quia eſt eadem ratio in vocabulo ſimplici,quę eſt in omnibus,& ideo geminatio non operatur,l.ſi mulier,in ſecunda,C.ad Velleian.Crauetta,in conſ.160. num. 6.Tobias Nonius, in conſ. 7. num. 9. Caualcan.deciſione 6 num.45.& ſeq. par.2.Item quod virtus geminationis nihil operatur,quando eſt facta incontinenti,ſine interuallo,probat Fel.in c. ſi cautio,numero 40. & ſeqq. de fide inſtrumētor. Tiraquel.in l.ſi vnquam, ver.reuertatur,numero 49& pluribus ſeqq.C. de reuocand. donationibus.

Sed

Sed iſtorum ſententia procedit quando ſumus in geminatione actuum non autem quando verſamur in geminatione, & cumulatione verborum, ne alterum ipſorum ſtet ſine virtute operandi, ad text. in l.ſi quando,C.de inoff.teſtam. cum ſimilib.& ita declarat. Pariſ.in conſ. 71. numero 21.vol.3.& in conſ. 18. numero 9.eod.vol.3.& in conſ.37. numer.58 vol.2.Iaſ.in l.1.num.30.& numer.33.ff. de offic.eius cui mandata eſt iuriſdictio,& hanc ſententiam tenet Rota Bononienſis,vt per Cæſarem Barziũ in dec.5.num.13.& ſeq. verborum enim geminatio enixam voluntatem oſtendit,l.baliſta, ff. ad Trebellian. & probat Curt.ſen.in conſ.66. col.11.vbi multa de huiuſmodi clauſulis adducit, Rol in conſ.71.n.49. &ſeqq.vol.2.

3 Declaratur † hæc concl. vt enixa voluntas importata propter virtutem verborum geminatorum: nunquam intelligitur facere tertio præiudicium, Socin.iun.in conſ.77.num. 105. vol.1. Et dicit Bald.in conſ.245. col.2. volumine primo,quod quanto plures clauſulæ apponuntur,eo magis præſumuntur fraudulenter appoſitæ,vt tertio paretur præiudicium, ſequitur Crauetta in conſilio ducenteſimoquadrageſimo primo, col. 10. verſiculo poſtremo ad multiplicationem,quos refert.& ſequitur Menoch.in conſilio primo numero 435.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ vniuerſales non reſtringuntur.*

2 *Verba vniuerſalia æquipollent expreſſioni ſpecificæ.*

3 *Verba vniuerſalia geminata habent vĕ diuiſiuam.*

4 *Clauſulæ vniuerſales ſunt maioris efficaciæ,quam generales.*

5 *Et ſunt præciſe.*

CLAVSVLA 4.

*Vniuerſales.*

OMnia complectuntur,† & non debent reſtringi,nulla exiſtente ratione reſtringendi ,prout late ſcribit Ludouic.Morotius in conſilio 59. columna 1.item hoc procedit,etiam ſi vniuerſaliter intelligendo ſequeretur amiſſio lucri;nam verba vniuerſalia † æquipollent expreſſioni ſpecificæ, & operantur ,ac ſi in ſpecie mentio de caſu illo habita eſſet,qui ſub vniuerſalitate verborum contineri poteſt. 1 2

Item verba vniuerſalia† geminata, habent vim diuiſiuam, & idem efficiunt,ac ſi expreſſim , & diuiſim de ſingulis caſibus mentio habita ſit, de quib.omnib.ſcribit diffuſè Ludouic.Morotius, in conſ. 43.num.19. & ſeq.qui ceteros allegat. 3

Item clauſulæ vniuerſales † ſunt maioris efficaciæ quam generales,ideo omnia comprehendunt , nullo penitus excepto ,vt probat poſt alios, quos allegat Schrader. in tractatu de feud.p.10.ſectione 5 num.71.& quod præciſa † ſint, neque vllam reſtrictionem admittant,ibid.numero 72.item quia ampliant ſignificatum verbi cui adiunguntur, ibidem numero 73. & quid propterea operentur,ibidem numero 74.& ſequ.& quid ſi ſint geminatę. Idem de feudis pagina decima ſectione decima.numero 163. 4 5

CLAVSVLA 5.

*Plura reſpiciens determinabilia.*

DEbet pariformiter determinare,l.iam hoc iure, ff.de vulg. & pupill l.quamuis,& l hæreditatem,C. de impub.ſubſtit. l.ſi legatarius , vbi Bartol. de legat. 3.& fuit reſolutum in cauſa Vrbeuetana Caſtrorum die 19. Ianuarij 1579. coram Blanchetto.

Fallit, quando eadem ratio non militat, Imola in l. Caius, num. 2. ff. ſoluto matrim. & facit text. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de manumiſſ. teſtam. & l. ſi ſeruus liber, ff. de ſtatu liber. Dec. conſ. 456. num. 12 & conſ. 394. num. 3. Cacheran. deciſ. 20. num. 5. Surd. conſilio 31. numero 15. Iaſ. conſilio 162. nu. 8. volum. 2. fuit dictum in d. cauſa Viterbien. Caſtrorum coram Blanchetto.

## CLAVSVLA 6.

*Specialis.*

NOn reſtringit præcedentem generalem, l. Regula, §. licet, ff. de iuris & facti ignorant. Imol. in l. ſi ita quis, §. ea lege, num. 9 de verbor. oblig. Dec. conſ. 125. col. penult. verſicul. confirmatur, & fuit reſolutum in cauſa Camarinen. domorum, 18. Aprilis 1572. coram Orano, quæ eſt deciſio 11. ante num. 2. p. 1. in Nouiſſimis.

Quod intellige in dubio, ſecus quãdo res eſt clara, quia tunc attenditur clauſula ſpecialis non generalis, Salic. in l. fin. num. 2. verſ. ſi quidem, C. de pact. dotalib. Rota d. deciſ. 11. & deciſ. 8. num. 3. p. 1. in Nouiſſimis.

## CLAVSVLA 7.

*Poſita coniunctiue.*

CLauſula, quando per ſe eſt perfecta, licet ponatur coniunctiue, non tamen intelligitur ſecundum terminos prioris diſpoſitionis, Bartol. in l. Seio, §. Caio, num. ſecundo, ff. de fund. inſtruct. Ruin. conſilio 176. numero quinto, & num. 8. volum. ſecundo, & fuit reſolutum in cauſa Vrbeuetana Caſtrorum, 2. Iunij 1568. coram Blãchetto, vt eſt in deciſ. 326. part. 1. in Nouiſ. vbi aliç deciſiones allegantur.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ præſeruatiuæ quid operentur.*
2 *Emphyteuta alienans, & tradens, quando non cadat à iure ſuo.*
3 *Quando non excuſetur vigore clauſulæ, Non alias, &c.*
4 *Clauſula ſine præiudicio eſt præſeruatiua, & conditionalis.*
5 *In quibus non operantur.*

## CLAVSVLA 8.

*Præſeruatiuæ.*

CLauſulæ præſeruatiuæ † operantur, vt vaſſallus, vel Emphyteuta alienans rem feudalem, non cadat à iure ſuo, ſi alienat ſaluo, & reſeruato beneficio directi domini. Dec. conſ. 160. num. 4. limitatur quando ſequuta eſt traditio, quoniam proteſtatio eſt contraria facto. Dec. ibidem. Clar. in §. emphyteuſis, quęſtione octaua num. 5. ſublimita quando † eſt appoſita alia clauſula, Non alias, aliter, nec alio modo, quia etiam ſi eſſet ſequuta traditio, non cadit à iure ſuo. Clar. in §. feudum, q. 31. num. 6. verſ. bene verum eſt, & in §. emphyteuſis, quęſt. 13. num. 6. verſ. Item quęro, & ita reſolutum eſt in Rota in cauſa Senogallienſi bonorum, 2. Iunij 1597. coram Orano.

Declara ſublimitationem, quando ex tali traditione domino nullum damnum euenerit, vt quia res tradita de facili recuperari poſſit, ſecus, quando eſt difficilis recuperationis, vt puta ſi eſſet Caſtrum, quia tunc etiam ſtante illa clauſula, Non alias, nec alio modo non excuſatur emphyteuta, † Guido Papa dec. 163. n. 1. Grãmat. dec. 49. n. 4. Clar. in §. emphit. quęſt. 13. n. 5. v. Itẽ quęro. Rota in dict. deciſ. Senogallien.

galliẽn bonorum, ſecunda Iunij 1597. coram Orano vide pro hoc ſupra in prima parte, in Clauſula, Non alias, aliter, nec alio modo.

4 Clauſula, Sine præiudicio, † eſt preſeruatiua, & eſt conditionalis, Puteus deciſione 24. parte ſecunda, Rota deciſione 320. numero ſecundo, parte 1. in Nouiſſimis & deciſ. 785. numero 4. parte 1. in Nouiſſimis, & hæc etiam ſcripſi ſupra in par. 1. in clauſula, Sine præiudicio, & reddit actum ita conditionalem vt quando adeſſet aliquod præiudicium, ſit perinde ac ſi actus factus non fuiſſet. Put. deciſione 32. numero 1. par. 2. Rota, deciſione 320. numero 2. parte prima, in Nouiſſim. Cæſar de Graſſis deciſ. 2. numero 1. de verborum ſignificat.

5 Item † clauſula præſeruatiue non operantur circa ea, in quibus ſibi quis expreſſe præiudicium facit. Oldrad. in conſilio 330. in fine. Sarnenſ. in regula de iure quæſito non tollendo, quæſtione prima, in fine cum aliis allegatis ad hoc in cauſa Melitenſ. beneficij, 10. Decembris 1586. coram Seraphino.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ per ablatiuum abſolutum dant iuriſdictionem ſub conditione.*

2 *Iuriſdictio non competit ante implementum conditionis.*

3 *Iuriſdictio vt competat, conditio debet eſſe impleta. & de implemento conſtare in actis.*

4 *Conditionibus quis poteſt renunciare.*

5 *Clauſulæ conditionales habent locum etiam in prorogato.*

6 *Iuriſdictio per clauſulam, conſtito, cenſetur ſimpliciter data.*

CLAVSVLA 9.

*Clauſulę per ablatiuum abſolutum.*

POſitæ † in commiſſionibus dant iuriſdictionem ſub conditione, l. à teſtatore, ff de condit. & demonſtr. de quo ſcripſi diffuſè in l. prima, in Rubr. in 1. quæſt. ff. ſolut. matrim. Put. deciſione 18. libro 3. & deciſ. 282. numero 2. lib. 3. & deciſ. 429. lib. 1. Staphileus de litteris iuſtitiæ, § dicta, numero 42. 1

Et ideo non impleta conditione, non competit iuriſdictio, † & quidquid agitur ante huiuſmodi implementum, eſt nullum. Put d. deciſione 429. lib. 1. Verall. deciſ. 125. & deciſione 150. parte 1. in Nouiſſ. & fuit reſolutum in cauſa Cæſarauguſtana Cappellæ S. Crucis de Vagera, 13. Ianuarij 1589. coram Orano, & vide ad materiam ſupra in p. 1. in clauſula, Parito Breui, & in clauſula, Parito iudicato, & in clauſula, Sine preiudicio exequutionis, & in clauſula ſine præiudicio exequutionis litterarum, & in clauſula, Sine retardatione ſolutionis pẽſionis. 2

Neque ſufficit conditionem † eſſe adimpletam, niſi de illius adimplemẽto conſtet in actis, vt iudex poſſit eſſe certus de ſua iuriſdictione, vt fuit reſolutum in cauſa Tarraconen. penſ. 19. Nouembr. 1593. coram Gipſio, vbi agitur in ſpecie de clauſula, Sine retardatione ſolutionis penſionis. 3

Limitatur, quando is, ad cuius fauorem ſint poſitæ, illis vti velit, nam tunc operantur, ſecus † ſi illis renunciet expreſſe, vel tacite non vtendo, quia tunc obſtant. Verall. deciſ. 125. nu. 21. p. 3. & fuit reſolutum in cauſa Toletana parochialis de Cincione, 28. Nouemb. 1592. coram Coccino. 4

Ampliatur, vt procedat etiam in ſubrogato † in ius, & quoad litem illius, cuius fauore ſunt appoſitæ, vt fuit reſolutum in dicta cauſa parochialis de Cincione, coram Coccino. 5

Limitatur ſecundo in clauſula, Cõſtito † quia licet reſcriptum reddatur 6

conditionale, & quidquid iudex ante verificationem conditionis facit, eſt nullum. Socin.iun.conſil.99.num.10. vol.1. Pariſ.conſil.94. num.5. & 8.& conſil.95.numer.5. & 6.volum.4. tamen iuriſdictio cenſetur ſimpliciter data,& iudex poteſt procedere ad verificationem,vt in terminis reſtitutionis in integrum fuit reſolutum in cauſa Bononienſ.cenſus.25.Iunij 1602. coram Sacrato, De qua re diffuſè ſcribo in Tract. de iuriſdictione, pag.2. cap.27.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ in ſupplicatione appoſitæ operantur effectum, etiam ſi non legantur in litteris.*

2 *Clauſulæ in ſupplicatione non operantur quando nullæ litteræ ſunt expeditæ.*

3 *Et quid ſi agatur pro abſolutoria habenda.*

## CLAVSVLA 10.

*Clauſulæ in ſupplicatione appoſitæ.*

1 OPerantur † ſuũ effectum, etiàm ſi in litteris non legantur, quia ad ſupplicationem recurritur tãquam ad matricem, Bartolus in l.Sempronius, de legat.2.& in l.ſi librarius, vbi Decius, numero 8 ff.de reg.iur. Pariſ. in conſil.51. numero 17.vol.4. Rebuffus in praxi,in titulo de forma Bullæ, numero 2.Mohed. deciſ.265.Verall. deciſione 75 part.1.& fuit reſolutum in cauſa Aretina Commendę 19. Ianuarij 1587. coram Seraphino, & in cauſa Toletana Annatarum, 19. Iunii 1589. coram Orano, & in Cæſarauguſtana penſionis, 19.Febr.1590. coram Gipſio.

Declaratur procedere quando ſemel litteræ † ſunt expeditæ licet in eis clauſulæ non legantur, ſufficit enim in ſupplicatione legi poſſe, ſecus vero quãdo nullæ ſunt litteræ expeditæ,quia non ſuffragantur, cum obſtet regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, vt fuit dictum in d. Aretina Commendæ, 19.Ianuarii 1587. coram Seraphin. & in Toletana Annatorum, 19. Iunij 1589.coram Otano, & in Cæſarauguſtana penſionis, 19.Febr. 1590.coram Gipſio.Vide Sarnen. in d. regula, de non iudicando, q.1.& quæſt.6.num.7. Mandoſ. quæſtion.4. 2

Quod dic verum, quando agitur de canonizatione gratiæ, ſecus ſi poſſidens excipiat pro abſolutoria † habenda,quia hoc caſu ſufficit ſola ſupplicatio, quod litteræ neque fuiſſent expeditæ,Caſſad.dec.4. numero 4.de cauſa poſſeſſ.& propriet. & deciſ. vlt. num.7 de reſtitut.ſpoliat.& dec.1.numero 6.ſuper regulis,Mohed.dec.4 in fin.de reſcr.Sarnen.de non iudicando iuxta formam ſupplic q.4. numero 5 & ſeq. & q.5.num.4.verſ. ſed magis, Mandoſ. quæſt.13.numer.4. & fuit reſolut. in cauſ. Pampil. de Arraxona,10. Ianuarij 1600. coram Pamphilio. 3

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ quando cenſeantur repetitæ in ſecunda commiſſione.*

2 *Cauſa antiqua non poteſt amitti, vt clauſulæ cenſeantur eſſe repetitæ in ſecunda commiſſione.*

3 *Clauſula cenſentur repetitæ,ſi eſt appoſita ex priuilegio cauſæ.*

4 *Clauſulæ odioſæ non cenſetur repetitæ.*

5 *Clauſula, Appellatione remota,non cenſetur repetita.*

6 *Secus ſi ex priuilegio cauſæ poſita fuerit.*

CLAV-

## CLAVSVLA II.

*Clauſularum Repetitio.*

1 Clauſulæ † appoſitæ in prima commiſſione cenſentur repetitæ in ſecunda, in ſequentibus commiſſionibus, Ægidius deciſione 45. & deciſione 526. Caſſador. deciſione 8. numero 5. de reſcrip. Cappella Toloſan. deciſione 3. Rota deciſione 321. num. 1. parte 1. in Nouiſſimis, & fuit etiam reſolutum in cauſa Nauarien. decimarum, 11. Decembris 1573. coram Blanchetto, & in Anellin. Archipreſbiteratus, 6. Aprilis 1590. coram Pegna. & in Carthaginen. penſionis, 13. Martii 1600. Coram Lancelloto, & in cauſa Brixien. penſionis 21. Maii 1599. coram Pegna, & in Toletana parochialis, 28. Nouembris 1602. coram Coccino.

2 Quod dic verum, quando in ſecunda commiſſione, † vna cum illa cauſa antiqua eſt explicata etiam cauſa noua, quia tunc illæ clauſulæ cenſentur repetitæ, quatenus quis velit proſequi cauſam antiquam, ſecus ſi vellet omittere cauſam antiquam, & proſequi nouam, vt fuit reſolutum in dicta Toletana parochialis, 23 Nouembris 1601. coram Coccino.

3 Item, dic verum, ſi clauſula † appoſita eſt in priori reſcripto ex priuilegio cauſæ, ita enim cenſebitur in ſecundo reſcripto repetita, & ita declarauit Clemens Papa Octauus, in ſua publica Signatura gratiæ, in cauſa Romana pecuniaria inter Petrum. Valentinum, & hæredes Cardinalis Ramboglietti, ſub die ſabbati, 29. Ianuarii 1594.

4 Limitatur, vt non procedat † in clauſula odioſa: Nam clauſula, Appellatione remota, † quæ eſt huiuſmodi, non cenſetur repetita in ſequenti reſcripto, c. Inquiſitioni, de appellat. vbi non cenſetur repetita in ſeqq. capitulis eiuſdem commiſſionis, ergo multo minus repetenda eſt in altero reſcripto poſtea impetrato quod magis à priori ſeparatum eſt.

5 Limitatur tamen hæc fallētia ſi clauſula, Appellatione remota, ſit conceſſa ex priuilegio cauſæ, † vt in decimis, 6 c. tua nobis, de decimis, cum ſimilibus: quia tunc repetita cenſetur, vt in dicta deciſione & declaratione Papæ Clementis Octaui concluſum fuit.

## CLAVSVLA 12.

*Clauſula ceterata.*

Clauſularum ceteratarū extenſio plurimum pendet ab arbitrio iudicis informato à coniecturis, ad notata in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de liberis & poſth. & fuit reſolutum in cauſa Romana de Lante, 18. Ianuarij 1578. coram Aldobrandino, vt in deciſ. 393 num. 1 part. 1. in Nouiſſimis, quæ deciſio fuit coram eodem confirmata, 4 Februarii, 1581. vt in deciſione 448. li. 1. in Nouiſſ. mis, & de his clauſulis vide diffuſè per Bolognet. in rubrica Codicis Theodoſiani ad ſtudium Bononien. in verſ. & cetera.

## CLAVSVLA 13.

*Clauſula conſueta omiſſa.*

Clauſulæ conſuetæ à Notario omiſſæ, habentur pro expreſſis, Afflict. deciſ. 265. num. 83. Grammatic. deciſione 62. numero 20. & fuit reſolutum in cauſa Aeſina bonorum, 28. Maij 1582. coram Blanchetto, quę eſt deciſio 207. parte 2. diuerſorum.

Iſtæ clauſulæ omiſſæ ſolent parui fieri, & ita interpretari, ne Notarij

ſimplicitas noceat, vide Gabriel. in conſilio 58.num.51.volum.1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula derogatoria operatur defectum voluntatis in concedente.*

2 *Derogatio ſpecialis quando ſufficiat, etiam ſi non fiat expreſſa mentio.*

3 *Derogatio Concilij quando cenſeatur facta.*

4 *Derogatio legis ſpecialis operatur reſpectu nouæ acquiſitionis.*

5 *Derogatio plurium conſtitutionum ſi fiat ſpecialiter de vna, quando ſufficiat.*

6 *Derogatio iuris an auferat prius ius ordinarium, quam extraordinarium.*

7 *Clauſula derogatoria ſubſequens non reintegrat.*

CLAVSVLA 14.

*Clauſula derogatoria.*

1 OPeratur defectum † voluntatis in concedente, niſi expreſſe illi derogatum ſit, etiam ſi ſit in corpore iuris clauſum, Rota deciſ.122.par.1. in Nouiſſ.

2 Item ſi hæc clauſula eſt appoſita † in vna ſcriptura, & poſtea fiat alia contraria, tunc ſufficit derogatio ſpecialis, etiam ſi non fiat expreſſa mentio de verbis derogatoriis, late Crauetta in conſ.241.in princ.vol.2.

3 Et ideo derogatio † Concilij Tridentini per Papam aliter diſponentem cenſetur facta, vt fuit deciſum in cauſa S. Angeli penſ.16. Decembris 1594.coram Pamph.

4 Item derogatio † legis obſtantis, operatur reſpectu nouæ acquiſitionis, vel ſucceſſionis, alias fuiſſet neceſſaria expreſſio, quod fuiſſet derogatum, ita vt dicta lex obſtans haberetur pro infecta, gloſſ.in Clem. 1.verſic. pro infectis, de immunitate Eccleſ. Anton.de Butr.in c.1 de Conſtitutionibus Abb. in c.non debet, in fine, de conſanguinit.& affinit. & in cap.1.numero 3.de Conſtitut. Felin. in c.1. numero 3.verſiculo hanc fallentiam limita, de Conſtitut.

Derogatio quando debet † fieri ſpecialiter de aliquibus conſtitutionibus, tunc ſi fiat ſpecialiter de vna earum, cum clauſula generali, & aliis non obſtantibus, cenſetur etiam derogatum aliis, Rota deciſ.26.p.3.lib.1. in Nouiſſ.Put.deciſ.515 p.2.& eatenus operatur, quatenus expreſſis repugnet, & non amplius Rom. in conſilio 57. num.1.& 2. In aliis autem in quibus repugnantia non reperitur, nihil operatur, Bald. in l.1.§.finali, num.3. C.de Latina Libert.toll. Alex.in conſilio 7. num.17.vol.7. Nam clauſula derogatoria non ampliat diſpoſitionem, Alexand d.conſil.7 num.14.℣. nec prædictis, & num.14.& numero 17. volum.7. 5

Et an derogatio † iuris auferat prius ordinarium, quam extraordinarium, & priuilegiatum. vide Put. deciſione 93.par.3. 6

Item clauſula derogatoria † ſubſequens nō reintegrat, quod extinctum eſt, vt in ſimili tradit Alexand.in conſilio 94.num.2.volum.2. Dec.in conſil.308.num.1. Cacheran.in deciſ.142. num.25. cum aliis per Burſat. conſil. 99.num.2.vol.1. 7

CLAVSVLA 15.

*Clauſula reuocatoria.*

CLauſula reuocatoria generalis non eſt referenda ad præcedentia in ſpecie diſpoſita, Pariſ.in conſilio 39.numero vigeſimo, & conſil.70.numero

mero 13. & conſil.78. numero 72. & conſilio 36. num.22. volum.2. Bald.in conſilio 389.num.2.volum.3. Quia ſub generali clauſula veniunt etiam maiora expreſſis. Pariſ. in conſi. 68.num. 28.volum.2. Socin.in conſil.47.num. 30.volumin.4. & vide Sarneni. ſuper regula de triennali,quæſt.2. verſic. tamen iſtis non obſtantibus, vbi qu d quicunque, quod eſt ſtricti iuris, in materia odioſa comprehendit omnia.

## Clavsvla 16.

*Clauſulæ corruunt.*

QVando gratia eſt ſubreptitiè impetrata,omnes clauſulæ corruũt. Dec.in conſil.142. num.9. & conſilio 373.num.14. Put.deciſ.10. parte 1.deciſ.59.p.2.

## Clavsvla 17.

*Clauſula ſimpliciter poſita.*

QVando clauſula eſt ſimpliciter appoſita,tunc refertur ad omnia præcedentia, atque ea modificat, & qualificat,Bald.in conſilio 354.vol. 4. Bar.in l.ſi idem,§.finali,circa medium, de iuriſdictione omnium iudicium, Pariſ.in conſ.45.numero 9.volumin.3. Simon de Pret. in Tractatu de Interpretat.vltim.volunt.dubio primo, nu. 178.& ſeq.

## Svmmaria.

1 *Clauſulæ inſolitæ non præſumuntur appoſitæ de voluntate partium.*

2 *Contractus præſumitur ſimulatus ex clauſulis inſolitis.*

3 *Dolus arguitur ex clauſulis inſolitis.*

4 *Contractus ſuſpectus de vſuris propter clauſulas inſolitas redditur magis ſuſpectus.*

5 *Pactum de non petendo abſolutionem à iuramento eſt inſolitum.*

## Clavsvla 18.

*Clauſulæ inſolitæ.*

POtius præſumuntur appoſitæ à Notariis,quam de † volũtate partium B t l.in l.1.num.10.ff. de iure codicil.Pariſ.conſ.110.num.107.vol.1. & vide C cheran.late in deciſ.104. 1

Contractus præſumitur † ſimulatus ſi in eo appoſitæ fuerint clauſulæ inſolitæ, & inconſuetæ l.quis ſit fugitiuus,§.apud Labeonem, ff.de ædilitio edicto,vbi Bart.hoc notat à contrario ſenſu. Et hanc ſententiam probant Communiter Canoniſtæ in c.illo vos, de pignor.& firmarunt,Afflict.in titulo,De feudo dato in vicem legis commiſſoriæ, num.24.verſ.6 præſumitur, per text.in l. qui teſtamentum, ff.de probat.& l.cum tacitum, C.de natur. liber.& l.fraus, ff.de legibus.Bald.in l. ſi quis ſub conditione,per illum text. ff.de condit.inſtit.& in l.emptione,C. plus valere quod agitur, & in l.2., C. de exequutione rei iudic. Bald.& Alber. C.de euictionibus Bartol.in l.3. C.de apochis publicis, lib.10. Decian. in l. quæ dubitationis,numero 4.ff.de regul.iur. Multos ad hoc congerit Tiraquell. in Tractatu de retractu conuentionali,in præfatione,num.71.Cæpolla in Tractatu de ſimulatione contractuum,numero 84.verſ.nona præſumptio,Menoch.lib.3. præſump.122. numero 67.& ſeq.& libro 5. præſumptione 3.num 103. Lapus in Tractatu de vſuris, Commento 2. § 1.num.49. Dec.in Rubrica de vſuris, numer.114. Caualcan. dec.2. num 12. & deciſ. 13. num.9. p.2. Item quia ex huiuſmodi inſoliti † arguitur dolus,& fraus Bar- 2

3

tol. & ceteri in d.l. ſi quis ſub conditione, ff.de condit.inſtitut. Aretin.in conſ.16. numero 7.Curt.ſen. in conſ. 73.numero 33.verſic. decimo redditur nulla. Socin.iun.in conſilio 77.num. 47.volumin.1.Alciat.in reſponſo 160. numero decimo,Et in terminis donationis Crauetta,in conſil.892.numero ſeptimo,& in aliis contractibus,Neuizan.in conſil.octauo, num.93.Menoch.in conſilio 422. volumine quinto.

4 Ideo contractus ſuſpectus † de vſuris, ſi habet cautelas,ſiue clauſulas inſolitas, redditur magis ſuſpectus. Baldus in conſ.311. numero 8.ver.8. arguitur, volumine quinto, & ideo ſi quis debitor vſurario remiſerit vſuras ſolutas cum iuramento, atque cum pacto de non petendo abſolutionem à iuramento,

5 † hoc pactum inſolitum arguit fraudem vſurę, vt probat Caldetin.in conſ.508.alios eſt conſilium 10. ſub titulo de vſuris.Tria alia exempla huiuſmodi clauſularum inſolitarum adducit Menoch.in d.præſump.num. 67.lib.3. Et quòd clauſula ſit inſolita,

6 † debet probari ex inſpectione plurium inſtrumentorum,vt probat Maſcard. de probationibus concluſ.299. per totam,vbi vide.

SVMMARIA.

1 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeßionem.*

2 *Refertur ad proximam,& immediatam diſpoſitionem.*

3 *Effectus clauſulæ decreti irritantis quot ſint.*

## CLAVSVLA 19.

*Clauſula decreti irritantis.*

1 DEcretum irritans † inficit titulum & poſſeſſionem, adeo vt ſpoliatus non ſit reſtituendus. Ægid. deciſ.536.verſic.ratio eſt.Caſſador. deciſ.7.num.3.ff.de regulis, & deciſ.1.de cauſa poſſeſſ.& propriet.Sarnen.ſuper regula de triennali, queſt.49.numero 2.&3.Verall.dec.15.nu.2.part.3.

Item refertur † ad proximam,& immediatam diſpoſitionem, & non ad alia,vide Boer.dec.119. num.5. 2

Et qui alij ſint effectus † huius clauſulę,diffusè ſcribit Rebuff. ſuper concordantis Francię, in titul.de firma,& irreuocabili concordatorum ſtabilitate,fol.777.verſ.vlt.notanda. Scripſi etiam latius ſup.in p.1. 3

SVMMARIA.

1 *Clauſula exequutiuæ quæ dicantur.*

2 *Non ampliant, neque alterant, neque mutant diſpoſitionem.*

3 *Etiam ſi remanerent ſuperfluæ.*

4 *Verba clauſulæ exequutiuæ aliquando conditionaliter proferuntur.*

5 *Clauſulæ exequutiuę quando augeant.*

6 *Diſpoſitio præcedens non alteratur ſed declaratur per clauſulas exequutiuas, & num.8.*

7 *Clauſulæ exequutiuę interpretantur diſpoſitionem.*

9 *Subreptio quando ſit ſublata ex clauſulis exequutiuis.*

10 *Clauſulę exeqautiuę adduntur, vt gratia,vel contractus reddantur firmiores.*

11 *Aliquando ampliantur in fauorabilibus.*

12 *Clauſ. De non reuocando donationem in exequutiuis poſita,diſponit.*

13 *Clem.1.de præbendis,declaratur.*

## CLAVSVLA 20.

*Clauſulæ exequutiuæ.*

DIcuntur † incipiunt á clauſula de quibus,&c.vel á clauſula,quæ omnia, &c. quę ſolent à Notariis apponi 1

poni poſt perfectum contractum ſecus, quando apponuntur in verbis ſubſtantialibus: nam primo caſu non ampliant, neque mutant vel alterant principalem diſpoſitionem, ſecundo caſu, ſic Dec. in l. finali, numero 14. C. de pact. & in l. vobis, numero 11. ff. ſi certum petat. & conſilio 38. numero 2. Cacher. deciſione Pedemont. 164. numero 3. fuit dictum in cauſa Brixien. feudi, 1. Iulii 1592. coram Pamphilio, & in Eugubina beneficij S. Stephani, 15. Martij, 1599. coram eodem, & in cauſa Romana nominationis domus, prima Decembr. 1599. coram eodem.

2 Clauſulæ exequutiuæ † non ampliant, neque alterant, neque mutant principalem diſpoſitionem, Clement. 1. vbi Doctor. communiter de præbend. Dec. conſil. 193. numero 2. circa fin. verſic. ſecundo reſpondetur Cacheran. in dicta deciſione 164. num. 2. Abbas in capit. cum veſtris, columna finali, num. 21. de conceſſ. præbend. plures refert quos ſequitur Couarr. in Rubr. de teſtamen. par. 2. num. 13. in fine. Verallus deciſione 83. num. tertio parte 1.

3 Ampliatur, etiam ſi clauſulæ † exequutiuæ remanerent, ſuperfluæ ſi diſpoſitionem non ampliarent, vt eſt caſus in d. Clem. prima, de præbend. & not in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verborum oblig. vbi Ripa, num. 46. Iaſon. num. 37. Curt. iun conſilio 274. num. 49. volum. 3. Ruin. conſil. 173. numero ſecundo. Dec. conſilio 52. nu. 20. & num 28.

Quam ampliationem ita intelligas,
4 quando verba † clauſulæ exequutiuæ ſunt conditionaliter prolata, quæ non diſponunt, ſecus ſi non ſunt conditionaliter prolata, ſed diſpoſitiuè, ita poſt Decian. firmat Roland in conſilio 16. Viſo themate ſub numero 29. volum. 3.

Fallunt tamen ſupradicta, ſi clau- 5
ſulæ exequutiuæ ſunt poſitæ ad augendum, quia tunc augent, & declarant. Cacheran. in conſilio 16. num. 5. Cephal. in conſil. 40. num. 14. vol. 1.

Ex his tamen † clauſulis exequuti- 6
uis, licet non alteretur diſpoſitio præcedens, tam verba illius declarantur, Bald. in l. eam quam, numero 36. C. de fideicom. Boſſ. in tit. de Principe, num. 307. Menoch. in conſilio 345. num. 3 ✠. nec repugnat.

Et tam quod in exequutiuis, quam in acceſſoriis non alterant diſpoſitionem, ſed illam interpretatur, † Couar. 7
qui alios allegat in Rubr. de teſtamen. par. 2. numero 13. & ita tenuit Senatus Pedemontanus, vt per Cacheran. deciſ. 161. numero 3. & deciſione 164. numero 2. & ita fuit reſolutum etiam in Rota Romana, in cauſa Romana nominationis domus, 17. Decembris, 1599. coram Decano.

*Item ex huiuſmodi † clauſulis col-* 8
*ligitur*, & declaratur mens diſponentis, Bald. in l. eam quam numero 32. C. de fideicommiſſ. Dec. conſilio 423. num. 8. & 9. Curt. ſen. in conſil 53 nu. 3 verſic. ad iſtud, & fuit reſolutum in Rota Romana, in cauſa Fauentina de Nicoluciis, 1582. coram Seraph. & in cauſa Brixien. feudi 1. Iulij, 1592. coram Pamph. & vide in cauſa Valentina decimarum de centalua, 10. Decembris, 1601. coram Litta.

Vnde ex illis colligitur, de quibus hęredibus intelligatur inueſtitura, quando eſt dubium, vt fuit dictum in d. cauſa Brixien. feudi, coram Pamph.

Item ex illis eſt ſublata ſubreptio, † cum ad hunc effectum ſufficiat ſententia, quę ex illis colligitur, vt fuit reſolutum in cauſa Cæſarauguſtana penſionis, 26. Febr. 1490. coram Gipſio, & fuit dictum in cauſa Eugubina beneficij S. Stephani, 15. Martij 1599. coram Pāphilio, in hac tamen materia

vide ſupra in par.1.in clauſula, ad habendum,&c.

Imola in Clem.1.de præbend.dicit per illum textum, quod clauſulæ exe-
10 quutiuæ apponuntur † præter intentionem Papę, qui non exprimit, niſi diſpoſitiua fundantia gratiam, & ideo de regula conſtitutum eſt, quod clauſulæ in exequutiuis nihil diſponunt, vt dictum eſt ſupra, numero 2. adde Menoch.in conſilio 2.numero 58. qui plurimos ad hoc allegat, & in conſil. 285.numero 35. Hond. in conſilio 14. numero 49 volumin.2.Matheſilan.in ſingulari 89.num.42 intrigliol.de feudis,q.48.nu.37.& numero 39. in exequutiuis enim adduntur clauſulæ, vt contractus reddatur firmior, vt probatur Franciſc. de Ponte, in conſilio 54.num.16.& dicit Gemin.in conſilio 88.num.6.verſ. & iſtud etiam probatur, quod clauſulæ exequutiuæ adduntur, ne gratia Papæ fiat eluſoria,
11 illa autem regula, quod exequutiuę clauſulæ non amplient,† intellecta eſt in illis actibus,qui vel odioſi ſunt, vel ſtrictè interpretandi ſunt ſecus eſſe in fauorabilibus, & in quibus lata eſt interpretatio, probat Socin.iun. in conſil.93.num.3.vol.3. quem ſequutus eſt Menoch. in conſilio 87 num.43.vol.1.
12 & conſilio 323.num.25.vol.4.

Clauſula de non reuocando † donationem in exequutiuis apponi conſueuit & tamen ſatisfit,l vbi ita donatur,ff.de donat.cauſa mortis. Roland. in conſilio 8 num.16. & ſeq. vol.1. &
13 num.37.qui dicit eſſe communem opinionem. Et text. † in d. clem.1. de præbendis intelligendus eſt, quando clauſulæ exequutiuę principaliter non diſponunt,ſed ſolum obiter,atque incidenter, & ad alium finem fit mentio de aliquo,quod non erat in principali diſpoſitione comprehenſum, veluti ſi in gratia duorum beneficiorum alicui facta,in clauſulis exequutiuis dicatur: Ita tamen, quod cura animarum non negligatur, Ex hac clauſula obiter, & incidenter appoſita gratia non eſt extendenda ad beneficia curata, quia res magni præiudicij ex hac clauſula inducenda non eſt: ſed ſi Papa non obiter,ſed ex propoſito in eodem loco ſcripſiſſet, quam gratiam volumus effectum obtinere, etiam ſi beneficia curata exiſtant: Aut,etiam ſi alterum eorum curam animarum habeat,certe huiuſmodi clauſula ſufficeret,in quacumque parte ſcripturæ adiiceretur, etiá ſi in exequutiuis,ita declarat Zabarel.in d.Clement.1.num.2. qui ad id refert Paul. de Leazar. & Laurent.de Rodulph. Item,addit rationem decidendi:quia intentio Papę non tendebat ad illud, nec in eo fundabatur,alias autem ſecus foret, quod etiam notat ibi Anchar. in 6. notabili, Imola colum.5.Felin.in c.licet,numero 7. de offic. ordinar. qui optime declarat textum dict. Clementinæ.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ acceſſoriæ regulantur ſecundum principalem diſpoſitionem.*

2 *Sunt reuocabiles quando contractus eſt reuocabilis.*

3 *An,& quando corruat principali annullato.*

4 *Non augent diſpoſitionem, ſed declarant,num.10*

5 *Mandatum non ampliatur per clauſulam, [illegible] ratum.*

6 *Confirmatio non extendit actum confirmatum.*

7 *Gratia non augetur per clauſulas derogatorias.*

8 *Confeſſio vbi non valet,neque iuramentum, guarentigia, & aliæ clauſulæ valent.*

9 *Pœna adiecta non debetur ex contractu nullo.*

10 Clau-

10 *Clauſulæ acceſſoriæ an ſint poſitæ de ſtylo Notariorum.*

## CLAVSVLA 21.

### *Clauſulæ acceſſoriæ.*

1 Regulantur ſecundum † principalem diſpoſitionem, cui adiiciuntur, gl. in l. ſi patronum, verbo, Fauiana, in fine, ff. ſi quid in fraud. patroni, cum alij concordantibus, & late Gabr. de clauſ concluſio 10. Put. deciſ. 1. num. 2. lib. 1. vbi de communi, & plures refert: Ita vt ſi principalis actus ſit nullus, quæcumque etiam clauſulæ in eo appoſitæ tales dicantur, late Bald. & alij plures quos refert, & ſequitur Caball. Milleloquio. 49.

2 Quando contractus † ex ſui natura eſt reuocabilis, tunc clauſula acceſſoria in eo appoſita etiam reuocabilis eſt, l. ſub condit. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas, l. in ſeruitutem, ff. ſed & ſi quis, ff. de bon. libert. gloſſ. in l. ſi patronus, verbo, Fauiana, ff. ſi quid in fraudem patroni. Iaſ. qui plura refert in l. in teſtamento, n. 1. & ſeq. C. de fideicommiſſ. & in l. non dubium, nu. 6. C. de legib. ideo omnes clauſulæ quantumcumque ampliſſimæ ſemper regulantur ſecundum naturam principalis diſpoſitionis, & contractus, l. fin. ff. de conſtituta pecun. Bald. in l. abſente, circa finem. C. ſi cert. petatur, Et ideo voluit Bal. in rub. C. de contrahenda empt. quod verba ſemper ſunt intelligenda ſecundum naturam contractus, quam ſequuntur, quem ſemper ſequitur Socin. in conſ 47 volum. 1. & Franciſ. de Ponte, in conſ. 67. numero 54. Item principali annul-

3 lato, † etiam clauſulæ corruunt, l. cum principalis, ff. de regul. iur. Pariſ. in cōſilio 54. nu. 31. & ſeq. vol. 1. licet hoc intelligatur, quando principale annullatur quando principaliter ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſecus ſi annullaretur ex diſpoſitione iuris particularis, l. finali, §. Lucius, ff. de cōdict. indebit. vide Gomeſ. ſuper regula de annali poſſeſſore, quęſt. 78. prope finē. Item ſtipulatio appoſita ſuper contractu reuocabili, eſt reuocabilis l. ſtipulatio hoc modo concepta, vt ſcribentes ff. de verb. obligat. §. cum mora, vbi Angel. Alexand. & alij communiter notant, C. de tranſaction.

Et propterea receptum eſt, quod huiuſmodi clauſulæ acceſſoriæ † ap- 4
poſitæ ad exequutionem actus principalis non alterant, neque augent ipſam diſpoſitionem, gloſſ. in Clem. 1. de prębē. quam communiter ſequuntur Doct. vt per Ripam, in l. qui Romæ, §. duo fratres, n. 45. de verb. obligat. Iaſ. in l. ius ciuile, n. 8. ff. de iuſt. & iure, Socin. iun. in conſ. 93. n. 24. vol. 3. & latius ſcripſi ſuperius in clauſula præcedente. Ideo clauſula promittens † habere ratum &c. non ampliat man- 5
datum in diſpoſitiuis limitatum. Dec. in conſ. 304 in fine, & in conſ. 415. n. 8. & in conſ. 500. nu. 12. & eſt communis opinio, de qua per Felin. in c. licet de offic. ordinarij. n. 7. verſic. tertia declaratio. Item, confirmatio † non exten- 6
dit actum confirmatum, Crauetta, in conſ. 115. n 3 Item, clauſula, ad habendum, &c. non ampliat diſpoſitionem, Dec. in d. conſ 500. nu. 8. & ſeq. Item. clauſula, † non obſtantibus, non auget 7
gratiam. Calderin. in conſ. 24. quod eſt primum de reſcrip. & in conſ. 516. in fine, quod eſt conſilium primum de priuilegiis, Bal. in conſ. 81. vol. 1. nam clauſulę derogatorię cenſentur appoſitę ad conſeruationem gratię, non autem ad ampliandum gratiam, ideo tanquam acceſſoriæ, illam non excēdunt, neque ampliant. Roman. in conſ. 498. nu. 19. verſ. 5. ratio, vbi addentes, in verſ. dilatare allegant plurimos. Et ideo iuramentū obligatoriū, aſſertoriū, guaren-

tigia, & ſimiles, in confeſſione dotis appoſitę per maritum, etiam ſi renũciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, nihil operantur, quia ſi principalis con-
8 feſſio † non valet, neque valent clauſulæ acceſſoriæ, vt plene ſcribit Gozadinus in conſ.28.n.22.& ſeq. verſ. ſexto hoc ampliatur. Item, ſi contractus principalis non valet, neque etiam pœnæ acceſſoriæ, valent, c 2. de procurator. Federic. de ſen. in conſ.143. num.2. verſ & ideo ſi conceſſio, qui loquitur in alienatione bonorum Eccleſiæ, quæ
9 ſi non valet, neque pœna † adiecta valet, Bal in conſ.371.nu.6.& ſeq. vſque ad finem, vol.3. quia qua facilitate quis inducitur ad contrahendum, eadem facilitate cenſetur inductus ad apponendum clauſulas in contractu.

Sed licet clauſulæ acceſſoriæ non
10 amplient, tamen declarant † diſpoſitionem, atque contractum Dec. conſ.423. in fine, & ibi addentes, Curt. ſen. in conſ. 49. Alex. in conſ.195.nu.8.vol.2. quod duplicatur in conſ.62. vol 1.& loquitur in clauſula, non obſtante, quæ non auget, ſed declarat. Bal in l.eam quam, C. de fideic.

11 Aliqui dicunt, † quod huiuſmodi clauſulæ acceſſoriæ cenſentur appoſitę magis de ſtylo Notariorum, quam ex diſpoſitione contrahentium, & ideo non conſiderandæ. Dec. in conſil. 322. col. pen. verſ. quia reſpondetur, ſed hæc opinio non eſt vera, Bart. in d l. qui Romæ, §. duo fratres, in 8. quæſt. ff. de verb. oblig. qui probat omnia verba inſtrumenti conſideranda eſſe, & ibi Ripa, numero 49.& in puncto ita tenet Neuizan. in conſilio 29. numero 19. qui alios refert. Hanc opinionem ex pluribus probat Menoch lib. 3. præſum.115.n.44.& in conſ.87.nu.45. & plurib. ſeqq. vol.1.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ reſolutiuæ quando operentur ſuos effectus.*
2 *Conditio, Si vti voluerit, quando tacite ineſſe dicatur.*
3 *Clauſulæ reſolutiuæ aliquando ponuntur ad fauorem concedentis.*
4 *Cauſæ quare debeant committi eis qui ſunt in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti.*
5 *Renunciatio iuris proprij quando fieri non poſſit.*
6 *Clauſulæ reſolutiuæ regulantur à natura principalis diſpoſitionis.*

CLAVSVLA 22.

*Clauſulæ reſolutiuæ.*

Clauſulæ annullatiuæ, † ſiue reſolutiuæ, tunc operantur effectus, 1
quando pars, ad cuius fauorem ſunt poſitæ eis vti voluerit, vel eis non renunciauerit, Gabriel. de clauſ. concl. 3. vbi vires & effectus clauſulæ decreti irritantis tractat nu.25.& 26. & plurib. ſeqq. & de communi per Buſat. conſilio 74. numero 57. lib. 1. firmat. Bonacoſſ. inter commun. opinion. tom 1. de diuerſ. reſcript. num.113. Roman. conſ.330. num. 13. vbi Mand. late in ver. puto, Caſſador. ſuper regul. deciſ. duodecima nu.7. quem ſequuti ſunt Gabr. in d. num. 26. & Creſcent. qui hanc opinionem magis iuridicam dicit, deciſ 4. n.3 de priuileg. cum tacitè † talis conditio ſit vti voluerit, pro 2
illis ineſſe videatur. Plures allegat Mãdoſ. ſuper reg 31. quæſt.11. nu.2. in fine. Calder. in conſilio 1. num.2. in fine, de tranſact. & ita Rota Romana, coram Robuſterio in cauſa Oxen. canonicatus, & præbend. 4 Martij, 1575. & eſt deciſ.77. numer. 4. par.1. in nouiſſimis, & Rota deciſ.25 numer.3 de conceſſ. prębend. in antiquis Put. deciſ.8. num. 2 par. 2. plures refert, quos ſequitur Verall. deciſ.249. n.1. par.1. & facit Bal. in l.2. C. de excuſat. veteran. vbi dicit, quod

quod quando lex, vel ſtatutum dicit aliquem non poſſe compelli, ſi is vtatur ſuis defenſionibus alias cogi poteſt: fauori enim proprio quilibet renunciare poteſt. Doct. in cap. ad Apoſtolicam, vbi Hoſt. in ver. indultum, & ibi Ioannes Andreas de regular. & Doct. in l ſi quis in conſcribendo, C. de pact. vbi latè Curtius iunior, ſub n. 25. cũ multis ſequentibus, & Addentes ad Alexandrũ. in conſ. 64. n. 3. votum. 4. Socin. regul. 339. & Bonacoſſ. inter commun. opinion. tomo primo de pactis num. 101. & quod conditio hæc: Si vti voluerit ſemper ſubintelligatur, Ruin. in l. 4. §. Cato, in ſecunda lectura, num. 26. ff. de verborum obligatiõ. & caſus eſt in l. ſecunda, de lege commiſſoria, & late Felin. in capitulo dilectus, num. 18. de reſcript.

Quod intelligas verum, quando huiuſmodi clauſulæ annullatiuę, & decreti irritan is, reſpiciunt ſolum commodum illius, qui decretum obtinuit, plures allegat, quos ſequitur Creſcẽt. in d. deciſ. 4. de priuileg. ſecus vero ſi ad alium effectum, puta, in fauorem concedentis, † ſiue aliorum,
3 cum clauſula decreti irritantis, licet etiam ignorantes, & licet quis fauori ſuo renunciari poſſit, tamen quando eius fauor mixtus eſt cum fauore alterius, illi renunciare nequit, Gl. in cap. ſtatutum, in ver. committatur, in fin. de reſcript. lib. 6. vbi vult, quod partes non poſſunt renunciare decreto irritanti, de quo in illo textu. Ne cauſæ †
4 committantur eis, qui in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti nõ ſunt, quia illud amplectitur non ſolum partium fauorem, quæ aliquando ſunt perſonæ inſignes, & dedecet eos litigare coram ſimplici clerico, aliquando rudi, & pauido, ſed etiam concernit honorem Sedis Apoſtolicę, ne vilipendatur in tali miniſtro, & facit Baldus in libro ſi quis, in final. verbis, C. de inſtrumentorum, libro decimo, & facit gloſſ. in l. ſecũda, §. ſed quia veremur, ver. quia, C. de iuramen. calumn. vbi iuramentum calumnię non poteſt à partibus remitti, quia non eſt inductum ſolum ad fauorem partis, ſed etiam in fauorem publicum, Bal. in l. quod fauore, num. 5. C. de legibus, verſ. ego dico: Natta conſ. 289. nu. 4. vol. 2. vbi quod renunciare, † quis non debet iuri ſuo, 5
vbi renunciatio inſeparabiliter continet pręiudicium tertij. Item, Natta conſil 609. numero quadrageſimo ſecundo, volumine tertio. Curt. iun. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 27. C. de pact. & ibi Bald. ſub num. 4. in fin. verſ. ſecundo caſu plures ad hoc allegat Riminald. in §. primo, n. 7. Inſtit. quibus alien. licet, vel nõ. & Natta, in conſilio 61. num. 4. volum. primo. Bartol. in l. ſi conuenerit, num. 2. ff. de pignorat. act. vbi loquitur de fauore proprio concernente publicam vtilitatem, & ita Rota deciſ. 249. parte 1. in Nouiſſ.

Item iſtæ clauſulæ † regulantur à 6
natura principalis diſpoſitionis cui cohærent, ita vt quando diſpoſitio, cui apponuntur, id patitur, ſuos pariant effectus, ſecus ſi diſpoſitio non patiatur. Rom. conſ. 330. nu. 13. & 14. Alex. conſilio 97. nu. 3. volum. 5. & de communi poſt Cardin. Imol. Dec. Hippolyt. Pariſ. & alios, firmat Menoch. in conſilio 83. num. 21. vol. 1. & hunc ſequitur Rota Rom. Caſſador. ſuper regulis deciſione decima, numero 4. & facit deciſ. Creſcent. 4. numero tertio, poſt med. de priuil. & ita Addentes ad Rot. deciſione ſecunda, de conceſſ. præbend. in Nouiſſimis Put. deciſione prima, numero primo, & tertio, parte prima, & facit text. in Clem. vnica, ibi, quia decretum huiuſmodi, de conceſsione prębend. vbi decretum appoſitum diſpoſitioni conditionali non operatur niſi purificata con-

ditione diſpoſitionis, cui adiicitur.

SVMMARIA.

*1 Clauſulæ in fine poſitæ referuntur ad omnia præcedentia.*
*2 Idem ſi in principio, vel medio.*
*3 Idem in ſtatuto exorbitanti, niſi diuerſitatis ratio dari poßit.*
*4 Fallit ſi diuerſa ratio reddi poßit, & numero 7.*
*5 Non referuntur, ſi congrue, & commodè referri non poßunt.*
*6 In odioſis referuntur.*
*8 In qualitatibus quæ acceßorie ponuntur, non referuntur, & num. 14.*
*9 In his quib. eſt facta ſpecialis prouiſio, non referuntur.*
*10 Non referuntur, quando reſultat contrarietas.*
*11 Non referuntur, quando diſpoſitio efficeretur inutilis.*
*12 Aut ſequeretur abſurdum.*
*13 Et quid ſi pœna eſſet appoſita in aliqua parte diſpoſitionis.*
*15 Non referuntur, quando reſtringeretur diſpoſitio, quæ debet large interpretari.*
*16 Non referuntur, quando mens diſponentis haberet locum, etiam non facta relatione.*
*17 Si in vno capitulo aliquid ſubauditur, clauſula non cenſetur repetita.*
*18 Non referuntur, quando reſultat iurium correctio, & n. 20.*
*19 Non referuntur ad ea quæ in referente excepta ſunt.*
*21 Non referuntur, quando ſunt plures articuli habentes orationem perfectam.*
*22 Non referuntur, quando reſultat abſonus intellectus.*
*23 Clauſula in materia plurium ſubſtitutum in fine poſita, ad omnes refertur.*

CLAVSVLA 23.

*In fine poſita.*

1 CLauſulæ in fine poſitæ referuntur ad omnia præcedentia, l. 1. & ibi Iaſ. num. 4. & ſeq. C. de liber. præterit. Felin. in cap. cauſam quæ, num. 4. verſ. clauſula refertur, de reſcrip. Mandoſ. qui plures allegat ſuper reg. quæſt. 2. num. 2. in prælud. Bart. in l. 3. §. filius, num. 7. ff. de liber. & poſthum. Capic. deciſ. 108. num. 9. Gabr. de clauſulis concl. 9. num. 1. & per totam, vbi late, Iaſ. qui dat plures limitationes, in l. talis ſcriptura, num. 36 & ſeq. de legat. 1. & fuit dictum in cauſa Firmana bonorum, 28. Martii 1583. coram Lancellotto, & habetur in dec. 416. p. 2. in nouiſſimis, & in cauſa Aretina commendæ, 9. Ianuarij 1587. coram Cantuccio, & in cauſa Placentina euictionis, 8. Martij, & 22 Iunij 1593. coram Pamphilio, & in cauſa Romana domorum, 5. Aprilis 1593. coram Pegna. vbi fuit firmata regula.

Ampliatur, primo non ſolum ſi in fine,† ſed etiam ſi in principio vel medio ponatur, l. 3 §. ſi filius, . & ibi Bartol. num. 7. ff. de lib. & poſthum. & in l. talis ſcriptura. §. finali, num. 3. de legat. 1. & ibi Iaſ. num. 18. & 36. & fuit dictum in cauſa Fauentina de Nicolucijs, 19. Martii 1582. coram Seraph. 2

Ampliatur ſecundo, procedere etiam in ſtatuto exorbitanti, niſi diuerſitatis† ratio dari poſſit, vt fuit dictum in cauſa Parmen. bonorum, 20. Februarij 1576. coram Aldobrandino, prout in deciſion. 231. num. primo, par. prima, in Nouiſſimis. 3

Ampliatur tertio, vt referatur ad omnia præcedentia, etiam ſi diuerſa contineant, ita poſt Abb. firmat Mandoſ. ſuper regulis, in præludiis quæſt. 2. num. 2.

Quam regulam intelligas habere locum,† quando nulla ratio concurrat, quare magis ad vnum, quam ad alterum inferri debeat, vt fuit deciſum in eadem Parmen. bonorum, coram Aldobr. & late per Romanum in conſil. 480. num. 7. vbi Mandoſ. in additionibus 4

bus

bus,in ver.concurrit plura adducit.

Et ideo limitatur primo, quando
5 non congrue, † & commode ad omnia referri poſſet, Clement.1.§.ad hoc, de preb.l.heres meus.§.vxori de legat. 3.Bald.in conſil.357.nu.1. vol.4. Alex. conſ.65. vol.2. Aretin. conſ.116. num. 3.per totum, Crauet.in conſ.612. Rota Romana vineæ de Alexiis,20.Octob. 1589.coram Pegna, ſecus vero eſt quādo proprietas ſermonis talem patitur relationem, vt tunc locum habeat prędicta regula, late Franciſc. Aretin. in dicto conſ. 116. & facit text. in l. qui data,§.1.ff.ex quibus cauſ. maior. Oldrad.in conſ.152.Iaſ.in l.talis ſcriptura,nu.40.verſ.quarto vltra Bartolum, de legat.primo,Io.de Anan. in conſil. 53.Venerande domine, num.5. Barbat.conſil.34.n.2.volumine primo.

6 Limitatur ſecundo,† quando verſamur in odioſis, quia tunc clauſ. in fine poſita, non refertur ad omnia Capic.deciſ.108.n.14.

7 Limitatur tertio,† non procedere, quando inter caſus præcedentes, & illum qui in fine apponitur, eſt diuerſa ratio, vel qualitas, tunc enim non ad omnia refertur, ſed ad proxime præcedentia omnia refertur, ſed ad proxime præcedentia l.prima, C. de liber.præteritis, l.hæres meus, §.vxori, de legat.3. Clem. prima, §.ad hoc, de præbend.Bartol.in l.3.§.filius, ff.de liber.& poſthum. Aretin.in dicto conſ. 116.num.3. & fuit reſolutum in Rota Rom. in cauſa Legionen. iuriſdictionis,11,Maij 1580. coram Seraph. & in cauſa Firmana bonorum, 18. Martij 1583. coram Lancell. & in cauſa Bonon.de Berois, 17 Iunij 1585. coram Cantuccio,& in cauſa Roman. vineæ de Alexiis 20.Octobr.1589.coram Pegna,& in cauſa Roman. domorum, 5. Apr.& 4.Iunij 1593.cor.eod.

Limitatur quarto, quando prędictæ clauſulę per ſe ſubſiſtunt, ſecus, in qualitatibus,† vel his, quæ acceſſorie, aut 8
cauſa demonſtrationis poſita ſunt Bart.in d.l.3.§.filius num.3. & in l.fi.§. Titia,ff.de liberation. lega. & in l. talis ſcriptura §.fi.n.3. & in l.ſi cui §.ſi à filio,ff.de legat.primo, Bald. in d.§.ſi à filio,Iaſ.in l.ſi duo patroni, §. ſi quis in ea,num.22. ff.de iureiur. Felin.in c. cauſam quæ nu. 4. limitatione de reſcript.Decius in c.2.requiris, n.3.verſi. primum exemplum de appellationibus.

Et ideo quando non ſunt appoſitæ principaliter, ſed ad aliquam diſpoſitionem qualificandam, vel limitate ad cauſam proxime expreſſam, ſeu continuatiue & acceſſorie, tunc relationem non patiuntur l. fin. § Titia, & ibi Bart. ff.de liberation.legat. Addentes ad Bartol. in d. l. talis ſcriptura, §.finali, num.3.verſ. ponitur in diſpoſitione aliqua ff. de legat.1. Capic.in d.deciſ.108.n.12. & *fuit reſolutum* in Rota Romana, in cauſa Ceruien.bonorum,23.Martij 1583. coram Seraph. prout in d.195.n.3.p.2.in Nouiſſ.& in cauſa Salamantin. Penſionis, 16.Frebruarij 1582,coram Bubalo, & in cauſa Peruſina Sancti Beneueniati, 12. Decembris 1588. coram Pamphilio,& in Romana domorum S. Apollinaris,4.Iunij 1563.co.Pegn. & in Beneuētana bonorum,5. Decemb. 1594. coram Litta.

Limitatur quinto, non procedere
† in his, in quibus eſt facta ſpecialis 9
prouiſio, l. ſed & ſi per prætorem, §. deinde,ff.ex quibus cauſ. maior. l. cohæredi,§.ſi quis puerum, ff.de vulgar. & pupill. Gabr. de clauſulis concl. 8. num.9.& in conſ.98.nu. 22. vol.1.late per Capicium in dicta deciſ. 108. numero 10.& fuit reſolutum in Rota in eadem cauſa Peruſina Sancti Beneueniati,18.Decembris 1588.coram Pamphilio,& in Romana vineæ de Alexiis, 20.Octobris 1589.coram Pegna.

Limitatur ſexto, quando reſultat
10 † contrarietas ex tali relatione, l. ſi idem cum eodem,ff.de iuriſdict. omnium iudicium,vbi gloſſ.in ver.earum ſententia,in fine,§. finali,Bartol. in d. l.talis ſcriptura,§.finali,num.3.Iaſ.numero 32. Roman. in conſ. 112.num.3. vbi Mandoſ.alios allegat.Pariſ.in conſil.34.num.19.vol.1. Berous conſ.198. n.22.vol.1.Natta,conſ.270. n.3. vol.2.

11 Limitatur ſeptimo, † ſi diſpoſitio, ad quam refertur efficeretur inutilis, l.cum vulgari,ff.de dot.prælegat. Bartol.in d.l.talis ſcriptura,§ finali, num. 3 & in d.l.cum vulgari,vbi Alex.ff.de dote prælegata,Roman.in conſ.112.n. 3.ver prima ratio.Crauett.conſ.70.numero 4.

Limitatur octauo, quando ſeque-
12 retur † abſurdum,Abb.in c.eccleſia,in vltimo,num.5. de electione & in c.2. requiris,num.11. vbi Dec. num.3. verſ. quarto ſi ex ratione,de appellationibus.Abb.in c.poſtulaſti, in finalibus verbis, de iure patronat. Gabriel. de clauſulis concl.9. num.28. & fuit dictum in cauſa Peruſina S. Beneueniati,12. Decẽbris 1588. coram Pãphilio.

13 Limitatur nono, † non procedere ſi pœna eſſet appoſita in aliqua parte diſpoſitionis,quia in aliis non cenſetur repetita, gloſſa in cap. 2.verſ. ſanctioni,de vita,& honeſt. cleric.Dec.in c.ſecundo requiris,num.3.verſ.ſexto ſi Papa,de appellationibus,Rota in cauſa Romana vineæ de Alexiis, 20. Octobris 1589.coram Pegna,& vide in cauſa Rom.de Theadolis,26.Octob. 1592.coram Blanchetto.

Limitatur decimo non procedere
14 † in his, quæ incidenter, vel cauſa demonſtrationis poſita ſunt, Bart. & Bald.per illum text.in l.ſicut,§. ſi à filio,de leg.1.Iaſ.in l ſi duo patroni, § ſi quis iurauerit,num.22 ff.de iureiur.& plures refert,quos ſequitur Riminald. iun.in conſ.38.nu.18.vol.1.& fuit concluſum in eadem Rom.vineæ de Alexiis,20.Octob.1589. coram Pegna.

Limitatur vndecimo, quando re-
ſtringeretur † diſpoſitio,quæ deberet 15
large interpretari,c.cum dilecti,ſecundum intellectum Innocentii, & Doctor.de donationibus.Felin.in c. cauſam quæ,num.4.limitatione ſexta, de reſcript. Addentes ad Bartolum in dicta l. talis ſcriptura,in §. finali, num.3. Alexan.conſ 48.num.6.vol.1.

Limitatur duodecimo, quando † 16
mens diſponentis habere locum, etiam non facta relatione: nam tunc qualitas poſita inter plura, non cenſetur repetita, Imol. poſt Butr. in Clem.1.in fine, de ſupplenda neglig̃etia prælatorum,Felin. in d.c.cauſam quæ num. 4. in 7. limitat.de reſcript. Dec.in dicto capitulo 2. requiris, numero tertio verſiculo nono quod intentio,de appellationibus.

Limitatur tertiodecimo, Niſi in v-
no capitulo † aliquid ſubaudiatur,quia 17
talis clauſula non cenſetur repetita in aliis capitulis,Bald.in l. prima,in princip.in Antiquis lectur.ff. quiſque iur. Felin.in dicto c.cauſam quæ,in 3.limitat.de reſcript.

Limitatur quartodecimo,† quando 18
ex tali relatione reſultaret iurium correctio,Abb.in c.Eccleſia noſtra per illum textum,num.5.de electión.Iaſ.in d.l.talis ſcriptura, numero 39. & legat. 1.

Limitatur quintodecimo,quod licet prouideat quo ad certa contenta in
eo,ad quod fit relatio, Tamen † in 19
his,quæ in referente excepta ſunt,non procedit,Alex in conſ.56.num. 8.vol. 2 Pariſ.conſil.39.num.18.vol.1. Mandell.in conſ.382.num.8.

Limitatur ſextodecimo,† non pro- 20
cedere,ſi ex tali relatione reſultaret intellectus iuri contrarius, l.ſi adoptiuus,ff.de adoption.l.ſi idem, ff.de iuriſdictione omn.iud.Bal.in §.his quoque,

que,numero 9.Auth. Vt liceat matri, & auiæ.

21 Limitatur decimoſeptimo,† quando ſunt plures articuli, ſiue capitula idem negotium importantia, & habentia orationem ſequentem perfectam, tunc enim clauſula poſita in vno capitulo,ad aliud non refertur, l.3. §.ſi filius,vbi Bartol.num.1. & num.7. ff.de liber.& poſthum.Idem Bartol.in l.talis ſcriptura,num.3.de legat.primo, Alex.conſ.48.nu.8.vol.1.Afflict. deciſ. 248.num.11. & ſequen. & fuit reſolutum in Rota,in cauſa Romana bonorum,quinta Aprilis, & 4.Iunij 1593.coram Pegna.

Idem dicendum, quando poſita inter diuerſos articulos, ſiue capitula, nam ſi in medio vnius capituli, vel articuli eſt poſita, ad illud tantum refertur,Bartol. in l.1. n.4. ff. de liber.& poſthumis & fuit dictum in dicta cauſa Bononien.de Berois.11.Maij, 1587. coram Pamphilio.

Limitatur decimooctauo, quando
22 reſultaret † abſonus intellectus per notata in Clementina, Ne in agro §. ceterum, de ſtatu regularium Abbas in conſil.78.verſ.tertio hic intellectus, parte 2.& fuit dictũ in dicta cauſa Bononien.de Berois 17.Iunij 1585.coram Cantuccio,quæ adeſt in eadem cauſa, 15.Maij 1587.coram Pamphilio.

Limitatur denique, quando adeſt maior ratio, quod referatur ad proximiora, quam ad præcedentia & ita fuit dictum in cauſa Mantuana bonorum,duodecima Decembris, milleſimo quingenteſimo octuageſimo, coram Brauo, prout eſt deciſio, lib.6.n. 2.& 3.parte 2.in Nouiſſimis.

23 Adde in † materia plurium ſubſtitutionum,clauſula in fine poſita ad omnes refertur,Roman. in conſ.480. num.7.Alex.in conſ. 66.num.6. vol 3. Socin.in conſil.249 nu 2.in fine,Dec. in conſ.79 n.2. Pariſ.in conſ 50 n.14. & conſ.53.num.31.& conſ.70. n.22.& conſ.86.nu.41.& ſeq. vol.2. Crauetta, in conſ.326.n.14.Bellon.conſ.41.num. 7.Mantica lib.3.tit.14.nu.8.Et quando clauſula eſt poſita in oratione ſeparata Bald.in l ſi frater, nu. 1. C. de fideicomm. dummodo non exiſtat ratio, cur magis ad vnam, quam ad aliam referri debeat. Crau. in conſ.155. num. 10. quem ſequitur Mantica lib. 3.tit.1.n.23.

Si poſtremo gradui ſubſtitutionum clauſula adiecta fuerit, quo caſu habentur pro vno, & per ſe in fine poſita fuerit, licet ad proxima tantum referenda ſit,tamen ad omnes ſubſtitutiones referri debet, Alex. in conſ. 66.n.4.vol.2.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula præcedens magis influit in ſubſequentia.*

2 *Clauſula quando dicatur per ſe ſtare.*

3 *Clauſula vna quando non referatur ad alias.*

4 *Dictio, Inſuper, diuerſitatem importat.*

5 *Repetitio non fit propter diuerſitatem importat.*

6 *Dicta in vnius perſona, non repetuntur in alia.*

7 *Clauſula in medio vnius capituli poſita non refertur ad alia.*

## CLAVSVLA 24.

### *Clauſula præcedens ad quæ referatur*

CLauſula in principio † poſita eſt 1
maioris efficaciæ ad determinandum ſequentia, quam in fine poſita ad determinandum præcedentia, l. quiſquis,vbi gl.de legatis tertio,l filiũ, ff.quando dies legato cedat, Bart.in l. auia,in princ verſ.itẽ oppone,ff.de cõ-

dit. & demonſtrationibus, & in l. ea tamen adiectio, de legatis tertio Cacheran. conſilio 7. numero 48. & conſilio 74. numero 38. Roman. Singulari 665 in fine, Matheſilan. Singulari 150. Menochius libro 1. præſumpt. quæſt. 28. num. 24. & de arbitrariis iudicum, caſu 64. numero 19. Alexand. in conſilio 51. numero 2. volumine 3. & ibi addentes in verbo ſequentia, Tiraquell. qui plurimos citat, de retractu lignag §. 1. gloſſa 14. numero 25. quia naturaliter præcedentia magis influunt in ſequentia, & ſequentia non ſolent refluere contra.

Declaratur hæc concluſio, vt procedat, quando clauſula † de per ſe ſtat,
2 vt tunc influat in ſequentia, vel referatur ad præcedentia, Socin. iun. in conſil. 128. numero 110. vol. 1. Secus ſi eſt poſita ad qualificandum aliquid, quia tunc neque in principio poſita refertur ad ſequentia, neque in fine poſita refertur ad præcedentia. Alex. in conſilio 158 num. 7 verſiculo tertio confirmatur, volum. 6. vbi addentes in verbo, referatur, allegāt alios: Et clauſula dicitur de per ſe ſtare, quando habet ſuam orationem perfectam, Bartolus & Caſtrenſ. in l. fin. ff. de rebus dubiis. Baldus in l. 1. in vltima oppoſitione, C. de liber. & præterit. & dicam inferius in clauſula....quando dicatur perfecte concepta. Item, ſi clau-
3 ſula † eſt poſita non abſolute, ſed ſub conditione, nō refertur ad alias, Hondedeus in conſilio 49. num. duodecimo, volumine ſecundo. Item non refertur ad ea, quæ habent ſuam particularem, & determinatam prouiſionem, Bald. in l. 1. circa fin. C. de legitim. hæredibus. Abb. Zabarella, & Imo. in c. dilecto de donat. Hondedeus in conſilio 36. num. 34. vol. 1. quando enim ſubſequentia, aut præcedentia ſunt ſeparata, tunc clauſula pręcedēs, vel ſubſequens, non refertur ad ea, vt ſi adeſt dictio, inſuper, † quę diuerſi- 4
tatem importat, Geminian. in conſilio 44. in princip. & num. 3. verſic. deinde Papa, & numero ſequent. ergo quando ſunt diuerſæ, & ſeparatæ orationes interpoſitæ, nunquam fit repetitio ad ſequentia remota. Item quando militat diuerſa † ratio, Alexand. in conſ. 5
42. num. 7. verſic. ad quod etiam, vol. 3. & in conſil. 158. num. 11. & ſequent. verſ. 6 quoties, volum. 6. Et ſtante ratione diuerſitatis reſtringitur vt vel ad vnam, vel non ad omnes referatur, Bartol. in l. talis ſcriptura, §. fin. de legat. 1. cum aliis per Honded. in conſil. 72. num. 27. volumine 1. Item, quando clauſula præcedens continet conditiones, vel modos ad perſonas, quia ſiue in eadem oratione, ſiue in diuerſa, † dicta in perſona vnius, nunquam 6
ſunt repetita in perſona alterius ſubſequentis, maxima quando qualitas poſita eſt poſt primam perſonam, & ante expreſſionem alterius perſonę, Alex. in conſ. 158. num. 2. & ſeq. & per totum vol 6.

Clauſula poſita in medio † capituli, 7
tanquam pars ipſius, illud tantum determinat, nec ad alia pręcedentia, vel ſubſequentia refertur. Socin. iun. conſ. 160 num. 60. vol. 2. poſt Bart. & alios, quos allegat Honded in conſil. 7. nu. 25. vol. 2. Alexand. in conſil 48. col. fin. volum. 1. vbi allegat Bart. in l. finali, ff. de rebus dubiis, qui loquitur de conditione, vel qualitate inſerta in vno legato; vt non referatur ad aliud, & probat Ferret. in conſilio 313. num. 12. vol. 2.

SVMMARIA.

1 *Relatio clauſularum non eſt facienda, quando amplianda reſtringeretur.*

2 *Aſſenſus ſuper feudalibus eſt latiſſime interpretandus.*

3 *Relatio*

3 *Relatio non eſt facienda, ſi non ſubeſt ratio referendi.*

4 *Relatio non eſt facienda inter clauſulas de per ſe ſtantes.*

5 *Qualitas vnius clauſulæ, quando non cenſetur repetita in altera.*

6 *Clauſulæ vnius capituli non cenſetur repetita in altero.*

## CLAVSVLA 25.

### *Clauſulæ quæ referantur ad alias.*

ITerum de relatione clauſularum agendum eſt, per appoſitionem aliquorum caſuum, quos in meis repertoriis congeſſeram, relinquẽdo etiam locum, vt ſucceſſores congerant, & ſuperaddant, ſi diſpoſitio de ſui natura amplianda eſt, & per relationem
1 reſtringeretur, vtique relatio † non eſt facienda, caſus eſt ſecundum Innoc. in cap. cum dilecti, de donationibus Alexand. in conſ. 48. col. 6. & 7. volumine 1. Iaſ. in l. talis ſcriptura, in 6. limitatione, ff. de legatis primo. Ideo aſſen-
2 ſus † ſuper feudalibus, qui in dubio eſt ſtricte interpretandus, quando eſt datus ſuper ceſſione iuris, hypothecæ, eſt latiſſime interpretandus per text. l. finali, ff. de conſtitut. princip. & per illum text. ita probat Andr. in l. Imperialem, colum. 1. prohibita feudi alienatione per Federic. ergo non eſt faciẽda relatio ad aliquẽ caſum per quẽ reſtringeretur natura aſſenſus expreſ-
3 ſi. Item, quando † non adeſt ratio cur potius debeat referri ad certas perſonas, quam ad omnes, non refertur, Rota deciſione 227. & deciſione 231. parte prima, & deciſ. 289. numer. 3. parte 3. libro 2. in Nouiſſimis, Verall. deciſione 293. numero 4. parte 3. & deciſ. 92. numero 5. parte 1. Mantica lib. 5. titulo 1. numero 23. vbi quod ſtante ratione diuerſitatis non fit relatio ad eas perſonas quibus non conuenit. Item, non refertur † ad præcedentem diſpoſitionem ipſius teſtatoris, qui complete, & perfecte diſpoſuit, l. ſed & ſi per Prætorem, §. proinde, ff. ex quibus cauſ. maior. l. eum qui, vbi gloſſa in verſic. ſuperioribus, ff. de poſtulando, l. cohæredi, §. qui partem, ff. de vulgari, c. dilecti, de donationibus Iaſon in d. l. talis ſcriptura, numero 37. Felin. in capit. cauſam quæ, num. 22. verſiculo limita tertio, de reſcriptis, Ioſeph. de Ruſtic. in tractatu, An, & quando, lib. 1. cap. 2. numero 65. item clauſula ſeparatione poſita non refertur, quæ alias ſi ſeparatim poſita non eſſet, referretur Iaſ. in d. l. talis ſcriptura, num. 37. Crauetta, in Rubrica de legatis primo, numero 4. Zuccard. in l. 5. num. 78. C. de pactis, ideo Corn. conſil. 122. numero 18. vol. 1. dicit, quod filiorum appellatione non veniunt nepotes, cum vtrinque ſeparatio nominatio facta eſt, Ruin. in conſilio 131. colum. 2. vol. 2. Gozadin. in conſil. 4. col. 2. item, clauſula generalis non extenditur ad ſpecificata, l. doli clauſula, ff. de verb. oblig. Iaſon in l. ſi quis id quod, num. 13. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. talis ſcriptura, numero 37. Zuccard. in d. l. 5. numero 78. C. de pactis, Crauetta, in Rubrica, de legat. 1. numero 4. & ſcripſi ſuperius, in clauſula generali. Item, quando cauſulæ ſunt ſeparatæ, tunc
qualitas † poſita in vna, non cenſetur 5
repetita in altera, Menoch. in conſilio 111. numero 25. volum. 2. & in conſ. 117. numero 42. eodem volum. 2. & in conſ. 171. num. 22. eodem volum. & in conſ. 415. numero 6. volum. 5. Item, ſtante, diuerſitate, clauſula poſita in vna ſubſtitutione, non cenſetur repetita in altera, quarum ſingulæ habent orationem perfectam. Menoch. in conſ. 124. numero 73. vol. 2. Et quando capitula habent ſuas ſpeciales determinationes, & clãs, † tunc quæ poſi- 6

ta eſt in vno capitulo, non refertur ad aliud. Dec. in conſil. 213. num 6. Gozadin. in conſ. 2. num. 30. Boerius in dec. 146. num. 3. Soc. iun. in conſ. 88. num. 32. vol. 1. Menoch. in conſil. 130. num. 10. & ſeq. vol. 2. & in conſil. 151. nu. 43. eod. volum. 1.

SVMMARIA.

1 *Clauſula proœmialis teſtamenti refertur ad totum teſtamentum.*

2 *Coniectura quomodo ſumenda, quod quis voluerit decedere teſtatus, vel inteſtatus.*

3 *Clauſulæ proœmiales, an dicantur appoſitæ per Notarium.*

## CLAVSVLA 26.

*Clauſula Proœmialis.*

SI teſtator dixerit: Volens de bonis ſuis facere teſtamentum, † hæc
1 clauſula proæmialis eſt, & refertur ad totam diſpoſitionem, vt teſtatus dicatur decedere. Item, quod illa diſpoſitio non valeat vt codicillus, ſiue alia vltima voluntas, ſed vt teſtamentum. Item, demonſtrat teſtatorem de bonis ſuis, non autem de alienis, aut etiam bonis hæredis teſtari voluiſſe, ita probat Simon de Pret. de interpretat. vltim. volunt. lib. ſecundo, ſolut. tertia, numero 37. fol. 146. Sed hoc intelligi-
2 tur, quando non eſt coniectura † magis vrgens in contrarium, quæ ab ipſo facto proueniat, quia ſi teſtator conuocatis ſeptem teſtibus hęrede inſtituto, & factis legatis dixiſſet: eſtote teſtes his meis codicillis, & meam voluntatem iure codicillorum valere volo, non obſtante huiuſmodi clauſula, dicendum eſt voluiſſe decedere teſtatus, atque teſtamentum conficere voluiſſe præſumitur, Iaſ. poſt alios relatos in l. non codicillum, num. 1. C. de teſtament. Socin. iun. in conſilio 111. numero 8. volum. 1. Alciatus reſponſo 525. & numero 2. & 3. Ita è contra, ſi teſtator connocatis ſeptem teſtibus dixiſſet, eſtote teſtes huic meo teſtamento, & Notarius ſcripſerit, hanc clauſulam, volens decedere teſtatus, &c. & deinde non fecerit hæredis inſtitutionem, ſed ſolum legata, & fideicommiſſa, hoc caſu ſumenda eſt coniectura, teſtatorem voluiſſe facere codicillos, non autem teſtamentum, & nomen illud teſtamenti, pro codicillis ſumendum eſt, Caſtr. in l. proxime, ff. de his qui in teſtamento de lent. Iaſ. in d. l. non codicillum, colum. 1. verſic. quid ſi aliquis, Socin. ſen. in conſil 142. num. 6. vol. 1. Ripa, in l. 1. §. ſi quis ita, num. 26, de verbor. obligation. Affictus deciſ. 134 in fine, Alciat. in d. reſponſo 505. numero 3. & in d. §. ſi quis ita, num 29. quia actus non iudicantur à denominatione, & à clauſula proæmiali, ſed ab ipſo facto explicato, l. ſi vno, ff. locati. Dec. in l. non vult eſſe hæres, num. 8. ff. de reg. iuris.

Et propterea multi dixerunt huiuſmodi clauſulę proęmiales † appo- 3
ni per Notarios ex ſuo capite, Pariſ. in conſ. 19 num. 20. vol. 3.

SVMMARIA.

1 *Clauſula ad qualificandum, reſtringitur.*

2 *Clauſula, Et ſic in infinitum quando non refertur.*

3 *Quando ponitur per modum continuationis.*

## CLAVSVLA 27.

*Clauſula ad qualificandum, non refertur.*

QVando clauſula ponitur ad aliquam diſpoſitionem qualificandam, † ad illam tantum reſtringen- 1
da

da eſt, nec ad aliam referendã, Alexand. in conſil. 48. numero 8. volum. 1. Mandellus in conſilio 88. numero 6. Curt. iun. qui atteſtatur de communi, in conſilio 293. num. 4. in fine. Socin. iun. in conſil. 128. num. 294. volum. 1. & poſt alios Gabr. in titulo de clauſulis, concluſione 9. nu. 11. Et ita ſi clau-
2 ſula, Et ſic in infinitum. † ponatur ad qualificandam ſubſtitutionem reſpectu deſcendentium, ad eam diſpoſitionem reſtringenda eſt, nec ad aliam extenditur, Curt. ſen. in conſil. 63. numero 11. verſic. quinto reſpondemus. Pariſ. in conſil. 36. num. 21. volum. 2. & multo magis, ſi hæc clauſula, Et ſic in infinitum, per modum continuatio-
3 nis † adiecta fuiſſet, Gabriel. in d. concluſ. 9. num. 26. in 17. limitatione. Et ideo Ruin. in conſil. 114. num. 15. vol. 3. dixit, quod Clauſula, quę abſolute poſita non eſt, ſed in coniunctione, non refertur ad alia, ſed reſpicit tantum proprium determinabile.

### SVMMARIA.

1 *Clauſula quando plura determinet.*

2 *Quando non æqualiter plura determinet.*

### CLAVSVLA 28.

*Clauſula reſpiciens plura, &c.*

1 SI vero clauſula † plura determinabilia reſpiciat, æqualiter determinat, l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupill. & probat Menoch. in conſil. 170. num. 20. volum. 2. Sed hoc intelligi-
2 tur, quando † commode id fieri poteſt, quia aliquando non æqualiter omnia determinat, vt declarat Iaſ. in l. 1 §. ſed & ſi mihi, in 2. notabili, ff. de verb. obligat. Chriſtophor. Port. in §. finali, ad finem, Inſtitut. de inofficioſo teſtamento, quos refert, & ſequitur Menoch. in conſil. 76. numero 14. volum. 1.

### SVMMARIA.

1 *Interpretatio clauſulæ quomodo facienda ſit, & num. 4.*

2 *Verba clauſulæ debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi.*

3 *Communis vſus loquendi de quo tempore attendatur.*

### CLAVSVLA 29.

*Clauſula habens plures intellectus.*

PRopter multiplicem intellectum clauſulæ interpretatio † facienda 1
eſt, vt minus natura rei alteretur, vt probat Menoch. in conſil. 62. num. 27. vol. 1. Item, non attendimus mentem diſponentis, ſi verba repugnent voluntati, Bart. in l. non aliter, de legat. 3. Alex. in conſil. 139. num. 5. ℣. ſolum reſtat. vol. 6. Menoch. in conſil. 97. n. 95. vol. 1. quia voluntas non poteſt allegari ad detrahendum verbis. Bald. in l. cum virum. C. de fideicommiſſ. quem ſequitur Oddus in conſ. 20. n. 18. Item,
verba † clauſulæ debent intelligi ſe- 2
cundum communem vſum loquendi, l. librorum, §. quod tamen Caſſius, vbi Bar. & alij, de legat. 3. l. Labeo, ff. de ſupellectili legata, l. cum de lanionis, §. aſinam, ff de fundo inſtruct. & communis vſus loquendi attendendus eſt,
† quia erat tempore diſpoſitionis, non 3
autem poſt, Soc. in l. Gallus, §. ſi eius, num. 6 ff. de liber. & poſthum. Ruin. in conſilio 88. numero 12. vol. 3. Mant. libro 3. tit 8. num. 6. Menoch. in conſilio 266. num 63 volum. 3. & vbi quærimus, quæ fuerit alicuius voluntas, debemus inſpicere tempus ipſius actus, Roman. in Authen. ſimiliter, numero 93 C. ad l. Falcid. Mant. lib. 3. tit. 9. nu. 5. Simon de pret. libro 1. Interpret. 1.

Dubitat.3.Sol.11.num.3. Item, debet interpretari ſecundum vſum loquendi † ipſius diſponentis, l.cum alimenta, in princ.& ibi Bart.ff.de aliment.& 4
cibar.legat.gloſſ.in l.ille à quo,§ ſi de teſtamento. verſ.verba,ff.ad Trebell. Corn. in conſilio 69. numero 5.in fin. vol.1.Surd. in conſ.319.numero 7.vol. 3.vbi late.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ quomodo poſſunt addi ad conſilium ſapientis.*

CLAVSVLA 30.

*Quod poßint clauſulæ addi ad conſilium ſapientis.*

1 HÆc clauſula operatur, † vt ſapiens illas tantum clauſulas apponat quæ in ſimilibus inſtrumentis apponi, & deſcribi conſueuerunt, l.ab ea parte, & ibi omnes Doct. ff.de verb.obligat.Bart.in l.illa inſtitutio,num.5.ff.de hæred.inſtit. & diffusè probat Scala in commentariis, de contractibus, & vlt. volunt.componendis ad conſilium ſapientis, qui commentarij ſunt impreſſi poſt eiuſdem tractatum,de conſ.ſapientis, & ibi Scala probat, doctrinam Speculatoris,&Oldradi dicentium,ſapientem poſſe addere omnia ea,quæ pertinent ad contractus confirmationem, ſalua ipſa ſubſtantia.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ in priuilegijs,quando nihil operentur.*

CLAVSVLA 31.

*Clauſula quando nihil operatur.*

CLauſulæ appoſitæ in priuilegiis, † nihil operantur, niſi prius cauſæ cognitio adhibita fuerit, vt firmarunt Alex.in conſ.121. num.4 volum. 4.Ruin.in conſ.98.numero 10. vol.4. Socin.ſen.in conſil.164.num.6. Curt. iun.in conſilio 142.numero 8.in fin.& conſ.170. num.32. Grat. in conſilio 5. num.15.in fin. Hartmannus Piſtor.in Quæſtionibus feudalibus, quæſt.40. num.41. & 47. & vide quę ſcripſi ſupra in part.1.in clauſula,ex certa ſcientia, & in clauſula, de plenitudine poteſtatis. 1

SVMMARIA.

1 *Clauſula regulatur à principali diſpoſitione.*

2 *Decretum irritans, quando non liget.*

3 *Clauſula conſueta dicitur de natura actus.*

CLAVSVLA 32.

*Clauſula regulatur à principali diſpoſitione.*

TVnc demum clauſula, † decreti ligat, atque effectum ſuum operatur, quando diſpoſitio, cui apponitur, id patitur, quia à natura principalis diſpoſitionis regulatur Zabarell. in Clem.1.quæſt.18.in fin. de elect. Imola,in Clem.1.in 2. vot.de conceſſ.præbend.Roman.in conſil.330.num.13.& ſeq.Alex.in conſ.97. num.5.volum.5. Dec.in c.ceterum, num.6.de reſcript. Caſſad.ſuper regul.deciſ.10.in fin.Ripa, in c.cum M.num.37. de conſtitutionibus Pariſ.in conſ.82.num.15.vol. 4. Et ideo ſi principalis † diſpoſitio non admittit clauſulam decreti, illa non ligat,vt probat Staphil. in tractatu de gratiis expectatiuis in princip. num.9. 1 2

num.9. Sic è contra, quando clauſula conſueuit apponi in aliqua diſpoſi-
3 tione effecta eſt de natura † illius diſpoſitionis, vt eſt iuramentum, quòd cum ob communem conſuetudinem ſemper in contractibus apponatur cenſetur eſſe effectum de naturalibus ipſius contractus, l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædilit. edicto, & legis præſumptio eſt, quod contrahentes rogauerint Notarium, vt etiam huiuſmodi clauſulam iuramenti apponat, ad tradita per Menoch. in conſilio 37. num. 44. & nu. 77. volum. 1.

### SVMMARIA.

1 *Clauſulæ cenſetur ſcriptæ de voluntate teſtatoris, vel contrahentium.*

2 *Clauſulæ generales quando cenſentur appoſitæ per* Notarium.

3 *Quomodo probari poſſit, clauſulas non eſſe demandatas.*

4 *Clauſulæ omnes conſuetæ dicuntur de natura actus.*

5 *Notarius ex ſe poteſt apponere clauſulas, quæ ſunt de natura actus.*

6 *Clauſulæ, quæ, & quot ſint de natura actuum.*

7 *Clauſulæ accidentales ſemper præſumuntur demandatæ.*

### CLAVSVLA 33.

*Quæ clauſulæ cenſeantur appoſitæ per notarium, vel de voluntate diſponentium.*

1 QVidquid à Notario in teſtamento, † ſiue in contractu ſcriptum eſt, de voluntate contrahentium, & de mandato teſtatoris ſcriptum præſumitur, Alex. in conſilio 142. num. 7. vol. 2. Dec. in conſilio 490. numero 10. Roland. in conſil. 91. num. 65. volum. 2. Simon de pret. de interpr. vlt. vol. lib. 2. ſolut. 10. num. 62. fol. 101. Mantica, de coniect. lib. 3. titul. 13. num. 4. Bart. in l. ſi quis filiabus, ff. de teſtament. tutela, vbi quod verba pertinentia ad exprimendam voluntatem teſtatoris, ſemper præſumuntur ſcripta Notario de mandato ipſius. Bald. in l. 1. circa fin. C. de priuileg. dotis, & in l. ab exequutione circa finem, verſic. pone ſtatuto. C. quorum appellation. non recipiantur, & in l. mater, col. 2. verſic. præterea verba, C. de rei vendic. & alibi diſtinguit verba notarij à verbis teſtatoris, & contrahentium, & dicit quod verba pertinentia ad clauſulas generales,
† & ad cetera ſimilia, quæ concurrunt 2
ad officium ipſius Notarij, ab eodem appoſita præſumuntur, illa autem, quæ pertinent ad ipſum contractum, ſeu quemlibet alium actum ordinandum, & diſponendum, ab ipſis contrahentibus, ſiue agentibus fabricata præſumuntur, atque Notarium fuiſſe merum ſcriptorem, Bald. in conſilio 133. verba inſtrumenti, colum. 1. volum. 1. Roman. diffuſè in conſil. 179. col. 2. Præſumptio igitur eſt pro Notario, & pro ſcriptura facta, ſed iſta præſumptio recipit probationem in contrarium, puta, ſi teſtis teſtamentarius diceret ſe nunquam audiuiſſe teſtatorem talem clauſulam protuliſſe, ad tradita per Manticam de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 14. numero 5.

Quando autem probaretur, teſtes
† non audiuiſſe à teſtatore, vel contra- 3
hentibus clauſulas deſcriptas prolatas fuiſſe, iterũ diſtinguẽdũ eſt, quia ſi clauſulę de cõſuetudine apponi conſueuerũt, tunc propter cõſuetudinẽ effectæ ſunt de natura contractus ſed vt dictum eſt, notarius omnia quæ ad contractus naturam pertinet ſupra, reddere poteſt, etiam ſi à partibus expreſſa
non fuiſſent: Nam quod huiuſmodi † 4
clauſulæ ſolitæ apponi ſint de natura effectæ, eſt text. in l. quod ſi nolit, §. quia aſſidue, ff. de ædilit. edictio. &

5 quod Notarius poſſit illas † apponere, ex eo quia cenſetur rogatus omnia apponere, quæ ſunt de conſuetudine, probat Socin.ſen.in l.Gallus, §.idem credendum, numero 4.verſ.ſi vere eſſemus in dubio ff.de liber.& poſthumis, & hanc ſententiam diffuſè probat Menoch.in conſ.37. quaſi per totum,incipiens,à num.41. vbi de clau-
6 ſulis † iuramenti,guarentigiæ,euictionis,pacti pœnalis,& ſimilibus,quæ de conſuetudine apponi conſueuerunt, & ibi optime probat Notarium, tanquam de illis rogatum apponere potuiſſe, quantumuis à partibus expreſſe non fuiſſent, qui reſpondet omnibus, quæ contra hanc ſententiam adduci poſſent. Addo etiam Caualc.in *deciſ.43. num.33.* parte 1. & deciſ.16. num.10 parte 2.quia plurimos pro hac comprobanda ſententia refert. Eandem etiam probat Cagnol. in l. precibus,numero 238. C de impuber. ſubſtitutionibus,& Simon de pret. de interpr.vlt volu.Dub.1.Solut.5.num.25. fol.235.

7 Clauſulæ autem † accidentales, quę actuum accidentalia reſpiciunt, ſemper cenſentur appoſitæ de voluntate partium,ita Bald.in l.mater,num. 6. C.de rei vendicat. & l.errore, numero 2.C.de teſtamen. & in d.l.2.numero 8.C.de exequut.rei iudicatæ. vbi ſcribit,quod verba ſcripta in inſtrumento, quæ reſpiciunt factum partiũ, vt ſunt ſubſtantialia, & accidentalia, ſemper præſumuntur ſcripta de voluntate ipſorum. Imola,in l filio prę terito,col.8. verſic.& per prædicta,ff. de iniuſto teſtamento, qui inuehitur contra Bar.in l.1.numero 10. ff.de iure codicillorum, multos ad hoc refert Menoch.in d. conſilio 137. num. 130. volum.2. & in conſil.170.nu.24.eod. volum.2.

SVMMARIA.

1 *Clauſulæ ſolitę nihil operantur.*

2 *Et quæ dicantur ſolitæ.*

3 *Clauſulæ ſolitę reſpicientes particularem diſpoſitionem,cenſentur demandatæ.*

4 *Clauſulæ quæ tacite inſunt, nihil operantur.*

5 *Clauſularum quæ tacite inſunt, aliquot exempla.*

6 *Clauſulę,quæ tacite inſunt,quando operentur.*

## CLAVSVLA 34.

*Clauſulæ ſolitæ,& quæ tacitè inſunt, nihil operantur.*

CLauſulæ ſolitæ † nihil operantur,neque de nouo inducunt, vt latiſſime probat Felin.in cap.licet,numero 11.de offic.ordinar. Crauetta in conſil.718.numero 5.& ſeq.Cephal.in conſilio 34.num.32.vbi plurimos allegat, Curt.ſen.in conſil.4. numero 4. Huc pertinet, quę ſcripſimus ſuperius in eadem parte de clauſulis exequutiuis,item de acceſſoriis, quæ ſuperadditæ non ampliant diſpoſitionem. 1

Sed hoc intelligitur de illis † clauſulis,quæ poſſunt conuenire omnibus inſtrumentis eiuſdem naturæ,non autem de clauſulis reſpicientibus diſpoſitionem in particulari: Prout ſi in derogatione poſita in inueſtitura, derogetur Laudo in ſpecie, quia iſta non poteſt dici clauſula ſolita ſtylo Notarij,cum reſpiciat particularem diſpoſitionis † derogationem, & ideo clauſulæ ſolitæ, & quæ de conſuetudine à contrahentibus apponi ſolent, atque reſpiciũt particularem diſpoſitionem, quia cenſentur à contrahentibus appoſitæ, debent operari, dummodo non ſint contra mentem, & lectæ fuerint, Gabriel. in ſuis communibus concl.tit.de conſuetudine concl. 4. & in titul.de clauſulis, concluſ.7. & ſequenti. 2 3

Sin

4 Sin autem clauſulæ † tacitè inſunt, nihil operantur, clauſula, ſi preces veritate nitantur, ſubintelligitur, Oldrad. in conſ. 223. num. 3 verſ. ſecundo hoc idem, vt ibi idem dicit clauſula, ſi ita eſt, Anchar. in conſ. 240 in princ. & per totum: Zabarel. in conſ. 92. num. 5. & hoc nihil operentur huiuſmodi expreſſa, Ancharan. in conſ. 404. num. 7. Caſtren. in conſ. 358. num. 2. vol. 2. Iaſ. in l. eum qui ita, §. te, & Titium, num. 2. verſ. ex iſta, ff. de verbor. obli. Feder. de Sen. in conſ. 163. num. 2. verſ. nec obſtat. vbi quod expreſſio eius, quod tacite ineſt, non dat nouam formam nec facit actum conditionalem, l. conditiones, quæ extrinſecus, vbi gloſſ. finalis, ff. de condit. & demonſtrat. in omni diſpenſatione de † percipiendo fructus in abſentia, tacite ineſt clauſula, dummodo cultus diuinus non defraudetur, & tamẽ de ſtylo apponitur: Prouiſo quod cultus diuinus non defraudetur, ideo nihil operatur, neq; inducit cõtrarium ſenſum, quod ſecus eſt, ſi fuiſſet omiſſa, quia fieret ad maiorem declarationem Calderin. in conſ. 221. n. 2. verſ. ad idem facit ſtylus, alias eſt conſilium vnicum ſub titulo, de clericis non reſidentibus. Item, mandans impleri legata à ſe diſpoſita, quia hoc tacite ineſt, nihil operatur, quia videtur pœnam imponere, quæ ſurrogatur loco pœnæ legalis, Caſtr. in conſil. 47. num. 1. in fin. verſ. præterea hæc pœna vol. 2. Item ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe, & ipſius tertia generatione: Nam clauſula ipſius tacitè ineſt, & nihil operatur, Caſtrenſ. in conſil. 338. nu. 2. volum. 2. Item ſi emphyteuta cum altero litem habet, & dominus directus concedit ei licentiam, vt poſſit vendere ſi declarabitur verus emphyteuta, eſt conditio, quę tacitè ineſt, quia non emphyteutę licentiam dare non tenetur, & nihil operatur. Caſtrenſ. in conſ. 329. in fine, volum. 2. multa alia exempla adduci poſſent.

Hæc autem procedunt, † ſi exprimuntur eodem modo, quo inſunt nõ ſi alio modo, diuerſo, operantur, Alex. in conſ. 33. num 5. vol. 1. & plenius in conſ. 22. num. 18. verſ. quia reſpondetur vol. 5. Item huiuſmodi expreſſio operatur, quando concurrit prohibitio legis, & prohibitio hominis, vt ſi teſtator prohibuerit alienari fidecommiſſum, non erit licita alienatio, etiam in caſu à lege permiſſo, ad tradita per Decian. in conſ 4. num. 4 & plur. ſeq. Rimin. iun. conſ. 282. num. 103. & ſeq. verſ. poſtremo, vol. 3 Item, operantur, ſi ex verbis expreſſis, quæ tacite inſunt, reſultaret contrarius intellectus, Alex. in conſ. 33. num. 5. verſ. item reſpõdeo, volumine 1. Item operantur circa ordinem procedendi ſiue circa deciſionem cauſæ, & importat quandam monitionem, Alex. d. conſ. 22. num. 19. verſ. nec obſtat, vol. 5. Item operantur ſi inſunt tacite à teſtatore, Caſtrenſ. in l. quib. diebus § quidam Titio in fi. ff. de condit. & demonſtrat. & regula intelligitur, ſi tacite inſunt à lege. 6

SVMMARIA.

1 *Clauſula quãdo dicatur perfecte cõcepta.*

2 *Ad perfectionem Clauſulæ omne tacitum cenſetur expreſſum.*

CLAVSVLA 35.

*Clauſula quando dicatur perfecte cõcepta.*

Clauſula † tunc dicitur perfecte concepta, quando habet orationem perfectam, & de per ſe atque abſolute ſtat, ita declarant Bart. & Paul. de Caſtro, in l. fin. ff. de reb. dub. Bald. in l. 1. C. de legit. hęredib. & ibi Paul. de Caſtro, in vltima oppoſitione, Iaſ. in l. 3 §. filius, num. 9. ff. de liber. & poſthum. Et propterea omne † illud, quod ſubintelligitur, ad perficiendam clauſulam cenſetur ſcriptum, & expreſſum. l. 1. § ſin autem ff. de hęredib. inſtit. Menoch. in conſilio 327. numero 44. vol. 4. 1 2

FINIS.